7430

bus rñderũt. ¶ Sed īterrogati de rōne ɔcludũt q̃ vide- runt ocās terras laborari p ipsos frēs ₇ eidē grattoꝛ qñq̃ de fructibus ipsaꝝ ꝑꝑetatã rñdere: dicũt tñ se nunq̃ fuisse pñtes alicui locationi facte ꝯtetenus neq̃ in scriptis per dictum gratiam ipsis fratribus.

¶ Ex aduerso suprascripti frēs per alios .xi. testes ꝓbaue- runt se tenuisse ₇ possedisse annis .x. xii. ₇ xv. elapsis ₇ a tē poꝛe moꝛtꝭ dcī quōdã coꝝ patris citra ꝑꝑetateſ antedcās pacifice ₇ qete ꝑ suis ₇ tanq̃ suis. Qui q̃dē testes solēniter iurauerũt i manibus dcī iudicis o... ... alterius ꝓbaue- rũt ipsas ꝑꝑetates fuisse bered... patris tã p cõfessionē ptis adu... ꝓductos. ¶ Mō q̃rit vtrũ... rebus sic se hñtibus. vt suprus... sint secūdũ foꝛmã dcī statuti... obstãtibus ꝓbationibus ₇ dcā... ¶ Videt q̃ dcī fratres oino... q rñdet alicui de fructibus rei... possessionē ₇ ꝓ illo rñdere... nis ingressum videt eũ spolia... nus. ¶ Si vo aliter turbat te... vt. ff. de pac. l. ab emptiōe. ā gl... ciderunt i penã statuti. ¶ P... redditũ nō pñt referr q̃nē do... C. de agricolis ₇ censit. l. cũ bus .li. xi. ... ꝓpterea videt ratificasse venditionē a tutrice factã. Nã ratificatio sit si solũ vbis exꝑssis sed et rebus ipsis ₇ factis. vt. ff. rez ratã



In christi nomine

¶ Procurator habens mãdatũ ad recipiēdũ solutõz nō pōt ɔstere i ꝑiudiciũ. C. de nouat. l. absulit. ff. de noua. si debitoꝛē. Sed si hz gnāle mandatũ cũ libera pōt facere oia q̃ dñs ɔsueuit facere. ff. q̃ cũ eo. l. tirianus. ₇ q̃ sunt de ɔsuetudie ₇ de exercitio illius mãdati. ff. de pcur. l. pcuratoꝛem ₇ cui gnālr libera. Sed in ꝑiudiciũ suum pcur. gnālis pōt idistincte ɔfiteri ₇ ɔfessio eius in ꝑiudiciũ ipsius ɔfitentis ꝑsumit verar ₇ ex ea tenetur dño. ff. de admi. tu. l. tutius. §. tutele. Si tñ dñs hz apud se rōnes gestoꝛis vel ipse dñs ɔfecit eas tenet eas edere ₇ maxime si dñs est vsurarius. c. s. de vsuris. l. de. de eden. ꝑioꝛ. ¶ Si monachus aliqd soluit de bonis monasterij. abbas repetere pōt. secus si aliunde. i dubio presumit ꝑ eccīa secūdũ quosdã. ¶ Alij dicũt cōtrariũ qñ ecclesia agit. ff. de ɔdi. indebi. l. seruus. cuiusdã si recipiens recipit mala fide tenet. si vo bona fide. ₇ ɔsumpsit non tenet. si aũt pecunia extat vendicat.

Ego Baldus.

¶ An vasallus vendens ₇ tradens rez feudalē alteri hac adiecta ɔditōe si dño placuerit pdat feudũ. Item an papa possit īfeudare feuda ecclarũ ulterioꝛum.

Consiliũ. cccxxxiij.

In christi nomine

¶ Casus. Quidam vocatus Rufinus de Bellosso de Pontestinere posuit bona ipsius rufini ad registrum cōmunis ₇ re-

f ii

98—12—19

Der
N° 7430

DON FRANCISCI DE ALFARO, REGII IN ARGENTINA CANCELLARIA REGNORVM PIRV FISCALIS PROCVRATORIS,

TRACTATVS DE OFFICIO FISCALIS,
Deque Fiscalibus priuilegijs.

AD PHILIPPVM TERTIVM, HISPANIArum & Noui orbis Regem Catholicum, inuictissimum, potentissimum.

Anno 1606.

Libreria del Colegio Mayor

CVM PRIVILEGIO.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça Zauala escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fe que auiendose visto por los señores del dicho Consejo vn libro intitulado, *De Officio Fiscalis*, compuesto por el Licenc. don Francisco de Alfaro, Fiscal de su Magestad, de la Audiencia que reside en la ciudad de los Charcas, que con licencia de los dichos señores ha sido impresso, le tassaró a tres marauedis y medio cada pliego del dicho libro, y a este precio y no mas mandaron que se venda, y que esta fee se pōga al principio de cada vn libro de los que assi fueren impressos, para que se sepa el precio en que está tassado. Y para q̃ dello conste de pedimiento de la parte del dicho Licenciado don Francisco de Alfaro di la presente. En la ciudad de Valladolid a diez dias del mes de Nouiembre de mil y seyscientos y cinco años.

Miguel de Ondarça Zauala.

ERRATAS.

PAg. 8. col. 1. linea 10. consil. lege consid. linea 9. decimo quinto, & decimo nono, & trigesimoseptimo, lege decimaquinta, & decimanona, & trigesima septima. 6. 2. 34. tumulu, tumulo 17. abundat prima columna cum 23. lineis. colu. 2. 65. 2. 1, quodlibet, quolibet. 122. 2. 17. go, ergo. 145. 2. vlt. exedit, excedit. 181. 2. vlt. gubribus, lugubribus. 8. tiæ. tia 277. 2. 31. se diesse, cediesse. Madriti die decima octaua Octobris, anni Domini 1605. Videi hunc librum, & demptis his mendis, suo consonat Archetypo.

El Licenciado Murcia dela Llana.

APRO-

Aprouacion.

X Cōmisſione Regij ſupremi Conſilij vidi hunc librum De officio Fiſcalis, deque fiſcalibus priuilegijs, autore Licenciato dō Franciſco de Alfaro, Regij fiſci in Argentina Cancellaria Regnorum Piru Aduocato, in quo magna apparet autoris in rebus fiſcalibus eruditio, & ingens ſtudium in his quæ ad iura & priuilegia fiſci ſpectant diſcutiendis: idcircò dignū cenſeo, qui in publicam Iurisperitorum vtilitatem typis mādetur. Dat. Valleſoleti, Idibus Maij. 1604.

Lic. Ægidius Remirez de Arellano.

EL REY.

OR Quanto por parte de vos el Licenciado don Francisco de Alfaro nuestro Fiscal de la nuestra Audiécia que reside en las Charcas, nos ha sido fecha relació, que vos auiades compuesto vn libro q̄ se intitulaua, El Fiscal, y nos suplicastes os mandassemos dar licécia para imprimir el dicho libro, y priuilegio por veynte años, ò como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro Consejo, porquanto en el dicho libro se hizieron las diligécias que la prematica por nos vltimamente fecha sobre la impressió de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula, para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien, por la qual por os hazer bié y merced, os damos licécia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, vos, ò la persona que vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir y véder el dicho libro que de suso se haze mencion, en todos estos Reynos de Castilla, por el original que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado, y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala nuestro escriuano de Camara, de los que en el nuestro Consejo residen, con que antes que se venda lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impression està conforme a el, o traygays fe en publica forma, en como por corrector por nos nóbrado se vio y corrigio la dicha impression por el original y mandamos al impressor que assi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor, ò persona a cuya costa le imprimiere, y no otro alguno, para efeto de la dicha correcion y tassa, hasta que primero el dicho libro estè corregido y tassado por los del nuestro Consejo: y estando assi, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y seguidamente ponga esta nuestra licencia, y la aprouacion

uacion tassa, y erratas, so pena de caer y incurrir en las penas cōtenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros Reynos que cerca dello disponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia, no pueda imprimir, ni vender el dicho libro, so pena que el que lo imprimiere, y vendiere aya perdido, y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo Presidente y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes y alguaziles de nuestra casa y Corte y Chācillerias; y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes Mayores y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos y señorios, y acada vno y qualquier dellos, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que os guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que assi os hazemos, y contra el tenor y forma de lo en ella contenido no vayan, ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en Valladolid a primero dia del mes de Iunio de mil y seyscientos y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor,

Iuan de Amezqueta.



PHILIPPO HVIVS NOminis Tertio, Hiſpaniarum & Noui orbis Regi Catholico, inuictiſſimo, potentiſsimoque.

V M Primùm, Rex inuictiſsime, regia tua erga me munificentia & liberalitate in has remotiſsimas tui Noui orbis plagas, Hiſpali patria mihi dulciſsima chariſsimaq; profectus, nauigationem inſtitui, fiſci Patroni titulo decoratus, quæ mei muneris partes eſſēt, diligenter callere curaui, vt à recto tramite ne latum quidem vnguem deuians, tantæ prouinciç meis humeris impoſitæ ſatisfacerem. Cumq; id ex regij tituli (vt vocant) inſpectione & enucleatione, ex animi ſententia euenire poſſe perpenderem (nam & Iuriſprudentia docet, diligenter mandati fines eſſe attendendos) in illius obſeruatione totis (vt aiunt) viribus inſudaui, gloſſematis, & ſcholjis illuſtrans, & multa obiter de Fiſco, & Fiſcalibus priuilegijs, & Iuriſconſultorum reſponſis excerpta pertractans. Quç cum in publicam ſtudioſorum vtilitatem typis mādare in animum induxiſſem, tibi, Rex potentiſsime, tanquam patrono obſequiales liberti operas, dicari debere meritò exiſtimaui. Regalis enim tituli illuſtratio, à fiſci præſertim Procuratore elucubrata, quo pacto melius liuidos obtrectatorum morſus effugiet

fugiet, & á temporum iniurijs immunis erit, quàm ſub auguſtiſsimi, potentiſsimi, inuictiſsimiq; Regis protectione & tutela immortalitati conſecrata? Maieſtatem tuam Deus opt. max. diutiſsimè ſeruet incolumem.

L.D. Franciſcus de Alfaro.

DON FRANCISCI DE ALFARO, REGII IN ARGENTINA CANCELLARIA REGNORVM PIRV FISCALIS PROCVRATORIS,

DE OFFICIO FISCALIS, DEQVE *Fiscalibus priuilegijs,*

TRACTATVS.

INITIVM.

1 *QVO tempore auctor inceperit Fiscalis officium exercere.*
2 *Quid semper curauerit in exercitio officij.*
3 *Fidelitas & prudentia requiruntur ad bene ministrandum*
4 *Mandata inquirenda sunt, & diligenter seruanda.*
5. 6 *Qualiter ad hoc opus edendum fuerit*
7. 8 *impulsus: & operis digestio, item & tituli series, quæ in his glossis explicatur, vt inde rei fiscalis materia tractatus deducatur.*

1 SIMVLatque anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo, quarto, à claræ & inclytæ memoriæ digno nostro maximo Philippo. II. Hispaniarum & Indiarum Rege potētissimo, ad procuratoris Fiscalis officium fui assumptus, illudque in Regia Cancel
2 laria vrbis de Panamà exercere cœpi; id mihi semper curæ fuit, vt quo melius possem, mihi demandatum ministeriū adimplerem. Nec immeri-

ritò,ad id enim me & naturalis impulsus, & magnitudo beneficij, quam citissimè in me, & quasi ante tempus collati,
3 trahebant. Cum autem ad rectè seruitium impendendum fidelitas & prudentia à sacro textu simul requirantur, Matthæ.24.in fin. & prosequitur Ioannes à Canibus de executoribus vltimarum voluntat. par.2.in prin. alteri â maioribus partæ alteram proprijs laboribus acquirere & adiungere statui.
4 Cum igitur ad id obtinēdum pro regula à Catholicis Regibus statuatur mandati inspectio, capit. 1. Prætorum, mandati, id est, tituli ad officium (hoc enim verbo aliquando vtar) & rerum in eo contentarum executio: mandata enim diligenter custodienda sunt: l. diligenter. ff. mandat. eandem & mihi proposui regulam, & quid mihi mandaretur, inquirere & cognoscere: cognitum autem exequi, & implere curare statui.
5 Ad hoc autem nil melius, aut aptius mihi visum fuit, quam officij mei titulum, vel, vt vulgari vocabulo vtar, *prouision*, glossis, seu apostillis explicare: quod paulatim efficere curaui, prout negotij contingentia, vel studij assiduitas offerebant, vel per raram forensium negotiorum parsimoniam licebat.
6 Postquam autem aliquantulum digestum, & ad methodum quasi redactum opus prospexi, cum paucos huius specialis materiæ, aliàs multū diffusæ, tractatus inuenerim, non dubitaui in publicum mittere, non quòd Doctoris nomen vsurpare præsumpserim, sed quod officij implendi animum habuisse, & doctis rudem materiam expolitam reddendam tradidisse viderer.
7 Opusculum autem hoc pluribus vtile, aliquibus autem gratum futurum, fiscalia præcipuè negotia tractantibus, & fisco deuotis non dubito, mihi autem id pergratissimum erit, vt Regio fisco, cui vt melius potui inseruiui, siue viuus, siue mortuus, aliquam afferam vtilitatem.
8 In principio igitur titulum ad me pro huius officij de la Plata vsu destinatum, vt glossę melius intelligantur, præmittere: deinde autem glossas submittere decreui: quare etsi aliquæ ad fisci iura non attingentes, non tamen ex eo omnino respuendæ materiæ videbuntur.

Titulus

Titulus autem officij sic se habet.

DON Felipe[1] por la gracia de Dios, Rey de Castilla,[2] &c. Acatando lo que vos el Licenciado don Francisco de Alfaro, mi Fiscal que al presente soys[4] de mi Audiencia Real, que reside en la ciudad de Panama, de la Prouincia de Tierrafirme,[5] me aueys seruido,[5] y vuestra sufficiencia, letras y buenas partes, y porque entiendo que assi cumple a mi seruicio,[6] tego por bien, y es mi merced,[7] que agora y de aqui adelante, quanto mi voluntad fuere,[8] seays mi Fiscal,[9] y promotor de mi justicia[10] en la mi Audiencia y Chancilleria Real, que reside en la ciudad de la Plata, de la Prouincia de los Charcas,[11] en lugar del Doctor don Geronymo de Tobar, y Mōtaluo, mi Fiscal que ha sido de la dicha Audiencia,[12] y quiero[13] que como tal mi Fiscal della,[14] podays en la dicha Audiēcia de los Charcas[15] pedir y demandar,[16] acusar[17] y defender[18] todas aquellas cosas, y cada vna dellas, que cumplan a mi seruicio[19] y patrimonio Real,[20] y a la execucion de mi justicia[21] y acrecentamiento de mis rentas Reales,[22] segun lo ha hecho y deuido hazer el dicho Doctor don Geronymo de Tobar, y como lo hazen, pueden, y deuen hazer los otros mis Fiscales[23] de las otras Audiencias Reales destos Reynos, y de las Indias,[24] guardando las ordenanças de la dicha Audiencia,[25] y por esta mi carta, o por su traslado signado de escriuano[26] mando al Presidente y Oydores della, que luego como les fuere mostrada,[27] tomen y reciban de vos el dicho Licenciado dō Francisco de Alfaro,[28] el juramento, y con la solenidad que en tal caso se acostumbra, y deueys hazer, y auiendole hecho,[29] os ayan, reciban y tengan por tal mi Fiscal de la dicha Audiencia de los Charcas, y vsen con vos el dicho oficio, segū dicho es,[30] y os guarden y hagan guardar todas las honras, gracias, mercedes, franquezas, preeminēcias, libertades, e inmunidades, y todas las otras cosas que por razon de ser mi Fiscal de la dicha Audiencia, deueys auer y gozar, y os de-

uen ser guardadas, como se hizo con el dicho Doctor don Geronymo de Tobar, y se haze y deue hazer con los otros mis Fiscales de las dichas Audiencias,[31] de todo bien y cumplidamente sin que os falte cosa alguna,[32] que yo por la presente os recibo y he por recebido al dicho oficio, y vso y exercicio del, y os doy facultad para le exercer, segũ dicho es,[33] con todas sus incidencias y dependencias, anexidades y conexidades.[34] Y es mi merced, que ayays y lleueys de salario en cada vn año con el dicho oficio quatro mil pesos de a quatrocientos y cincuenta marauedis cada vno:[35] los quales mando a mis oficiales de la dicha Prouincia de los Charcas[36] os den y paguen por los tercios de cada vn año, de qualquier hazienda mia, que sea a su cargo[37] desde el dia que salieredes dela dicha ciudad de Panamá para yr a seruir el dicho oficio en adelãte[38] todo el tiempo que le siruieredes,[39] que con vuestras cartas de pago, y traslado signado desta mi prouision, y testimonio del dia en que, como dicho es, salieredes de la dicha ciudad, mando que les sean recebidos y passados en cuenta los marauedis que assi os dieren y pagaren, sin otro recado alguno, y que assienten esta mi prouision en mis libros que tienen,[40] y assentada, os la bueluan originalmente, para que la tengays por titulo[41] del dicho oficio.[42] Dada en san Lorenço[43] a quatro de Otubre de mil y quinientos y nouenta y siete.[44] Yo el Principe.[45] Yo Juan de Ybarra secretario del Rey nuestro señor la fize escriuir por su mandado. Su Alteza en su nombre.[46] El Licenciado Laguna. El Licenciado Benito Rodriguez Valtodano. Licẽciado Agustin Aluarez de Toledo. El Licenciado Pedro Brauo de Sotomayor. Licenciado Molina de Medrano. El Licenciado Gonçalo de Aponte.[47] Registrada. Gabriel de Soa por Chanciller. Pedro de Ledesma.[48]

(?)

Glossa

Glossa. I.

DON FELIPE.

1 *PRIVILEGIA & tituli officiorum à nomine Regis initium sumunt.*
2 *Princeps, fons, & origo est dignitatum.*
Rex solus Fiscales creat
3 *Nomen Regis sine cognomine ponitur.*
Demonstratum non indiget alia demonstratione.

DE NOMINE REGIS

1 IVRE optimo huius officij titulus initium sumit à nomine magni & potentissimi nostri Regis, id enim semper fieri debet in priuilegijs omnibus. Authē. vt præponatur nomen Imperatoris, in rubro & nigro, collatione. 5. l. 2. titul. 18. part. 3. ibi: *Como aquel Rey*. l. 44. eodem titulo, ibi: *Non deue ser creydo*, melius l. 7. eodem titulo; vbi forma ad hos titulos conficiendos traditur Chass. in catalogo gloriæ. 5. part. consilio. 24. spec. 183. Speculator titulo de instrumentorum editione. §. 2. breuiter, Panormitanus in capit. 1. in principio, de fide instrumentorum; Corsetus de potest.
2 Regia, quæstione. 45. Et omnium primum Regis apponitur nomen, nec immeritò secundum naturam enim est, vt præcedat causa, & sequatur effectus: Princeps enim fons, & origo est omnium dignitatum. l. probatorias. 9. C. de diuers. officijs, lib. 12. l. 2. titulo 4. par. 3. Bald. in l. Imperium. ff. de iurisdictione omniū iudicum, num. 4. Laudensis de dignitatibus, quæstione. 26. Auendañ. de exequend. mandat. cap. 1. num. 7. & infra glo. 2. num. 1. & ex dignitate auget Imperium, Chassan. in catalogo gloriæ mundi. 5. par. consideratio. 15. & 29. Et cùm officium Fiscalis dignitas sit, vt videbimus infra glos. 31. nō nisi à Rege creari potest, ex l. 1. de offi. procuratoris Cæsar. Afflictis decisione. 366. num. 3. Peregrino lib. 7. titul. 2. nu. 5. Monraluo in Repertor. verbo, *Procurador*, fol. 96. & patet
3 omnibus. Nomen autem Regis nostri, sine cognomine, aut alia demonstratione inseritur: quod sufficit, vt experiētia docet, & probat dict. l. 7. & Rebuff. in praxi beneficiali, titulo de permutatione, num. 8

fol.mihi.529.quin & in Episcopis id videmus.Rebuff.vbi supra,num.7.& in forma literarum tonsuræ,nu.3.fol. mihi.14. Quod enim demonstratum, alia demonstratione, non indiget.l.1.in fin. de dote præl.l.1.2.& 3.de liberis & posthum.Alex.relatus à Rebuffo consilio.27.volumine.6.de quo & nos latius infra gloss.4.

Glossa.II.

Por la gracia de Dios, Rey de Castilla.

1 *Verbo,Dei gratia,vtuntur, qui superiorem non recognoscũt in temporalibus.*

2 *Rex Hispaniæ non recognoscit superiorem in temporalibus.*

3 *Longius diffunditur Regis Hispaniarum,quam Imperatoris potestas.*

4 *Pluribus Coronis posset Rex Hispaniæ insigniri,qui plura regna habet:& aliqua de hoc.*

5 *Imperatoris potestas non est absoluta,& omnia complectens:videre missiue.*

Reges ante Imperatores fuerunt

6 *Regum Hispaniæ antiquitas deriuatur à Tubal,filio Noe, & Rex Hispaniæ est baculus Ecclesiæ:& aliqua de fide ad Indos per Reges Hispaniæ allata,& semper in Hispania Regnis conseruata.*

7 *Rex Hispaniæ est Imperator in suo Regno.*

8 *Rex Hispaniæ vti potest corona sicut Imperiali.*

Plures non Episcopi vtuntur baculo, & mitra.

9 *Rex est Vicarius Dei in temporalibus.*

10 *Habet supremam iurisdictionem.*

11 *A Rege procedunt Dignitates.*

12 *Rex solus in hoc Regno creat Tabelliones.*

13 *Rex Hispaniæ solus in suo Regno cudit monetam.*

14 *Rex Hispaniæ cognoscit de violentijs,*

15 *quæ fiunt per iudices Ecclesiasticos,etiam in causis beneficialibus,*

16 *& iura,& Doctores de hoc tractantes cumulantur, & quomodo procedatur,etiam ad pœnas temporales.*

Rex potest mittere ad bellum Abbatem,qui Regi in temporalibus subest.

17 *Rex Hispaniæ est Patronus Cathedralium sui Regni,& vt talis præ-*

18 *sentat ad Episcopatus,& Archiepiscopatus,& seq.*

19 *Sufficit vt vnum præsentet,nec hoc ius abrogatur,si beneficium vacet in Curia.*

Ius Patronatus Regium non facile abrogatur,

20 *Iure innititur ius Patronatus Regis Hispa-*

Hispaniæ.præsertim in Indiarum Regnis.

21 *Et habet ius in aliquibus* Eccle-*siasticis,& quare,& numer. sequent.*

22 *Nullus exterus potest in Hispania beneficium obtinere, nisi a* Re-*ge legitimetur.*

23 *Alia iura regalia circa Ecclesiastica remissiue.*

DE REGE HISPANIÆ.

1 HOC Verbo, Dei gratia, vtuntur Reges, qui non nisi solum Deum superiorem recognoscunt in temporalibus, Rebuf. in praxi beneficiorum, titul. de forma literarum tonsuræ. numer.4. & ita eo vtitur 2 noster Hispaniarum Rex inuictissimus, qui superiorem in temporalibus non recognoscit, Imperatorem nec alium. glos. verb. per singulas, in cap. Adrianus.22.63. distin. glos. fi. iuncto textu in cap. & si necesse.5. de donat. inter virum, & idem tenet Oldrad. cons.69. in fin. Abb. in c. quanto, de iureiurand. numero.6. Felin. in cap. cum non liceat, num.10. circa finem, de præscriptionibus, Coiletus de potestate Regia. q.22. nume.19. Nicolaus de Vbaldis de successionibus ab intestato, num 82. vers. vltimus legitimandi modus. Ias. in. l. cunctos populos, n.11. C. de sum. Trini. Palatius Rube. in introductione repet. de donat. int. nume.18. Mench. quæst. illustrium lib. 1. cap.22. num.15. Couarru. in reg. peccatum.2. par. §.9. numer.9. circa fi. Didac. Perez in proœm. ord. regalis. q.1. proœmiali. Auiles in proœmio cap Corr. verb. *Don Fernando Rey.* nume.13. Auend. cap.1. Corr. num.7. Matienço in dialogo Relat.3. p. c.34. num.5. & 6. late Chassan. in Catalog. glor. mund.5. p. considerat.28. cum pluribus sequent. estque apud nos quasi expressa. l. & est gl. 5. l.4. tit.15. part.4. & glos.3. d.

3 l.17. & prædicti Doctores alios plures pro hac parte adducunt. Quin licet dignitate, ex Summi Pontificis coronatione, maior possit existimari Imperator, cæteris neutiquam æqualis, licet enim dignitas pateat ad sensum, & probetur a Chas. vbi supra cōsideratione 15. & Couarruu. vbi supra, numero.5. quamuis Imperator mundi dominum se dicat. l. deprecatio, ad leg. Rhod. de iactu. l. bene a Zenone, in fin. C. de quadr. præscri. id verum non est, prout sonat, quin nostri potentissimi Regis Regnum longius latiusque protenditur, & melius dici pos-

+ Adde Cald. Pe-reir. de empt. et vendit. cap.1. n.º 4.

ſit mundi dominus,ſiue quæ aſcendentem,ſiue deſcendentem videt Solem:quod ſibi vſurpauit Imperator.

4 Quin ſi Imperatoris dignitatem conſideremus,prout Chaſſaneus, ex eo quod triplici corona coronatur, idem Chaſſaneus vbi ſupra, conſil. decimo quinto, & decimo nono, & trigeſimo ſeptimo, fatetur, pluribus coronis Regem noſtrum dignum,cum plura ſub Rege noſtro ſint Regna,quæ ibi ipſe numerare exiſtimat, cum dimidium Regnorum vix recenſeat, quin Bęticam vnius Regni Andaloſię nomine numerat,cum in ſe habeat Hiſpalenſe Regnum, a mea dulci patria, cui ſubeſt, nominatum: Item Iaen, Murciæ, Granatam, & Cordubam, quorum quodlibet peculiarem Regem habuit, & nihil non habet ad vitæ humanæ cōſeruationem neceſſarium. Quin & Indorum maxima Regna,quæ vnicum noſtrum potentiſsimum Regem recognoſcunt, ibique nouem Senatus, vulgo Audiencias Reales, ſiti ſunt, vix ad tot & tantarum Prouintiarum gubernationem ſufficientes: ita vt quotidie Rex noſter, pro eorum, & iudicum numero augendo rogetur,cuius & ego teſtis ſum, qui in hac Argentina Cancellaria Regi noſtro Maximo ipſius beneficio inſeruio, cuius quidem Cancellariæ diſtrictus ab vna parte centum & quinquaginta excedit leucas,ab alia vero quatuorcentum: ita vt longitudine quingentas & quinquaginta leucas excedat,quæ facile Coſmographos Conſulenti patebit. Eſt etiam Luſitaniæ Regnum Regi noſtro Philippo Secundo, eiuſque ſucceſſoribus legitima ſucceſſione vnitum. Sūt & alia quāplurima Regna, tam in hoc titulo numerata, quam etiā prætermiſſa, quæ noſtrī Regis maieſtatem enarrant.

5 Nec quiſquam mirari debet idquod diximus: nam præterquam quod ſupra dicti adducunt contra hanc abſolutam, quam aliqui adſtruere conantur,Imperatorum iuriſdictionem,quos eleganter cōuincit Couarruu. dicto.§. nono, ſecunda parte relectionis regul. peccatum, & Oldradus, certo certius eſt,Reges antequam Imperatores fuiſſe.l. ſecunda, de origine iuris. l. ex hoc iure,& ibi Baldus de iuſt.& iu.Paris de Puteo de re militari li.7. de pugna nobilium.§.an liceat Regi pugnare cum Imperatore,incipit,Sed pone.numero quin

to

to, Antonius Roseus de con cilijs . §. nono numero secundo, estque.l.septima titu lo.1.part.secunda,Gregor.ibi
6 glossa quarta.& in nostra spe cie constat,Hispaniæ Regnum a Tubal,Iaphet,seu Phaleæ fi lio ortum habuisse ex sancto Isidoro relato a Chassaneo, dicta consideratione vigesima octaua, versiculo etiam Hispaniarum, fol. centesimo vigesimo secundo, & Chronica Floriani de Ocampo, libro primo, capitul.primo.Quin & plura quę idem Chassaneus pro suo Frãcorum Rege cumulat vbi supra, magis nostro possent Regi accõmodari,cum quasi baculus Ecclesiæ, à Deo Optimo Maximo relictus sit:quin hac calamitate, qua Christi nomen a multis eo indignis nationibus,vel abijcitur, vel remittitur,Rex noster,quasi vas electionis sanctus ipse sicut & prædecessores Christi nomen ad has Indorum barbaras gentes portat, & præter plurimas, a quibus receptum est, quæ ea sunt pietate, & Religione, vel ex eis aliqui, vt iure optimo possint inuidei ab ijs qui diuina misericordia a maioribus Christianorum nomen ducimus,plurimi etiam quotidie recipiunt: vnde non immerito Rex noster fidei defensor appellatur, & re vera est,cum plurimæ aliæ nationes Christi fidem vel abiecerint, vel hæresibus contaminatam retinuerint,quod diuina misericordia apud nos non est, nec verisimiliter timeri potest, postquam sanctum Inquisitionis Officium institutum est,in quo & pater meus, & plurimi mei consanguinei(quæ mea maxima gloria est)secùndum cuiusuis institutum, & inseruierunt,
7 & inseruiunt: & iure optimo Rex noster, Imperator in Regno suo dici potest, saltim quoad exercitium, & effectum omnimodum iurisdictionis, vt ex Baldo in l. exemplo, numero quarto. C.de probationibus,& Brun. Astensi loquente de Rege Franciæ, consilio quadragesimo quinto, Decio, & alijs refert Restaurus Castaldus de Imperatore, quæstione sexagesima nona, numero decimo quinto .Vnde iure opti-
8 mo in exequijs maximi nostri Philippi Secundi, Hispaniarum, Indiarumquè Regis, in cuius tumulu corona superior in tumuli coroni de iuxta templi tectum posita, clausa, sicut imperialis,erat: nec immerito,nam si Abbates,quorum dignitas

dignitas tantum differt a Pontificali, mitra, & baculo, & alijs vtuntur, vt & quotidie videmus: & probant Mantua de Concilio, numer. 119. & 120. Antonius de Roselis de indulgentijs numer. 378. Quin & in Ecclesia Hispalensi sæpe vidi, Archiepiscopo in Pontificalibus celebrante, omnes illius Ecclesiæ Hispalensis Dignitates mitra vti, quod & in alijs casibus audiui fieri in Compostellana Ecclesia. Nō ergo potest dici Rex noster iura Imperij, vel aliquid a se alienum vsurpare

9 Rex enim noster in temporalibus Dei Vicarius est, epistola inter claras. C. de sum. Trin. l.7. in fin. titul.1. part.2. & Gregor. glos.9. in procemio partitarum. Didacus Perez in procmio ordinamēti. q.1. alios refert, & supra hac glos. num. 2.

10 & habet supremā iurisdictionem in Regno. Greg. in glos. 12. titul. 13. l.22. part.2. & Perez vbi supra, c.1. & ab eo pro

11 cedunt omnes dignitates. D. Perez vbi supra, q.1. & Auēd de exequendis mand. c.1. nu.

12 7. & plures adduximus sup. glos.1. num.2. vnde iure optimo tabelliones creat, Laud. de principibus. q.67. Baldus de Perusio de Tabellione, nu.7.

13 l.3. titul.15. part.3. Solus etiā cudit monetam. l.2. iunct. l.8. tit.1. part.2. glos.11. d. l.2. quin licet ibi dicatur ab Imperatore, dominos, siue magnates aliquos ab Imperatore obtinuisse licentiam cudendæ monetę: tamen apud nos nulli hoc

14 concessum scio. Rex etiam noster ex antiqua consuetudine, approbata & obseruata, de violentijs que fiunt per Prælatos Ecclesiasticos cognoscit. l.2. titul.6. libr.1. Recopilat. quod etiam in causis beneficialibus seruari dicunt dicta iura, quod & pluribus iuribus facile est probare. c. filijs, vel nepotibus 16. q.7. c. principes. 23. q.5. c. Regum officium, ead. cau. & q.c. petimus. 11. q.1. c. quidam monachi. 16. q.1. auth. vt Clerici apud propios Episcopos, collatione. 6. c. de persona. 11. q.1. vt videre est per Olascū decis. Pedemon. 30 & Afflictis dec. 24. Nauarr. in c. cum contingat, de rescriptis, remedio. 1 Couar. cap. 35. practicar. num. 3. Gregor. in. l.13. tit.13. par.2. glos.4. ni fuerça. Et in hoc casu ex simplici querela in supremis Prætorijs proposita Prętorium verbis deprecatiuis vtitur, vt Ecclesiasticus iudex differat executionē, donec viso processu per supremos regios iudices, appareat violentia sit, nec ne: tamen si ex eo violentia appareat, tunc vis illata aufertur, & rogant, iubent

& iubent dicti iudices supremi iudici Ecclesiastico, quod contra iustitiam iussum, vel exequutum reponat, & excommunicatos absoluat, idque dictis verbis, *Rogamos y mandamos*.
15 Quin & aliquando iudex Ecclesiasticus in expensis condemnatur, vt refert Osascus vbi supra, vel comminatio fit sub pœna amissionis bonorum temporalium, vt refert D. Couarruuias: quam tamen comminationem non vidi fieri, nisi primo mandato non pareat, vel literæ Regiæ, quæ apud nos dicitur *Prouision*, expediantur: si autem & secundæ iussioni non pareat talis iudex Ecclesiasticus, vel eijcitur, vel aliqua pœna pecuniaria mulctatur, alicui pio operi applicanda,
16 quod iam fieri vidi. Nec absque ratione id videtur: nam præter generalem consuetudinem, de qua per supra relatos, & Nauarrum in capite cum contingat, de rescript. remedio primo, qui cætera de hac materia congessit, supposito iure quo dicta resolutio innititur, certum est, qui iurisdictionem habet, omnia ad eius executionem necessaria habere. l. 2. de iurisdictione omnium iudicum. Iurisdictio autem sine modica coercione nulla est. l. finali in fine, de officio eius, cui mandata est iurisdictio: hæc autem iurisdictio non nisi ad temporalia potest extendi, capit. nos si in competenter. 2. quæstione septima. §. quin ergo, capit. statuimus. 31. 1. quæstione tertia, Oldradus consilio 17. numero 2. capit. quo iure 8. distinctione, Hostiensis de iureiurando, numero 4. & plures relati per Osascum dicta decisione. 30. numero quinto. vltra quos vide Capell. Tolosan. decisione. 150. in additione, & Guillielmum in capite Raynuntius, verbo, & vxorem, prima decisione, numero 240. Canteram in quæstionibus criminalibus, circa punitionem delictorum, capite primo, numero 42. Et Regem posse mittere ad bellum Abbatem, quia ei in temporalibus subest, tenet Petrus Antibolus de muneribus, numero 97. parte tertia. Et ita in propria specie, quod in expensis possit condemnari iudex Ecclesiasticus, vel alias in patrimonio, tenet Gregorius supra relatus in l. 13. titulo 13. partit. secunda, glossa quarta, in fine per legē, ad dictos supplicio, & ibi notata. C. de Episcopali audientia, Innocentius in cap. postulanti, de foro comp.

Est

17 Est etiam patronus omnium
Cathedralium Ecclesiarum,
Chassan. in catal. glor. mun.
5. part. consideratione. 24. spe
ctatio. 99. Et ad Regem no-
strum spectat præsentatio Ar
chiepiscopatuum, Episcopa-
tuum, & Abbatiarum Con-
sistorialium, Restaudus Ca-
staldus de Imperatore, quæ-
stio. 100. num. 16. Selua de be
neficio. 2. part. quæst. 23. nu-
mer. 48. Nec solum vt ei noti
ficetur mors prælati, vt refert
Selua, & est l. 3. titul. 3. libr. 1.
ordinament. & l. 18. tit. 5. par.
1. & Didac. Perez in dict. l. 2.
titul. 6. lib. 1. ordinam. verbo,
Hazer saber: sed ipse solus præ-
sentat, ex Restauro supra, &
Didac. Perez vbi supra, post
principium: idque ex consue
tudine & priuilegijs Aposto
licis. l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilati.
quod priuilegium, & confir
mationes Papales vidisse, te-
statur Gregor. in l. 18. titul. 5.
18 part. 1. gloss. 1. in fin. Et ita ces
sant quæ adducit Selua vbi su
pra, num. 53. vbi tenet, tres de
bere præsentari. Cessat etiam
cap. cum longe. 63. distinct. &
dict. l. 18. partitæ, in quibus
solum videbatur Regis assen
sus & notitia necessaria: quod
& regulare est in omnibus
Regnis, vt videre est per rela
tos à Castaldo, & Selua vbi su
pra, Boerius decisione, 3 2.
Gregorius vbi supra, Dida-
cus Perez latissimè in l. 2. ti-
tulo sexto, libro primo ordi-
namenti. glossa. 1. vbi late de
hoc iure electionis & præsen
19 tationis agit. Rex igitur no-
ster cum habeat Summi Pon
tificis indultum, eius minister
est, Staphileus de gratijs, &
expectatiuis, de mandato de
prouidendo. §. tertia for-
ma, numer. 11. & 14. vnum so-
lum præsentat, qui, si nil ei ca
nonicum obsistat, in prædeces
soris sedem installatur. Quin
etsi in Curia Romana dictas
prælaturas vacare contingat,
adhuc non impeditur Regis
nostri præsentatio, dict. l. reco
pilation. & sentit Staphileus
dicto numero. 14. Rebuffus
in praxi beneficiali, 3. part.
signaturæ, numero. 64. fol.
173. Hoc enim patronatus
ius Regibus competens, nó
ita facilè abrogatur, vt est tex
tus insignis in capite 9. Con-
cilij Tridentini, de reforma-
tione, sessione. 25. & ideò nú-
quam censetur esse Pontificis
voluntas ad id derogandum,
ex Selua, & Didaco Perez
20 supra. Præsertim in Rege
nostro, tot, tãtisque titulis be
nemerito. Rex enim noster,
& eius prædecessores ab His-
pania Sarracenos effugarunt,
Ecclesias fundarũt, dotarũt &
ditarũt, vt referunt sup. relati,
&

& dict.l.18.p. Quod & quotidie videmus fieri in his Indorum partibus, vbiquotidie noua eriguntur templa, quibus omnia ad cultum diuinum necessaria Regijs expensis comparantur; præterquam quod in oppidis Indorum tertia pars ad Ecclesiarum ędificia necessaria ex Regio fisco tribuitur, alijs duabus tertijs ab Indorum Commendatario, ipsisque Indis tribuendis. Vnde in locis, vbi Rex noster tributis, veluti Commendatarius fruitur, duas tertias pio operi confert. Quid ergo dicam de maximo numero Religiosorum, qui in has partes maximis Regijs expensis peruenerunt, & singulis prope annis veniunt? præterquam in pluribus Prouincijs, vbi, vel ex earum paupertate,
21 te, vel alijs decausis decimæ ministrorum Ecclesiasticorum sustentationi non sufficiunt, Episcopis, personatibus, & singulis parochis congrua portio à Rege nostro & assignata est, & tribuitur ex Regali patrimonio: quod hodie in aliquibus Episcopatib' obseruatur, in alijs autem paucis ab hinc annis obseruabatur, in omnibus ferè à principio obserua-
22 tum fuit. Hoc autem Regis priuilegium, & ad Regis subditos extenditur; non enim in his Regnis Hispaniarum aliquis beneficium obtinere potest, aut pensionem, si extraneus à Regno sit, nec naturalis: cuius meminit Castaldus de Imperatore, quæstione 100. nume. 19. estquè. l.14. cum pluribus sequentibus, titul.3. libr.1. recopilat. Potest tamen Rex legitimare, vt aliquibus ex supra citatis legibus, & l.4. titul.15. part.4.
23 Et hæc pro nunc dixisse sufficiant, vt omittamus alios casus, in quibus de rebus Ecclesiasticis Rex noster cognoscere possit, de quibus per Couarru. dict. capit.35. practicar. & per Aufrer. de potest. secular. Chassan. in consuetudinibus, rubrica. 1. §.5. à numer.48. verb. Sil nagrace. Et etiam omittamus, Regis Capellanos contra laicos corā secularibus judicib' agere debere. l.25. tit. 4. lib.1. ordinam. vbi Didacus Perez, & generaliter in Clericis à Rege bona temporalia habētibus, docet l.57. tit.6. p. 1. c. cæterum, de iudic. capi. ex transmissa, de foro competen. Nostrum enim institutum eo tendit, vt quæ ad fisci ius spectant attendentes, cætera quę obuia sunt, perfunctoriè attingam', & ita quæ de Regnis in hoc titulo nominatis dici poterāt, omittimus, licét aliqua

dixerit

dixerit Auiles in cap. prætor. in principio, & Chass. in consuetudin. Burgundiæ, vbi de Flandres loquitur.

Glossa .III.

Acatando lo que vos el Licenciado don Francisco de Alfaro &c. me aueys seruido.

1 *Exercitatio necessaria est in eligendo: plura enim inde proueniunt.*

2 *Extra salarium præmia debentur ob labores.*

3 *Electio fit secundum consuetudinem, licet præcise ad id non teneatur princeps.*

4 *Electus a Principe, censetur idoneus.*

QVÆ REQVIRANTUR in electo.

1 Inter plura quæ cumulat Cœpol. in tractat. de Imperatore milit. deligēdo, quæ requiruntur ad bene eligendū, ille inquā. §. fi. à nu. 9. quorum aliqua considerauit l. 2. tit. 9. p. 2. illud pręcipuum est, antiqua scilicet, exercitatio in ministerio cui quis præponitur: inde enim solertia, scientia, fidelitas, & cætera ad id necessaria depromūtur, & præcipuè cognoscitur experimento, an cæteræ qualitates sint, de quibus in dictis locis, 2 & infra gl. 5. & 6. Apponūtur etiam hęc verba, vt sciamus, non absolutè, & sine delectu præmia, & dignitates a Rege nostro coferri: debētur enim ob labores & merita, ad idq; precisè benemeritis tenētur. l. & virtutum præmia. 4. C. de statuis & imag. l. contra publicam, in fin. 14. C. de re milita. lib. 12. dict. l. 2. tit. 9. p. 2. Laud. de dignitatibus. quæst. 8. Guillielmus in cap. Raynuntius, de testamentis. verbo, & vxorem nomine Adelasiam, dec. 5. nu. 27. vbi adducit. l. 1. C. de annonis ciuilibus, li. 11. quod etiam extra salarium deberi, tenet Gregor. in dict. l. part. 3 gloss. 5. verbo, *fazer bien*. Quod vel ex eo probat, quod ita fuit consuetum. l. super creandis 9. C. de iure fisc. lib. 10. & ita fieri debet, licèt ad id non cogatur Princeps. l. 1. §. permittitur, & ibi Bart. de aqua quotidiana & æstiua, gloss. in capit. final. verbo atque priuilegia. 100. distinct. & videbimus in 4 fra gloss. 7. Vndè semper electus à Principe, præsumitur idoneus: pro eo namque præsumptio est. Guillielmus vbi sup. dec. 2. nu. 101. Rebuff. in praxi benefic. in declarat. nobil. Princip. versic. nos tibi, pagin. 207.

Glossa. IIII.

Vos el Licenciado don Francisco de Alfaro, mi Fiscal que al presente soys.

1 *Nomen, prænomen, & cognomen exprimi debent in rescripto, & in exhæredatione.*

Confinia loci delicti commissi exprimenda sunt, etsi certa.

2 *Quid sit nomē, quid prænomen, quid cognomen.*

Nomen multum debet attendi in electione.

3 *Minor expressio sufficit, si de nominē constet, & quare, etiam in exhæredatione, & alijs odiosis.*

4 *Nominis identitas non causat confusionem, nisi cū ambo sunt eadem charitate coniuncti, & est eadem ratio.*

5 *In institutione dignitas instituti debet exprimi.*

DE NOMINE, PRÆnomine & cognomine.

1 CVM prænomen, nomen & cognomen hîc ponātur, optimè quidem satisfit; nec aliud est quod requiratur: hæc enim omnia in rescripto debere apponi, refert Baldus in margarita ad Inno. verb. nomē, quod ibi refert ex Hostiensi in cap. cum accessissent, de constitut. tenet etiam Rebuff. in praxi benef. de forma simplicis prouisionis, verbo, Ioannis Balibi, fol. mihi. 138. & in exhæredatione Mench. de succes. creat. lib. 1. par. 2. §. 20. nu. 51. Et in delictorum commissorum loco confinia exprimenda, etsi certa sint, ex aliquibus refert Iulius Clarus lib. 5. receptarum sententiarum. §. fi. in practic. crimin. quæst. 12. n. 11. Et eod. modo debet exprimi nomen eius, in cuius loco subrogatio fit, ex Rebuff. vbi supra, in 3. par. signaturæ el 3. verb. nomen, fol. 175. & videbimus infra glossa. 12. Et ne
2 per ignota procedamus, sciendum est, nomen, gentis esse ac familiæ; prænomen, quod ante nomen ponitur: cognomē autem, quod a dignitate, seu nobili facto ponitur; vt contra aliquos eleganter resoluit Alciat. lib. 4. dispunctionum, cap. 1. Antonius Augustinus lib. 3. emendationum, cap. 8. Mencha. de succes. creat. li. 1. §. 4. nu. 7. Et in me prænomē est Franciscus, nomen autem Alfaro, quod nomen paternę familiæ est; cognomen autē, Fiscalis: & magni momēti nomen est, multumque debet con-

considerari in electione, vt refert Chassan. in consuet. rubr. 1. des iustices. §. 6. à nu. 53. fol. 6. & Castillo in princ. proœmij legum Tauri. Sed ex abū-
3 danti hæc omnia ponuntur, minor enim solennitas sufficiebat, dùm tamen de persona constaret, nomina enim ad cognoscendos homines sunt. l. ad recognoscendos. 10. C. de ingenuis manu. §. si quis in nomine, inst. de lega. l. Labeo. 7. §. idē Tubero de supell. legat. & ideò licèt aliqua ex supradictis desint, rectè nominatio censetur facta, etiam in exhæredatione, quæ odiosa est: id enim solùm videndum est, an de persona constet, siuè nomine, siuè alio signo vniuersali. l. quoties. 9. §. si quis nomē. l. in tempus. 61. §. quoties, de hæred. insti. d. § si quis. Instit. de leg. l. 10. tit. 3. part. 6. l. 1. cum sequentibus, de liber. & posthum. Quin subintelle-ctum etiam censet comprehē-sum in testamento, ita vt exequi possit, Xuarez in l. post. rem, in decl. l. Reg. ampliat. 2. num. 2. Ex quibus intelliges dict. §. si quis nomen. l. iubemus. 29. C. de testamentis, l. heredes. 21 in prima, eod. l. nominatim. 2. de manum. testamento. l. nominatim. 34. de condition. & demonstrat. l. certum. 6. si certum petatur. Roland. cons. 6. lib. 2. Nonius cons. 8. nu. 7. Couar. in c. Raynuntius, de testamētis, in princip. num. 2. Caldas de nominatione in emphiteusi, quæstione. 9. nu. 13. Matiēnço in l. 5. tit. 4. lib. 5. recop. gl. 7. nu. 1.
4 Bart. in l. 1. de liberi & posthu. Ant. Gom. lib. 1. variar. cap. 2. num. 6. Nec mouere poterat dubiū, quòd in nomine ego conueniam cum consobrino, siuè, vt melius dicam, patruele mihi semper amantissimo & venerando, ex l. duo sunt Titij, de testamentaria tutela, ex duobus enim fratribus dominus Franciscus de Alfaro, & ego, patrueles vno omnino nomine, & prænomine nuncupamur, nam dict. l. requirit, vt illi sint eadem amicitia & charitate coniuncti, & in nostro casu eadem debet esse ratio in vtroque, vt dubitatio oriatur. dict. §. quoties, & alijs supra adductis, quod in præsenti nequaquam considerari poterat, cū verba debeant intelligi secūdum personam ad quam dirigūntur, l. plenum. §. equitij, de vsu & habitatione. Et cum hic titulus dirigatur Præsidi, & Auditoribus huius Audientiæ, vt me in Fiscalem reciperent, sequitur, id nō cadere in meū patruelem, qui nec Licentiatus est, nec Iurisprudentiam vn-

considerari in electione, vt refert Chassan. in consu. tub. 1. des
3 iustices. §. 6. à nu. 53. fo. 66. & Castill. in proœm. legum Tau. Sed ex abundanti hæc omnia ponũtur, minor enim solennitas sufficiebat, dum tamen de persona constaret: nomina enim ad cognoscendos homines sunt, l. ad recognoscendos. 10. C. de ingen. man. §. si quis in nomine. inst. de lega. l. Labeo. 7. §. idẽ Tubero. de supel. legat. Et ideò, licet aliqua ex supradictis desint, recte nominatio censetur facta; etiam in exhæredatione, quæ odiosa est. Id enim solùm videndum est, an de persona constet, siue nomine, siue alio signo vniuersali. l. quoties. §. si quis nomen. l. in tempus. 61. §. quoties. de hæredib. instituen. d. l. si quis nomen. l. iubemus. 29. C. de testam. l. hæredes. 21. in prima. eodem tit. l. nominatim. 24. de manumis. testam. l. nominatim. 34. de cond. & demonstr. l. certum. 6. si certum petat. Rolan. consil. 6. lib. 2. Noni. cons. 8. nu. 7. Couar. in cap. Raynuntius. de testamen. in princ. nu. 2. Cald. de nominatio. in emphiteu. quæst. 9. num. 13. Matienz. in l. 5. titu. 4. libr. 5. Recop. glo. 7. nu. 1. Bart. in l. 1. de liber. & posthum. Anton. Gom. lib. 1. variar. cap. 2. num. 6.
4 nec mouere poterat dubiũ, quòd in nomine ego conueniam cum consobrino, siue, vt melius dicã, patruele mihi semper amantissimo & venerãdo, ex l. duo sunt Titij. de testamen. tutel. Ex duobus enim fratribus dominus Frãciscus de Alfaro & ego patrueles, vno omnino nomine & prænomine nuncupamur: nam dicta lex requirit, vt illi sint eadẽ amicitia & charitate coniuncti: & in nostro casu eadem debet esse ratio in vtroque, vt dubitatio oriatur. d. §. quoties. & alijs supra adductis, quod in præsenti nequaquam considerari poterat, cum verba debeant intelligi secundùm personam, ad quam diriguntur. l. plenum. §. equitij. de vsu & habitation. & cum hic titulus dirigatur Præsidi, & Auditoribus huius Audientiæ, vt me in Fiscalem reciperẽt, sequitur, id non cadere in meum patruelem, qui nec Licentiatus est, nec Iurisprudentiam vnquam, sed militiam de Calatraua, cuius est miles, professus est. Ex quo si quæ suberat poterat difficultas, iam cessat. l. falsa demonstratio. 33. in fin. principij, de condit. & demonstratio. latè de hac re Baldus in l. hac consultissima. num. 4. C. de testam. Hippol. in rubr. de probationib. a num. 354. Tiraquel. de primogen. nume. 17. opin. 6. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 4. titul. 6. Sarmient. in l. si seruus. 8. §. inter duos. de leg. 2. & in l. cum quidã 24. vbi Peralt. & Padil. eod. titul.
5 Sed nihilominus optimo consilio hæc omnia, prænomen, nomen,

men & cognomé exprimũtur, ne vlla possit vnquam oriri dubitatio: quin & in institutione, quæ tam fauorabilis est, vt nulli non patet, dignitatem instituti exprimendã, innuere videtur l. hac consultissima. C. qui testa men. facere possunt. Bar. in. d. l. 3. de lib. & posthum.

Glossa V.

Mi Fiscal que al presente soys de mi Audiencia Real, que reside en la ciudad de Panama, de la Prouincia de Tierra firme.

1 *Gradatim debent dignitates conferri. & num. 3.*

2 *Dignitas attenditur ad alias dignitates, & in dubio, qui dignitatem habet censetur electus.*

3 *Scientia præsumitur in simile officiũ exercente.*

QVOMODO CONFERantur dignitates.

1 PROsequitur idem quod supra proxima glossa, vt intelligamus, no sine causa, vel absolutam hanc promotionem esse, nec me absolute ad hoc officium assumi, sed gradatim, iuxta legem, vt gradatim. ff. de mun. & hon. l. honor. 14. § gerẽdorũ, eod. tradit Chassaneus consideratione. 9. 1. par. catalog. glori. mundi. l. maior, & ibi Platea. C. de dignitatibus, lib. 12. in electione namquè debet præferri, qui diutius militauerit. Chassaneus vbi supra. p. 9. consideratione 15. co. 24. & cæ-
2 teris paribus, electus censetur, qui dignitatem habet, Chassaneus vbi supra, conclusione. 33. l. fin. de fide instrumentor. & ad seculares dignitates, dignitas semper attendi debet. Cœpola de Imperatore mil. del §. ratio-
3 ne dignitatis, numero 6. & cum scientia in eligente requiratur, vt videbimus infra gloss. proxima, maior scientia ad Fiscalis officium exercendum præsumi debet in eo qui idem officium in Cancellaria exercuit, supra glossa tertia, nume. 1. artificium namque per exercitium recipit incrementum. l. legatis seruis. §. ornatricibus, & ibi gl. de legat. 2. Cœpola de Imperatore mil. del. §. scientia quoque, numer. 4 nec quis ad maiora, nisi per minora ire debet, vt supra hac glossa, numer. 1. & in rubro & nigro, de Clerico per saltum promoto. Laudensis de dignitatibus, quæstione. 61.

(.?.)

Glossa VI.

Y vuestra suficiencia, letras y buenas partes, y porque entiendo, que assi cumple a mi seruicio.

1 *Gratiæ conferuntur tribus de causis. Quod dicatur pulchrũ beneficium.*

2 *Scientia requiritur in electo, & quot annis debeat studere. Tria Romanos fecerũt regnare. Aduocatus fisci, de præstantioribus debet eligi.*

3 *In electione debet considerari, ne electus deformis sit, & plura remissiuè.*

4 *Regulariter, ob virtutem solummodo conferuntur gratiæ.*

DE QVALITATIBVS ELECTI.

1 Egregiè his verbis cõprehenduntur tria, ex quibus beneficia à Principe solent & debẽt conferri, quæ eleganter referuntur. l. 49. & l. 51. tit. 18. p. 3. Aut enim gratia fit ex cõmoditate, quæ inde resultat, aut ex benemeritis, aut quia id Principi conuenit, & ex duobus primis causis Pulchrũ beneficiũ appellatur, d. l. 51. licèt benemeritus dicatur, non demeritus, ex Rebuf. in d. glo. 3. in fin. & vide infra gl. proxima. Quod autem ob benemerita, seu seruitia, beneficia conferri debeant, proba-

2 uimus supra glo. 3. Sed prætereà & scientia sicuti hic requiritur, aliàs minus bene officium exerceret, Cœp. de Imper. militum deligend. §. scientia quoque. & §. Imperatorum. nu. 31. & ideò non potest creari, nisi qui per quinquennium studuerit. l. petitiones. 5. C. de aduoc. diu. iudic. Peregr. lib. 7. tit. 2. nu. 6. vel per decenniũ, vt generaliter apud nos statuitur. l. 2. tit. 9. lib. 3. reco. Et iudex debet habere scientiã, & experientiam iudicandi, Auiles in proœ. cap. Corr. ver. *Qualesquier*. nu. 7. & c. 1. ver. *Fiel*. nu. 9. & secundùm merita beneficia conferuntur, Cœpo. vbi supra. §. virtutis etiam. nu. 3. Et tria Romanos vincere fecerunt, scientia, exercitatio, & fides, Cœpol. vbi supra §. pro imperatore, nu. 19. & aduocatus fisci, de præstantioribus debet eligi. l. binos. 10. & ibi Bald. C. de aduoc. diu. iudic. Peregr. lib. 7. tit. 2. nu. 12. l. 1. tit. 13 lib. 2. recop. Est etiam considerã-

3 dum, ne deformis sit, qui eligitur: pulchra enim forma semper consideratur, Regum 1. cap. 17. post mediũ, facit ordinatio antiqua militum de la Vanda, *Ca home de mala catadura non puede ha-*

* zer buenas obras*, quod & considerauit Cœpol.de Imp.milit.diligendo.§.pro Imperatore.num. 12.Est etiam consideranda nobilitas sanguinis, Daniel.cap.1.in princ.& vide l.3.tit.5.& l.1.tit. 6.par.2.Dida.Perez in l.5.titu. 19.lib 8.ordi.pag.363.col.1.& vide alia per Chassan. in consuet. Burgund.rubr.1.des iustices. §. 6.à num.53.fo.66. Sed cum hæ
4 clausulæ generales sint, & soleat communiter apponi, etiam cùm nil peculiare factum est ab ijs, in quos hæc beneficia conferuntur, consequens est, vt nō ob benemeritum, sed ob bonitaté tantū gratiæ facere censeantur. l.vt virtutum præmia.C. de statuis & imaginib.l. antepen. ad ff.ad Syllan.d.l.52.in fin. Chass. vbi supra, consideratio.42.& 44 vbi latè, & consideration. 4. in princip.1.par.& Rebuf. citatus supra num.1.

Glossa VII.

Tengo por bien y es mi merced.

1 *Tituli huius collatio, gratia est: posteriora superioribus derogāt.*

2 *Princeps, cui vult gratiam facit, & præmia confert.*

3 *Dedecus electoris est dux minus idoneus, non subditi.*

DE VERBO, ES MI MERCED.

1 EX His verbis inducitur gratia, & ita ad eam, non ad ius, siue cōtractum hic titulus referri debet, nam ex superioribus verbis, ibi: *me aueis servido*, induceretur, vt hæc gratia in contractum transiret, ex Guidone Pap.de rescrip.num.28.referente Bart.in l.ambitione. C. de decretis ab ordine faciend.& alijs: sed cum semper posteriora superioribus derogent. l.sed & posteriores.27.de legibus. cum vulgat.ex hac posteriore clausula gratia omnimoda debet iudi
2 cari. Nam licet huiusmodi prçmia benemeritis debeantur, vt vidimus supra glo.3. tamen cui vult Princeps dat, Chass.in catal. glor.mund.5.par.cōsid.24. cas. 168.fo.118.& par.9.consider.15. conclus.22. Lucas de Pen.in l.nemini.C.de consulib.lib.12. nec ab aliquo potest quæri, cur ita fecis? vt refert sæpe Chassan.vbi supra, & videbimus infra, gl. 12.n. 6.verb.*y quiero*: dedecus enim e-
3 lectoris, est dux minus idoneus, non subditi, Chassan. in catal. glor.mund.9.par.considera tio.15.conc.28.

(:)

GLOS.

Glossa VIII.

Que aora y de aqui adelante, quanto mi voluntad fuere.

1 *Potestas in dubio cēsetur ad annū data, vel ad biennium.*
2 *Quod conceditur ad volunta tē Principis, dicitur perpetuum.*
3 *Quæ pendent á voluntate Principis, impossibilia censentur.*
4 *Fiscalis officium perpetuū est, nec sine magna causa remouetur.*

QVANTO TEMPORE DVRET OFFICIVM.

1 LICET de iure potestas data, ad annum vnū cōcessa videatur, vel ex causa, biennium, l. neminem 4. & ibi Lucas de Pen. C. de suscept. præp. & arc. lib. 10. cap. fundamēta. §. fin. de electiō lib. 6. Laud. de officia lib. dominor. quęst. 92. Boer. decis. 149. num. 4. Auiles cap. 5. Prætor. verb. *Suspendidos*. n. 5. & in officio Auditorum id expresse statuitur. l. 4. tit. 4. lib. 2. ordina. Quę tamen alteratur. l. 5.
2 tit. 5. lib. 2. recop. vel per bienniū l. sancimus, 12. C. de aduoc. diu. iudic. Et hodie apud nos omnia officia Præsidum, Auditorum, Prætorum criminum, & etiam fiscalium, perpetua reputantur, & re vera sunt, cum ad vitam durent: quod enim durat ad vitam perpetuū dicitur, gloss. 2. l. 10. tit. 18. par. 3. glo. in cap. fin. verb. perpetuus. de rescrip. lib. 6. Ad voluntatem enim Principis cōceduntur. l. Iurisperitus. 33. in princip. de excusat. tutor. Boer. de autor. magni Consil. nu. 154. & plures pro hac parte refert decis. 149. num. 11. Paris de Pute. de syndic. 2. par. §. officiales perpetui. nu. 3. fo. mihi. 134. tom. 8. in tract. libel. contra pot. form. Auiles cap. 2. Prætor. verb. *De mercaderia*. num. 24. Peregri. lib.
3 7. tit. 2. num. 13. Quemadmodū enim, quæ pendent á voluntate Principis, impossibilia censentur. l. apud Iulianum. 40. §. constat. de leg. 1 Ita etiam & reuocatio voluntatis impossibilis censetur, præsertim cum ex ea, & gratiæ, & donationes reuocarētur, quæ maxime Principem decent, vt videbimus infra glo. 34.
4 §. 4. Vnde quæcunque de perpetuis officialibus dicuntur, idem & de his, qui ad beneplacitum dantur, intelligi debet, Ias. in l. principalibus. si cert. peta. Chassan. in consuetud. Burgund. tit. des iustices. rubr. 1. §. 6. verb. me sieri. nume. 82 fol. 67. Amanel. singul. 119. Auiles cap. 9. Prætor. verb. *Los castigue*. num. 2. Paris de syndicat. §. officialis durante, nu

mer.1.fo.mihi 107.tom.8.tract. Gregor.glo.2.in l.5.tit.5.pat. 5. & glo.5.l.6.tit.4.pari.3. Vsusq; docuit,hæc fiscaliũ officia perpetua esse,quod plurimum conducit ad honoorem huius officij, de quo infra glos 31. & ad hoc, vt suspendi non possint sine magna causa,Auiles cap.1. Prætor. verb.Fiel.num.41.& cap.9.ver. So la pena de la ley. & videbimus infra. Et ad multa plures referens adducit Matien. in dialog.Relat.3.p.c.27.nu.10.

Glossa IX.

Se a ys mi Fiscal.

1 *Plures significatus verbi,fiscus, referuntur,sed quoad nos,fiscus dicitur Camera, seu pecunia publica Principis.*
2 *Unde id dicatur.*
3 *Inter bona fisci,vel Principis est differentia.*
4 *Hodie,& quoad hunc tractatum nõ est differentia inter bona Principis,vel fisci.*
5 *Princeps dicitur fiscus, unde fiscũ habent solũmodo qui superiorẽ nõ recognoscunt.*
6 *Rex Hispaniarum habet fiscum.*
7 *Dux Mediolani habet fiscũ,ciuitates non,nisi Rex id eis concedat.*
8 *Augusta vtitur priuilegijs fiscalib.*
9 *Ecclesia vniuersalis habet fiscum, Episcopi non.*
Ildefonsus Vergara Episcopus prouintia de los Charcas laudatur.
10 *fiscus aequiparatur Ecclesiae,& pupillo*
11 *Fisci priuilegia remissiue.*
12 *Fiscus inter potentes numeratur,& debet praeferri priuato.*
13 *Aliqua contra fiscum dicta.*
14 *Fisci bona vnde. Diues vt sit expedit,& conseruatur Imperatore mortuo.*
15 *Res est secundus sanguis & belli neruus pecunia.*
16 *Rex exigere potest,vt sibi subueniatur à subditis.* (dũ.
Et Episcopus petit charitatiuũ subsi
17 *Anno circiter sexcentesimo petitio pro Regio seruitio autori cõmissa fuit,fuit autẽ volũtaria,nõ exacta.*
18 *Voluntariè promittens,arctandus nimis non est ad solutionem.*
19 *Aliqua nomina officialiũ fisci numerantur,& nu.20.*
21 *Omnes missam fecerunt fiscalis defi nitionem,& nu.seq.* (est.
22
23 *Fiscalis,& Caesaris procurator idẽ*
24 *Quis sit fiscalis,& qui dicantur officiales regij.*
25 *Aliqua de procuratore fisci dicta, of*
26 *ficialibus Regis conueniũt,aliqua non,nu.2:.* (& n.29.
27 *Fiscalis officiũ in iudicijs versatur*
28 *Fiscalis praeeminentia remissiue.*
30 *Quis primũ fiscalem creauerit.*
31 *Nulla communitas habet fiscũ, nec ecclesiasticorũ iudiciorum fiscales possunt appellari.*
32 *Duo fiscales creari debẽt,& fiscalis officium maximi momenti est.*

Regius

33 *Regius fiscalis ad quæ teneatur, & num.34.*
35 *An possit aliquas causas extra fiscales prosequi.*
36 *An ad omnes has causas teneatur.*
37 *Fiscalis diligens esse debet sed non temerarius.*
38 *Non instituat calunniosas actiones, & qualiter debeat agere.*
39 *Ignis pœna est contra fiscalem indebitè vexans.*
40 *Ne sit fraudulentus contra Regem.*
41 *Etiam ob salarium non solutum nõ deserat causam.*

QVID SIT FISCVS ET FISCALIS.

1 VT nostri tituli ordinem sequamur, quis sit fiscalis, hic definire debemus licet qui fisci tractatus scripsere, ab hac parte tractatus initiũ sumant: cum igitur fiscalis officiũ á fisco deriuetur, inprimis, quid sit fiscus, & qui fiscum habeant, aliaq; quæ fisci propria sunt, præmittere oportet. Verbũ igitur, fiscus, varias in iure habet significationes, vt placuit Fabr. in §. rursus. inst. de action. nu. 29. & idem quod fiscella ex viminibus, aut paleis contexta, ex Calep. & Budeo in annot. tit. de offic. quęst. pag. 340. Aliquando enim significat idem quod prælũ, seu qualũ ad oliuas premẽdas, vt oleũ exanietur, vel exudet, vt d. l. sed addes. 21. §. illud nobis loco not. Budeus in annotation. priorib. ad Pandect. fo. mihi 719. & Cot. in memor, verb. fiscus. col. mihi 209. Licèt in cõĩsignificatu, fiscũ intelligat sumi, in d. l. sed addes. Syluest. in sum. verb. fiscus. Sed quoad nostrũ institutũ attinet, fiscus dicitur camera, seu pecunia publica Principis, vt deducitur ex Luc. de Pe. & Plat. in rub. & l. 1. C de iur. fi. lib. 10. Bald. ibi. nu. 1. 2. & 3. & 17. Ludo. Monta. de reprob. senten. Pil. arti. 3. n. 2. Corras. lib. 6. Miscel c. 19. n. 3. Alcia. de magistr. Rom. col. 469. Zabarel. in Clem. nolentes. de hæretic. verb. Inquisitoribus. nu. 3. Pirrh. de Magistra. Rom. 2. p. n. 1. Luca. de priu. fisc. p. 1. n. 6. Balb. de præscrip. 3. par. 5. par. prin. q. 8. nu. 3. Affli. de iur. prothomise. §. 9. nu. 22. Boer. decis. 277. nu. Greg. Lop. in l. 33. tit. 13. p. 5. glo. 1. Cot. in memo ver. fiscus. Sylu. in sum. ver. fiscus. 20. Montolo. in prompt. iur. ver. fiscus. fo. mihi 259. Peregr. lib. 1. ti. 1. nu. 2. de iur. fis. Castil. in l. 4. Tau. ver. Fueren. fo. mihi 41. Ang. in §. edicto nu. 1. insti. de donation. Corras. lib. 6. mis. cap. 19. Roscc. memo. lib. 3. c. 12. Dicitur autem ex eo,
2 nam fiscus proprie dicitur marsupium, vbi maior pecunia continetur, & cũ publicũ patrimonium bursa non posset capere, vasa maiora adhibita sunt: de quo fisci significatu loquitur Cicero 1. Verrin. Reperiebã fiscos plurimos cum pecunia Silicensi à quodam Senatore ad equitẽ Romanũ esse translatos, ex his

quasi decem fiscos apud Senatorem relictos esse comitiorũ nomine, refert Pirrh. & alij ex supra relatis, & Calepinus. Cum autẽ nec marsupium aut saccus sufficeret, camera successit fisci nomine, & camera Principis, siue Principis pecunia pro eodẽ sumuntur & confunduntur figura metonymica, qua sumitur continens pro contento, Platea in d.l. 1. C. de iur. fis. lib. 10. nu. 8. Alcia. ad l. inter publicam, nu. 2. de verbor. sign. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 1. nu. 3. Et licet inter fisci bona, ac Principis patrimoniũ possit constitui differentia, ex l. bene à Zenone. C. de quadrie. præscrip. ibi: Non à fiscalibus rebus, sed ex priuata eorũ substantia, Affl. de iur. prothomis. §. 9. nu. 21. Bar. in rubr. C. de iur. fis. libr. 10. nu. 17. Habent enim se sicut excedens, & excessum: nam fisci quidquid est, Cæsaris est, sed non è conuerso, Lauden. de iur. fisc. q. 238. Pereg. lib. 1. tit. 1. nu. 29. Tamen hi duo termini con-

3

4 funduntur, & fiscus dicitur Regis patrimoniũ, siue ex publica, siue ex priuata sit, Bal. in l. 1. C. de hæred. vel actio. vendit. q. 4. Vnde iam non est considerabilis differentia inter fiscum & ærarium, quã aliqui ex supra relatis considerabant, & Pirrh. in tracta. de mag. Rom. 2. p. num. 4. & Bude. fo. 339. nec duplex fisci patrimoniũ, de quo per Ange. supra relatũ, & Guido. Pap. q. 259. nu. 2. fo. mihi. 118. pro qua parte facit l. bene à Zenone. C. de quadrien. præs. versi. sed scimus, ibi: Quæ enim differentia introducitur, cum Principis esse intelligantur, siue ex nostra substãtia, siue ex fiscali fuerit aliquid alienatũ: vnde quidquid Imperatoris est, fisci est, Bar. in rub. C. de iur. fis. lib. 10. nu. 13. quin & ipse

5 Princeps aliquando fiscus dicitur, Pirrh. de mag. Rom. 2. p. n. 3. Et fiscus dicitur repositoriũ, ex Pereg. lib. 1. tit. 1. n. 31. 38. & 39.

Ex eo autem quod diximus, fiscum pro Principe vsurpari, deducitur, qui hãn habeant fiscũ, illi enim sunt, qui superiorẽ nõ recognoscunt, siue Imperator, siue Rex sit, siue Respublica, quæ id sibi vsurpauit, Salic. in rub. C. de priu. fis. nu. 2. & 3. Neguss. de pigno. 4. me. 2. par. num. 114. Nicol. de Vbald. de success. ab inte. 5. par. nu. 4. Balb. de præsc. 3. par 5. par. princ. q. 8. nu. 3. Affl. de iure proth. §. 9. nu. 22. Lud. Mont. de reprob. sent. Pil. art. 3. n. 1. Peregr. lib. 1. tit. 1. nu. 4. videtur sentire Tiraq. in tract. le mort. 15. de

6 clarat. 2. par. n. 11. Vnde nulli nõ patet, nostrũ Hispaniarum Regem potentissimũ habere fiscũ, & satis probatur ex ijs quæ diximus supra glo. . Quin Ducem

7 Mediolani fiscũ habere, tenet Paris. cons. 1. nu. 25. & 26. to. 1. Et licet populi & ciuitates propriè fiscũ non habeant, vt docet Nicol. de Vbal. in tract. de success. ab intesta.

testat.5.par.nu.4. Tamen ciuitatibus posse Principē concedere fiscū, tenet Restau. Castal.in tracta.de Impera.ver.146. Quo forsan innititur, quod tradit Tiraq. supra nu.5. hac glossa citatus nu. 12. Et licet aliud sit fiscus, aliud Respublica Romana, Nellus de Sancto Geminian tract. de banni.1.par.temp.nu.16. Tamen, sicut de Principe supra diximus, ita & de Republica possumus dicere, vt fiscus & Respublica, cuius fiscus est pro eodem vsurpetur; secus diuersa, Bald.in l.1.n.13.C. de pœn.iud. Ias.in §.fuerat. Inst. de actio. Anto. Nicel.de concordia glos.nu.436. Capic.d. decis. 150.nu.14. Cœpo. de ædili. edict. 8 nu.13. Quin & Augusta fiscalibus vtitur priuilegijs.l.fiscus.6. in fi.de iur.fis. & Baruli, qui fiscius habet Pereg.li.5.ti.1.n.139. Et licet fiscus nil habeat in Ec9 clesia, nec Ecclesia in fisco, ex Baldo in c.cęterū.de rescript. refert Fabian.de Mont.de emptio. & vend.q.21.quæst.4.prin.nu. 44. Tamē fiscus reperitur penes Ecclesiam. Clem.2.de hæret. Abb. in c.quia diuersitatē.n.14.de cōcess.præb. Et fiscus Ecclesiæ maior est, siue dignior Imperatore Petr.Rebuf.de priuil.scho. priuil.98.n.4. Et fiscus Romanæ Ecclesiæ vbiq; est, ex Bald. relato à Laud.q.206. Episcopi autē non habent fiscū, licet cōmuniter cōsuetudine acquisierint, vt multas sibi acquirere possint, Bernard. Diaz in practic.crimin.can.cap. 124.in fin. Couar.lib.2.var.ca.9. additio ad Capel. Tholos.q.228. & alij plurimi, quos refert Iuli. Clar.lib.5.recept.§.fin q.80.nu. 5. vbi id non absolutè permittendum, sed in vsus pios applicandum docet, quod ad vnguē obseruari semper vidi a Reuerendissimo domino Magistro D.Ildefonso de Vergara huius Argētinę diœcesis dignissimo Præsule, qui eū personaliter integrū Episcopatū, siue diœcesim plusquam centum & quinquaginta leucas extensum visitauerit, nullam mulctam sibi applicare permisit, quod & in hac residens ciuitate obseruauit: & in hoc, sicut & in cæteris ministerium suum magna cum omnium laude impleuit: & id quod supra diximus, etiam sensit Abb.in cap. sancto.num.1.de succession. ab 10 intestat. Vnde non immeritò fiscus Ecclesiæ comparatur, capit. maiores. 8.16.quæst.7. Abb.in c. 2.num.5. de precar. & in cap. venerabilis.nu.12. de iudic. Euerardus cap.26. Afflict.decisio.153. post num,2. Tiraq. de priu piæ caus.priu 143. & de retractu lignag.§.15.gloss.1.num.11. & seq. Igneus in §.non alias.num.682. fol.200.glo.5.in princip.& est l. 19.tit.8.par.5. Bude.in §.sequēs, institu.de action.pag.mihi 106. Eademque priuilegia habet, licèt aliquando differre putet Tiraque. vbi supra a nu.12. Cepha. libr.

libr.2.consil.255 à nu.46. Curtius Sen.consi.10.nu.3.Sed differentiæ,de quibus ibi,nõ maxime attendendæ,vt suis locis videbimus. Fiscus etiam minori æquiparatur.Affl.decis.366.n.7. quin & pupillo,Tiraq. de iure const.p.3.lim.30.nu.44.licèt cõtra pupillũ priuilegiũ nõ exerceat,ex Peregr.lib.6.tit.6.nu.10. de quo nos suo loco. Æquiparatur etiã doti,Tiraq.de retract.lignag.§.1.glo.14.nu.100. Chas. in cons.Burg.tit.des deiz & aparagens §.4.in prin.nu.6.fol. 139.de quo nos latius infra glos.
11 16.à nu.89. Ex quibus iã quasi apparere incipit,quãta & quot priuilegia in iuris corpore dispersa habeat,quorũ plurima congesserunt,Bald.in l.1.C.de hæred.vel act.vend.Spec.de disp. & alleg. §.4.ver.vel illud speciale. Paul. in l.fin.C.de priu.fisc.à nu.3.vsque ad 9.Salic.in l.fi.C.de priu. fisc.nu.6.& seq.Euerar.in cent. leg.c.26. Affl.de iur.protho.§.9 nu.23.Did.Pet.in l.6.tit.4.lib.2. ord.gl.fi.Greg.in l.59.tit.5.p.5. Affl.decis.2.n.3.Dueñ.reg.374. Et nos ea quę verè priuilegia sunt,suis locis referemus.Nec mirũ videatur,fiscũ tot habere priui-
12 legia,cũ tot necessitates supportare oporteat pro bono publico, Bal in l.licèt.ante n.1.C.de cõdi. ex lege.vnde inter petentes cõnumerantur.l.quicunq.3. C. de litigio.l.2.C ne fisc. vel respub. Fabian.de Mont.de empt.& vẽ. q.4.n.36.Fisci enim causa publica est,& cuilibet etiam in particulari cõmodũ affert, Rip. in l. dotis.solu.matr.n.112.& 113.& debet præferri saltim cuiuslibet priuati causis,idẽ nu.116.Coua.
13 lib.1.var.c.16.in prin.Sed cũ malo nostro quilibet propriũ & priuatũ,non cõmune cõmodũ quęrant:omnes enim quærunt,quę sua sunt,non quæ Iesu Christi:inde euenit,vt aliqui fiscũ detestẽtur:fiscũ enim,subditorũ calamitatẽ appellauit Bald.in c. ex administrationis.de iureiur.nu.15. Et Traianus fertur dixisse,fiscũ lienẽ esse,quo crescente, cæterĩ corporis artus & membra tabescunt,vt refert Alc.in l.pupillus.§.munus.nu.17.de verb.sig. Tira.in l.11.cõnub.n.11. Corras. lib.6 misc.c.19 nu.6.Couar. vbi proximè,& raro equus est duræ ceruicis & rigorosus ,secũdùm Guiller.in rep.c.Raynũtius.ver si absque liberis.2.nu.56.2.part. nu.25.plura cumulat Chassa. in consuet.Burg.rub.de confiscat. in prin. Quæ omnia non dubi-
14 to,quin tyranni fisco possint ad aptari:at recti Principis fiscus ab hominibus bonę indolis,ac Deũ timentibus administrarus, qui ex aliena calamitate emolumẽtũ non capit,vt refert Igneus in §.non aliàs.l.necessarios.ad Trebel.nu.701.fo.203.Platea in l.1. C.de naufr.lib.11.circa med.nec ad diuitiarum cumulu per discriminum,atque dedecorũ fastigia

gia peruenit.l.ex imperfecto.de leg.3.l.Papinianus.§.imperator de inof.merito cũ Chas. proximè citat.nu.4. stomacho assimilabitur, à quo omnes corporis partes nutriũtur,& vires sumũt: & ideò expedit,vt diues semper sit,dũ id legitimè fiat: fiscus enim,quasi flos,& quasi fixus & immutabilis dicitur :semper enim soluendo est,vel præsumitur, Bar.in rub.de iur.fis.lib.10. nu.18.plures referens Mascar.de prob.2.tom.concl.806.nu.5.Ias. in l.decẽ.de verbor.nu.32.Salic. in l.si maritus.nu.1.C. de fundo dor.Plat.in l.1.de iur.fis. libr.10. Luc.nu.94.Laud.q.97. Peregri. lib.1.tit.1.nu.34.& infra glo. 16. nu.126.Quia licẽt non actu,aptitudine tamẽ talis iudicatur,Bal. in rub.C.de iur.fisc.lib.10.nu.4. Nec fiscus vnquã moritur, Negusan.de pig.4.membr.2.part. nu.107.Peregr.lib.1.tit.1.nu.36. & tit.3.nu.5.Et etiã Imperatore mortuo imaginatiã personã repræsentat,Bald.in d. rubr. C. de iur.fis.nu.18. Si enim fiscum

15 tollas,inermis & ad nihilũ prouintia redigetur: res enim , etiã in homine dicitur secundus sanguis,glo.iuncto tex.& ibi Bald. in l.aduocati.C.de adu.diu.iud. & idem Bald.in l.si tuis nũmis. C.de op.publ.refert Affl.decis. 24.nu.4.plura de pecunia cumulat Chas.in catal.glo.mund.6.p. consid.17.& 7.par. consi.15.& 12.par.consi.54.& quanto magis publica,quã priuata salus debet attendi,tanto magis de fisci pecunia,quã de priuata ratio debet haberi.pecunia enim ad patriam defendendã,hostesque oppugnandos necessaria est,& sine ea ciẽtia rei militaris,virtus, autoritas,felicitas nil Principi prosunt:vnde iure optimo tributa nerui Reipublicæ appellãtur,vt referunt aliqui relati à Chass.& est text.expres.in l.1.§. in causa. de quæst.secundũ literã, de qua in meis codicibus,vbi dicitur,in causa tributorũ, in quibus esse Reipublicæ neruos nemini dubiũ est:& licet in alijs codicibus loco verbi,neruos,seruos legerim:mei codicis litera mihi , & recto sermoni magis placet & suadetur.l.1.§.1.ff.de loc. publi. frued.& Prateius de verb. iuris. ver.vtilitas.inquit,vectigalia tueri

16 neruos ciuitatis,Rip.in l.dotis solut.matr.nu.112.& 113.Ex quibus deducitur,exigente necessitate,rectè posse peti à Regibus & Principibus,vt subditi ei pecunias etiam vltra tributa ministrẽt,vt ex Dec.in l.ab omnibus. 107.§.si Titio.de leg.1.refert & sequitur Bartho. Belenc.de charitati.subsi.q.1.in fin. quin & in leuioribus terminis,in Principe scilicẽt, itinerante refert idem Belencinus quæst.22.Et in Episcopo est expressus tex. in capit. conquerente.16.de offic. ordin. & in capit.cum Apostolus.6. §. prohibemus.de censib.& refert Belen:

Belenci.d.q.1.nu.21. Et licèt hoc iure optimo à Rege nostro exigi potuerit,tamē exactione cessante,peti iussit,anno 1599.& in maiori parte huius Audientiæ districtus, hæc petitio mihi cōmissa maximam fisco Regio attulit vtilitatem, :plusquā enim tercentorum ponderum(ita enim in hac prouintia appellamus) Regi nostro acquisiui: pondus autem continet octonū mos argenteos, vulgò, reales, quod quidem sine subditorum molestia perfeci,quę nostri summi Regis voluntas fuit: gratis enim & voluntariè,tam Hispani,quàm Indi Regi obtulerunt, vel in pecunia numerata, vel in terræ fructibus,prout poterant, & placebat,& licèt plerique solùm mihi promitterent prædictas res posteà soluendas, exactionem semper renui: ponderabam enim voluntariè promisisse,atque ita non arctè cogendos,ex l.si extraneus.34.de iure doti.& l.Diuus Pius.17. de reg. iur.Et ita effectum est,vt nec tēpore promissionis,nec solutionis tempore vis aut molestia aliqua fieret,licèt enim id mero iure liceret,mādatum Regis,quominus fieret,obstabat,nec ex eo solutio fieri desijt:sed his omissis,quæ hucusque latè, & lectoris forsan molestiæ cumulauimus,nostri tituli verbum explicēmus,quisnam fiscalis sit, quæ vè eius officij executioni conue-

17

18

19

niant.Etsi differentiam publici & priuati Regis patrimonij ex antiquorū autoritatibus considerarunt plerique supra relati, præcipuè Budeus in annotatio. ad Pandect.ex tit.de offic.quęst. & Roseus memorabil.lib.3.ca. 12. multò maiorem magistratuū,& officiorum confusionem reperiet,qui relatos & referendos Autores legerit,inueniet enim rationales,procuratores Cęsaris,procuratores fisci, comites rerum priuatarum comites sacrarum largitionum quæstores, præfectos ærarij,coactores, susceptores,aduocatos fisci,& alios plures,quos ne molestus videar missos facio:horum autem officium aliquando confundunt,aliquando distinguūt supra relati, vt videmus per Bart.qui in l. si quando.C.de bon.vac.lib.10.n. 1.Procuratorē Cæsaris confundit cū comite rerum priuatarū, quos tamē diuersos constituit Lu. de Pe.ibid.& Cyn.in l. procurator.n.1.de eden.procuratorē Cæsaris, qui res Imperij. Procuratorē autē rei priuatæ,qui res Imperatoris,vt Titij, scilicèt, ante Imperiū adeptū rescurat,de quibus præter supra relatos, vidēdi sunt Alc.de fund.rei priu.C.lib. 11.Pirrh.de magistr.Ro.2.p.quin & apud nos diuersa nomina ad hoc tēdentia inuenire facile est: inuenimus enim nomen, Mayordomo y Procurador de la camara del Rey.l.16. titulo.7.

20

par.

par.6. Et in noua legum compi
21 latione titulus integer, *De los Pro curadores fiscales*, & in tanta controuersia Doctorum, qua multitudine vix, & ne vix quidem inueniri potest, qui fiscalis officiũ definiat, quin & Peregrinus, qui tractatum de fisco edidit, & lib. 7. titu. 2. de aduocatis fiscalibus, definitionem prætermisit, licèt lib. 1. tit. 1. nu. 7. definire tentauerit, & Chasſaneus volens definire, iocosam adduxit definitionem in consuet. Burgund. rubr. 2. num. 4. & 5. seriam antẽ definitionem omisit, ita vt omnes consultò videantur fugisse
22 periculum, quod definitiones in iure solent habere: nec mirũ, si confusẽ omnes loquãtur, & terminos cõfundant, Pirrhus vbi supra in prin. nu. 12. & 2. pat. nu. 8. Alcia. in l. transigere. C. de trãs. nu. 7. & in tit. C. de fund. rei pri. lib. 11. Chassan. vbi supra, nu. 4. & 7. cum & ex iuribus ipsis confusio oriatur. l. si quis intra. C. de bon. damn. vbi quod in principio dixit de re priuata, in fine dicitur de patrimonio: & ideò, vt
23 nullius fructus disputationẽ missam faciamus, & ad nostrũ deueniamus institutũ, scire oportet, fisci & Cæsaris procuratorẽ idẽ esse, Alciat. in l. Præses. C. de trã sact. nu. 12. & siue aduocatũ, siue procuratorem fisci, aut Cæsaris appelles, ille dicitur, qui in Curia gerit officiũ, Lud. Gome. in proœm. Reg. Cancel. fo. 7. Et cũ, vt supra resoluimus, Regis patrimoniorum iam hodie non attendatur differẽtia, ita & quoad fiscalem attendi non debet. Ex quibus & addito etiã eo, de quo infra glo. proxima, fiscalẽ definire possumus, vt fiscalis sit, qui nostri supremi Principis negotia, si
24 ue ad rẽ, vel patrimoniũ, siue ad iustitiæ cõplementũ pertinẽtia in iudicio in supremis Consilijs vel Cancellarijs defendit. Hæc igitur definitio, & genere constat & differẽtia. Generis loco ponitur, Qui Regis negotia procurat: id enim cõmune est, etiã susceptoribus, vel coactoribus, siue comitibus rerũ priuatarũ, qui hodie apud nos Officiales Reales dicũtur, vt colligitur ex traditis ab Igneo in §. non aliàs. nu. 664. Chas. in cata. glor. mund. 7. par. consid. 15. vers. sed quoniam. Huiusmodi officiales apud nos tres sunt, vocanturque Cõtador, Tesorero, y Fator, & in varijs prouintijs sunt cõstituti, vbi scilicet negotiorum magnitudo, vel cõmoditas id exigit: & licèt officia distincta sint, vt videre est in ordinationibus domus Contractuum Indiarum, Hispali sitæ, tamen quoad administrationẽ exactionẽ, coactionẽ, receptionem, & cætera ad id pertinẽtia, paria sunt, omnesque in solidũ tenentur, ita vt contra aliquẽ eorũ solũmodo inquiri nõ possit, a lijs omissis, vt eisdẽ ordinationi
25 bus cauetur ordinatione, & ad horũ

horum similitudinem in his In
25 diarum partibus,vt dixi, varijs
in locis constituti sunt,& fortas
se non incômodè,quæ antiqui-
tus procuratori Cęsaris conue-
niebant,his hodie applicari pos
set:& ita Lauden.de officijs do-
minorum.q.101.dicit,procura-
tores Cæsaris per prouinciasfuis
se,qui appellabâtur Comites re
rum priuatarū. Adaptatur etiā
iudicandi officium,quod procu
26 ratori Cæsaris conuenire probât
supra relati, suntque de hoc in-
tegri tituli:hæc autem iurisdi-
ctio limitata erat,vt docet Vant.
de nullita.rubr.de nullit.senten
tiæ ex defectu iurisd.nu. 46.Et
magis hodie limitata est hæc iu
risdictio.Nam antiquitùs pro-
curator Cęsaris iudex erat,vbi-
cunque fiscus litigabat, Belen-
cin.de charitatiu. subsid.q. 94.
siue actor,siue reus fuisset, Lau.
q.122.& Luc. 1. par. nume. 34.
Et aliquando inter priuatos, Al
ciat.paradoxor.cap.5.nu.fin.At
hodie huiusmodi officiales so-
lùm iudicandi officium ad reddi
tuum Regalium exactionem v-
27 surpant. Ex quo secundam diffi-
nitionis partem intelliges; ver-
bum namque,in iudicio loco dif
ferentiæ est;nam solùm ad fisca-
lem iudicialis defensio pertinet:
ex quo oppugnaui sententiam
contra fiscum latam, absente fis
cali,præsentibus tamen huius
modi officialibus. Nec ex eo,
quòd iudicandi officio non fun-

28 gitur,minor est dignitate, imò
longe maior,& vbicunque ma-
gna cum differentia fiscalis præ
fertur huiusmodi officialibus:
& quæ ad hoc pertinent,videbi
29 mus infra suo loco,glo. 31. Pro-
curator igitur Cęsaris iā hodie
non appellatur,qui redditus Re
gis colligunt,vt Greg. & aliqui
supra relati voluerunt:sed solū-
modo qui in supremis Regijs
Tribunalibus lites defendit,Re
giā personā,sicut procurator pri
uati,priuatā personā repręsentat
30 Primus autē nostrum aduocati
fisci officiū instituisse fertur A-
drianus Imperator,vt refert Bu-
deus in annot.ad Pandect. de of-
ficio Quæsto.p.341.quem & a-
lios refert Peregr.lib.7.tit.2.nu.1
& ex Aelio Spartian.in Adriani
vita,Prateius de verb.iu. ver. pa
31 tronus fisci. pag. mihi 359. Ex
quo iam patet,nullam Rempu-
blicam,vel communitatē, quin
nec Principem superiorem reco
gnoscētem,fiscum habere, licet
bursam cômunem habeat, Bal.
in l.1.C.de hæred.vel act.vendi.
nu.8.Apparet etiam,malè vul-
gariter sumi verbum hoc,fisca-
lis,pro accusatore,vt barbari in-
telligunt:ex quo ecclesiasticorū
iudiciorum promotores fiscales
appellant,de quo nos infra, gl.
proxima:quin & Indorū oppi-
dis Indi fiscales appellâtur,quo
rū officium est,scire & inquire-
re,qui nam Indi Missas audiant,
quivè desint,cùm nec ecclesiasti
cis

cis conueniat Fiscalis nomē, nec Fiscales possint appellari: aditio ad dec. Capellæ. to. 288. sed parū de hoc videtur curandum, illud enim sciendum est, nos qui duplici officio fungimur, vt patet ex hac, & sequenti glos. Fiscales
32 à principaliori, a Fisci causis appellari. Duo igitur Fiscales creari debēt. l. binos. 10. & l. Aduocati 14. cū alijs. C. de Adu. diuers. iudiciorum, & l. 1. tit. 13. li. 1. Recop. vnus qui ciuilium, alter qui criminalium negotiorum curā habeat: & cum rebus arduis simul debeant assistere. l. 10. eius dē tituli, iure optimo quilibet hoc titulo fruitur: tum etiā, quia in aliquibus Cancellarijs vnus solum Fiscalis adest, præsertim in his Indorum partibus, qui cū tot tātisque rebus debeat interesse, vt per discursū videbimus, maximi momenti, maximeque autoritatis hoc officium habetur, & re vera est, & ideo multum attendendum est in hoc titulo super glos. 3. 5. & 6. ipseque etiam attendat oportet, qualiter oficium exercet. In primis enim
33 sciat, teneri lites prosequi, quę ad patrimonium Regis pertinent, vt videbimus latè infra gl. 2. siue ad eius iurisdictionē Regiam. l. 1. tit. 13. li. 2. Rec. & ordina. 78. & 82. huius Audiētię. Tenetur præterea & crimina prosequi, vt videbimus in gl. proxima, & glos. 17. & iubetur. d. l. 1. & l. 6. eiusd. tit. & ordi. 82. Confiniumetiā lites prosequi tenetur: hæc nāque ad iurisdictionē atinēt. l. 25. ti. 5. li. 2. Rec. Multas etiā Fisco adquisitas peteredebet. l. 3. d. ti. 13. Hoc autē per scribas ei notificari debet, qui scilicet pœnas incurrerint. l. 13. d. tit. 13. Quo etiā probatur, quod supra in difinitione diximus omnia enim, quę ad lites pertinēt, huius officij sunt, & ita expresse prohibetur, ne harūpœnarū, seu mulctaru tesaurarius lites prosequatur, sed Fiscali denūtiet: ita enim expresse cauetur. l.
34 7. ti. 14. d. li. 2. Lites etiā nobilitatis prosequi tenetur in Cancellarijs, vbi dē hac re notio est: quod quidē in his Indiarū partibus nō fit, omnibusq; horū Regnorū Cācellarijs id prohibetur: sed in Vallisoletana, & Granatēsi Cācellaria, vbi huiusmodi causæ possūt moueri, id Fiscalis sine cōmunitate loppidi domicilij actoris facere nō potest, Otal. de nobilit. 3. p. c.
35 1. n. 12. Pro fisco igitur solū modo patrociniū præstabit, non pro alio extraneo, sub pœna priuationis. l. 2. d. ti. 12. Sed in causa cōsanguineo tu posse patrocinari videtur, arg. l. penult. de postulādo, licèt id nunquā viderim, & fortè prohibetur. l. 30. tit. 4. li. 2. Reco.
36 vbi prohibitio generalis est: contra Fiscum autem, vel contra Regē patrocinari non potest. Montaluus in reportorio, ver. Fiscus, pag. mihi 48. nec contra se, aut suos aduocare cogitur, l. petitionem. 5. C. de Aduocat. diu. iud. l.

amicissimos.C.de excus. tutor. Perey.d.lib.7.tit.2.num.8.Finito autem officio,contra fiscum, in diuersa quàm à se incepta causa aduocare potest.l.potes.2. & ibi Salice.de aduocat.fisc. Dili-
37 gens igitur sit Fiscalis,ad exemplum tutoris.l.quoties.§.nec vtiique.de admin.tutor.ne sui vitio aliquod detrimentum fiscus patiatur,l.fi.C.de bon.vac.libr. 10.Peregr. vbi supra num.7. & sicut prouidus cultor rē dominii.ādebetaugere,vt sentire videtur.l.non intelligitur.3.§.siquis palam.versic.Diui fratres.de iure fisc. Non tamen diligentia hæc temeraria debet esse,sed iuridica,non enim debet aliquis fisci occasione aliquid attentare propria autoritate, omisso iuris ordine,Platea in l.hi qui. num. 3. C.de conuen.fisc. debit. libr. 10.Actiones enim fiscales non suis temporibus, & sicut expedit propositas concremari iussit Imperator.l.iustas.C.de iure fisci.libr.10.qòd quemadmodum intelligatur,tradit Budeus in §. si quis agens.circa fin.iustitu.de action. & videbimus infra, glo. 16.verb.*Pedir*,nec iniustam causam Fiscalis fouere debet.l. quoties.10.§.sicut.de administr. tutor.argument.l.emptorem. 12.
38 in princip.de actionib.empti.Et á fortiori calumniosas actiones non instituet,aliàs grauiter puniētur,vt refert Peregrin. dict. titul.1.lib.7.num.7. & quod puniatur in expensis, docet Bobetius in singular. verb. expensa. num.13.fol.mihi 202.1. tom.singular.Vnde nostri Christianissimi Reges, qui omnia maximo cum consilio & iustissimè statuerunt, legem tulerunt,qua cauetur, ne Fiscales actionem instituant, aut accusationem proponant, nisi delator appareat, qui & fideiussionem de delatione probanda præstet.l.3.cū duabus sequentib.dict.tit.13.libr.2. Recop.Nec aliqui sunt deputati ad denuntiandum,vt olim habuisse fiscum, docet Zasius in l. intra quatuor. numer.2.de exception.Hodie enim nostri Reges fiscum ditare non inhiant, nec tales volūt Fiscales, sed qui fisci commoda iustè & iuridicè prosequantur & defendant: vnde in delictis nororijs,vel ex inquisitione de mandato Regis facta,actionem,vel accusationem prosequetur fiscalis,vt probant Doctores,leges,& Montalu.in
39 reperto fo.48. Caueant igitur Fiscales,ne aliquem indebitè vexent,iniuriarum namque tenentur Aymon Crauet.cons.168.n. 7.& 10.& aliquando grauiter nimis puniuntur,cùm & pœna ignis facienti illicitam cōcussionē imponatur,in l.vniuersi.19. C. vbi causæ fiscales. Cùm igitur contra aduersarium calumniari non debeat,contra propriū dominum maiori quidem ratione calumniari non debet: & cum

quo

quodammodo deus in terris dicatur Rex, vt per relatos supra glos.2.nō immerito fiscali fraudulenter ab officio deuianti, cū Hieremia cap.48. dicere possumus: Maledictus homo qui facit opus Domini fraudulenter, & crimen lesæ Maiestatis non euadet: nam Prouerb.20. Sicut noxius est qui mittit sagitas, & lanceas in mortem ita vir qui fraudulenter nocet amico suo. Quin & iure humano idnō difficulter probabimus, si fraus magnæ pecuniæ sit, nam administratorē non dubiū est furti teneri.l.1.§. fina. versicul. in tutela, de tutelis & rationibus distrahendis, at furtum magnū aduersus Regem committens, crimen læsæ Maiestatis incurrit.l.2.tit.17.p.2. ergo, et hic huius delicti pœnam non euadet. Vnde non vnam, aut alteram, sed pœnas minatur.l.fisci Aduocatus 3. C. de aduocat. fisci.
41 Vnde nec prætextu salarij non soluti, causam fiscalem deserere debet aduocatus.l.1.C..eod.

GLOSS. X.

Y promotor de mi justicia.

1.2 Dictio Et ponitur inter diuersa. Quod sit fiscalis officiū in criminalibus, & num. 2.
3 Fiscalis in accusando officium iudicis exercet, & qua iudicis officio, possūt & ad fiscalis petitionē fieri
4 Fiscalis nō accusat, ni delatio præcedat.
5 Inferiores iudices non habēt promotores, nec fiscales.
6 Ecclesiastici fiscalium nomen vsurpant.
7.8 Officialis fisci, vulgo solicitador del fisco, & quare sit.
9. Habet salariū de publico, & alia, vsque in finem.

DE FISCALI, QVOAD prosecutionem delictorum.

1 Si verbum supra proximē glos satum, & hoc iungas, animaduertes, vt diuersa, sed æquē principalia, in hoc titulo inseri, id enim inducit verbum. Et l. tripli ci.142. de verbor.sign. per Barr. in l. Titiæ textores 39. §. nihil, per text. ibi, de leg.1. Vnde fiscali tam competit rei fisci persecutio, quam criminum accusatio, & ita Chassanęus in consuetud. tit. des Iustices. §.5. verb. na graee, n.168. docet, procuratoris Regis officium esse, delicta inquirere, inquisita persequi, & verificata petere puniri: & ita in delatorum, siue acusatorum locum succesisse, docet Claudius Cancius li.2. de offic. iudic. c.7.nu.29.& 30. & sentit Chass. in consuet. Burg. tit. des

 fiedz

fiedr.§.4 ver.le vasall.& tenu, n.11. Quod & probari etiam vi-
2 detur ex identitate officij procuratores fisci & Cęsaris, quam supra prouabimus, & sentit Chass.in consuet. vbi fisci procuratorem dicit, qui procurat condenationes fieri, Cęsaris vero, qui res quæ iam Cæsaris patrimonij sunt, curat in ærario reponi: docet ipse tit.de cōfiscat.n.4.& 7. & fiscum teneri de suo dependere aduersus malefactores, vt puniantur, tenet Pereg.li.5.tit.1.n.194. & Chass. vbi sup.ver. Sil nagrace. & licet a nobiliori parte nomen sumat,
3 non minoris habetur ob accusationis officio: imò quodammodo potest dici iudex, nam loco officij iudicis succedit, & quodcumque officio iudicis fieri potest, fiscali conuenit, vt eleganter docet Bernardus Diaz in practic.crimin. cap. capit.5. Pro iudice enim est, quemadmodum & iudex pro accusatore, vt valeat confessio, absente accusatore. Mascard.de probationib.volumin.1.conclusione 348.num.50. Dum tamē sciat,
4 non absolute, & sine delatore posse procedere, ex l.3.4.& 5.titul.13.libr.2.Recop.& resoluimus supra glos.proxima, n.38. & videbimus latius infra gl.17.
5 verb.accusar. Vnde cum tanti momēti, huiusmodi officium sit, etiam quantum ad accusationem, ideo recte statuitur.l.14. d.tit 13 lib.2.Recop. Neciudices ordinarij promotores habeant, sed ad casum specialem, si id necesse fuerit, creenr, nā cū apud inferiores iudices id non nisi mediocris, aut infimæ conditionis homini posset demādari, non ad iustitiæ complementum, sed ad subditorum molestiam & concussionem prodesse, vt Claudius & Chassanæus proxime relati referunt: atque ita d.l.14. inuiolatissime in tota Hispania obseruatur, præterquam in ciuitate Toletana, vbi anno circiter 1590. dum illac iter facerem, certus fui, tunc huiusmodi promotorem ad furcas condemnatum, ob multa & magna facinora, concussiones, & extorsiones in sui executione officij pauperibus illatas & solum in supremis tribunalibus, Consilijs scilicet & Cancellarijs, fiscalis officium est, cuius dignitatem videbimus infra glos.11.& glos.15 & gl.31. &c.
6 Bene verum est, iudices Ecclesiasticos etiam suos fiscales habere, ita enim eos vocant, qui accusandi habent officium, circa res, aut personas ad tribunal Ecclesiasticum spectantes; sed an hi fiscalis nomen possint vsurpare, supra resoluimus gl. proxima nu.31. & cū accusandi officiū fiscalis propriū videatur, vt supra vidimus n.1, hac glos. nō omnino absre nomine fiscalis
7 lis hi vtuntur, fiscales autem supremo

upremorum tribunaliũ,de quibus noster est sermo,habent officialem,quem & antiquitus habuisse probatur.l.nullum.C.vbi causæ fiscales, hic autem apud nos vocatur,Solicitador del fisco , cuius officium illud est , vt scribarum domos adeat , processus fiscali afferat,testes , de eius mandato præsentet , & cætera faciat ad breuem expeditionem litium necessaria, quæ dignitati,& nobilitati officij, & personæ fiscalis non congruit personaliter expedire,licet finem litium appetere,& curare debeat, l.7.d.titul.13.lib.2.Recop. Hic autem,nec personam habet standi in iudicio pro fisco,nec aliquid
8 eius nomine concipitur, & tamẽ salarium habet de publico, quo fruitur e nominatione fiscalis,nec Præses,aut Cãcellaria cum nominat,& cum in Hispalensi Audientia Præses illius,qui Regens appellatur, vellet hunc officialem nominare , & de facto nominaret , restitit pater
9 meus,& obtinuit. Hic ergo officialis. & solo honoratur,nã cum ex procuratoribus Audientiæ sit,vel eis similis,tamen eis omnibus præfertur, ita vt infimorũ subselliorum primũ obtineat locum,& obseruari semper vidi, præterquam in Cancellaria de Pana: cum enim ibi ante me non esset in vsu fiscalem habere officialem, licet hoc introduxissem,tamen eius loci præeminentiam introducere non po
10 tui.In hac etiam Argentina Cãcellaria morem inueni, vt præter officialem huius Audientiæ, & alium habeat fiscalis in oppido de Potosi:hic autem salarium non habet de publico,sed prout lites criminales(his enim tantũ assistit) se offerũt,aliquid reorũ expensis ei per ordinarios iudices solui præcipitur,& hunc etiam,dum fiscalis fui in dicta Argentina Cãcellaria,vsque in præsentem diem nominaui,& mihi maximæ vtilitatis fuit ad negotiorum expeditionem inde originẽ trahentium. Hoc autem licet vtique ex.l.2.dict. titul.13.
11 Atque ita in mandatis solum expressi,vt dictam legem, & cæteras seruaret,nec in administratione negotiorum in Cancellaria pendentium se intromitteret,vel si aliud forsan emergeret , mihi rescriberet:quod si aliquãdo ab hoc excedebat,id non tã mihi, quam iudicibus ordinarijs tribui debet,quorum ea est consuetudo, vt cum casus grauitas promotorem desiderat, & possunt ipsi nominare , vt supra numer. 5.semper censeatur nominatus, qui de fiscalis mandato fiscalia negotia curat.Et hæc pro nunc dixisse,sit satis.

Glossa XI.

En la mi Audiencia y Chancilleria Real, que reside en la Ciudad de la Plata en la Prouincia de los Charcas.

1 *Fiscalis extra regalem Audientiã comparere nõ tenetur.*
2 *In iuribus fisci, fisci iudex adeundus est.*
3 *Procurator fisci ad se causam trahit.*
4 *An teneatur in alijs tribunalibus respondere, Regem consuluit autor, & quod acceperit responsum.*

VBI EXERCEAT.

1 EX supra duabus proximis glos. dictis, & quę de huius officij dignitate dicemus infra gl. 31. deducitur, nõ teneri, imo nec debere Fiscalem coram particularibus iudicibus, qui regalem non conficiant Cancellariam, cõparere, quin nec coram ipsius Audientiæ iudicibus separatim ius dicentibus, & ita à nonnullis interpellatus respondere detrectaui, & cum id ratio exigebat, causas ad supremã tra-xi tribunalia, quod & prædictis verbis innixus feci, & alijs de quibus infra glo. 15. Pręterquam quod semper fui certus, id conuenire regali patrimonio, & huius officij dignitati, & ita experientia comperi ꝗ prædecessorũ 2 quoad hoc perpensa desidia: & mea opinio etiam suadetur ex eo, nam vbi de iuribus fisci agitur, fisci iudex adeundus est, vt in toto titulo. C. de procuratore Cæsaris, & titulo Vbi causę fiscales, & sine contradictione tenẽt relati supra glo. 9. & infra gl. 19. speciali. 1. à n. 21. Et licet procurator fisci, hodie causarum cognitionẽ non habet, cum id nullum ius cõsiderabile inducat, vt d. glos. 9. probaui nil noui est statuendum, atque ita causæ trahi debent ad tribunal, vbi de Regis mandato fiscalis desse debet.
3 Probatur etiam, nam causas etiã alibi pendentes procurator fisci ad se potest trahere ne publicæ causæ pręiudicetur apud Iuliã num. 35. de iure fisci, qui textus melius mihi probat quã quod adducit Peregrinus de iure fisci, li. 7. tit. 1. nu. 9. & videbimus infra glo. 16. verb. pedn. 19. & n. 24. atque ita contrarijs faciunt iudices, qui ad se vocant adducere fiscales procuratores. Et licet
4 id sine dubio tenerem, tamẽ, ne meæ opinioni solũ inniti viderer, Regẽ nostrũ, eiusque supremũ Indiarum Consilium consului, nec

nec mihi fuit iussum, vt coram alijs iudicibus comparerem, sed solum, vt leges, & hunc titulũ obseruarem, ac propterea mea opinio probata videtur, cum si aliud lex viua, idest princeps, voluisset, expressisset, præsertim in re tan graui. l. Item apud Labeonem 15. §. hoc interdictum, de iniurijs: refert Matienço in. l. 1. titul. 4. libr. 5. Reco. glos. 14. numero. 7. Caput autem epistolæ Regia manu subscriptæ ac mihi nominatim missæ datæ Vallisoleti, sexto die Aprilis, ano 1601 sic se habet: ☞ Dezis, que algunas vezes acaece auer vos de pedir execucion de alguna pena o escritura, y que se ofrece dificultad, en si se deuan seguir negocios semejantes en el Audiencia, y que à vos tambien se os ofrece de hazer autos ante otro juez, aunque sea Alcalde de Corte, y que conuiene declarar, si qualquier negocio que toque al Fisco, aunque sea sumario, lo deueys seguir en la Audiencia, ò ante juezes inferiores: y lo que a cerca desto ha parecido ordenaros, y mandaros, es, que guardeys las leyes y vuestro titulo. Et meam opinionem hic confirmari facilius suadebitur præsupposito meæ epistolæ capite, cui in hac respondetur, nam in mea hanc opinionem intrepide tenere affirmaui.

Glossa XII.

En lugar del Doctor don Geronymo de Teuar y Montaluo, mi Fiscal que ha sido de la dicha Audiencia.

1 *Prædecessoris nomen & cognomen, debet inseri in titulo, & an error vitiet.*
2 *An prædecessoris titulum teneatur ostendere successor.*
3 *Duo eiusdem rei possessores insolidũ non possunt esse.*
4 *Ante finitum officium successor non est admittendus.*
5 *Officiarij Regij non remouentur sine causa.*
6 *Princeps potest semel approbatum reprobare.*
7 *Causa præsumitur in Principe, nec potest interrogari, Cur ita facis?*
8 *Consiliarius remotus sine causa, non exuitur priuilegijs.*

DE PRÆDECESSORIS EXPRESSIONE

1 Nomẽ prædecessoris in hoc titulo inseritur, quin et eiusdem cognomen, id enim regulare est, vt refert Rebuf. in praxi. beneficiorum, de forma signa-

signaturę simplicis prouisionis, verb. Ludouici, fol. mihi 139. & in signatura 3. vers. nominum. fol. 175. licet error in hoc non reddat nullum rescriptum, & facilè mederi posit, vt refert idem
2 ibidem. Quin & prædecessoris titulum successor debet ostendere, si cum eo fuit lis, aliàs secus: idem Rebuf. vbi supra, titul. de subrogationibus, num. 55. & sequentibus, & hæ dificultates fa-
3 cilè tolli possunt. Illa autem maior oritur difficultas, hic non exprimi mortem prædecessoris, nec ipsius promotioné, nec priuationem, aut suspensionem legitime factam, ac propterea officium hoc non vacabat, nec secundum naturam, ego cum domino Hyeronimo simul posidere poteram. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, commodati, nec alternis vicibus vti poteramus, vt in casu adducto a Boer. decis.
4 149. n. 20. & 21. At dictum dominum excludi non posse, suadetur ex eo, nam huiusmodi officiū perpetuum est, vt vidimus supra glossa 8. ac propterea finitum non fuit: non finito autem officio, successor admitti ad officium non debet: gloss. in. l. 1. §. administrationem. C. vt omnes iudicam ciuiles quam crimin. & glossa in §. illud, authent. de administrar, Baldus in l. scire oportet. §. consequens, in fi. de excusationib. tutorum. Late Auiles in cap. 5. prætorum verb. suspédidos,

5 numer. 7. & 13. Princeps namq; non videtur auferre ius alteri quæsitum. l. ex facto, de vulgar. Alciat. de præsumptionibus regul. 3. præsumptione 11 Nec officiarij a Rege possunt remouere sine crimine, Boerius de autorit. magni consi. num. 154. & dicta decis. 149. num. 11. & sequé-
6 tibus. Sed nihilominus absolute verum est, posse fieri remotionem, & potuisse, mei prædecessoris: nam licet hæc officia perpetua censeantur, non tamen sunt, ita vt mutatio fieri non posit, vt refert ipsemet Boerius proxime citatus, cū causa saltē, nu. 17. Causa autem semper in Principe præsumitur. l. pœna. C. de bon. quæ lib. Igneus in l. donationes quas, C. de donationibus inter, nu. 17. ex eo quod lex animata sit, de qua disputare non li-
7 cet. l. prospexit, ff. qui & a quibus, & ita a Principe posse remouere officialem, semel approbatū, probat Chas. in catalog. glor. mund. 5. p. consider. 24. casu. 97. fol 115. & Pinelus in Rubrica. C. de rescindēda. 1. p. c. 2. n. vlt. Emanuel Suarez receptarū sententiarum verb. officia, inter communes. Nec princeps potest, aut debet interrogari a quoquā, cur ita facis? no enim a quoquā syndicatur in terris, Chas. in catal. glor. mun. 5. p. considerat. 24. casu. 62. fol. 114. & casu. 208. & ita mero iure valere huiusmodi reuocationem, & mei subrogationē, tenet

Boer.

Boer. cons. 20. nu. 19. non enim hæc gratia in contractum transit, vidisti supra glos. 7 n. 1. Et inde facilius locū habent, quæ Pin. tradit latè supra relatus: & probatur intra glos. proxima: & ita aliquoties, licet rarissime, fieri vidi, præsertim semel in Hispalensi Audiētia, vbi similiter quidam in locum cuiusdam auditoris fuit substitutus, sine alio actu hanc nominationem præcedente, licet causa præsumpta tunc esset, imo & nota aliquibus: & sine difficultate hic secundus nominatus receptus fuit ad officiū, & minorem difficultatem hoc in me habuit, nam pauló ante meum ingressum in hanc Prouinciam dominus Hieronymus d Touar viuis discesit, & ita nil vllo poterat modo obstare, quo minus ego reciperer. Illud autē
8 aduertendum est, Consiliarium remotum, sola voluntate Principis, sine alia causa, non exui antiquis priuilegijs: & idem de Abbate refert Tiraquell. in tractatu cessante causa, limitatione 15. nu. 6. Auiles, c. 1. iud. synd. gl. mandamos, num 13.

Glossa XIII.

Y quiero.

1 *Verbū volo inducit ius nouū. Voluntas principis lex est, n. 2. & 3.*
2 *Non quæuis principis voluntas lex est, & quare iussus principis, vt lex seruatur.*
3 *Rogatus principis inducit compulsionem. Verbum volo auget, quod alias erat, & aliud num. 5.*
4 *Fiscalis non potest per alium seruire*
5 *Voluntas Regis exequenda est, insimulare enim sacrilegij est de dignitate electi disputare.*
6 *Secūdū mandatū p. æ̃se exequēdū.*
7 *Electio principis etiam de minus idoneo tenet.*

1 Verbum, Volo, inductiuum est noui iuris. c. præsenti. §. loca, de præbendis libr. 6. refert Cardinalis in C. em. 1. de offic. Vicar. num. 1. Corneus cons. 30. nu. 3. 2. part. Fel. in c. decernimus. 2. n. 10. de iud. & ita videtur, titulū hic tanquam legem debere induci, & seruari: voluntas enim principis lex est. l. 1. de constitutionib. princ. l. 2. §. nouissimé, de orig. iu. §. sed & quod principi, instit. de iur. nat. gneus in repetitione. l. donationes, C. de donat.
2 in c. Sed cūm lex debeat esse iusta rationabilis: ex c. erit autem. lex 4. distinct. videtur, non propriè conuenire prouisionibus, quæ aliquando dantur non benemeritis, aut omissis digniori bus, & ijs qui magis Rei-

 publicæ

publicæ prodessent, vt retulimus supra glossa 6. videtur hanc Regis voluntatem non propriè legem dici in stricta significatione, sed eo sensu, quo testatoris volũtas, lex appellatur in authent. de nuptijs. §. disponat, nõ
3 enim queuis voluntas principis, lex est, nisi & condendæ legis voluntas adsit, vt argu. l. ex stipulatione. 7. C. de sentẽtijs, & interloc. §. sed & quod Principi, insti. de iur. natur. tenet gl. in d. §. sed & quod Andreas Gami, de extensionib. num 38. Licet quæuis Principis voluntas, vt lex seruari debeat: vnde & contractus Principis, lex appellatur. l. Cæsar de publ. & vect. & ideò multum
4 cõducit hoc verbũ Volo, ad huius prouisionis executionem, cum etiam rogitus Principis habeat vim compulsionis, vt intelligit Innoc. in c. 1. de empt. & vend. & hoc verbũ Volo auget, quod aliàs erat cõmuniter: Staphileus de gratijs, & expectatiuis, tit. de vi, & effectu clausularũ. §. post
5 hæc n. 23. & alia multa inducit, præcipuè ne possit actus per alium expediri, vt alios referens docet Celsus Hugo de clausulis, num. 111. Vnde Fiscalis non potest per alium deseruire, vt apud nos cauetur. l. 1. ti. 13. lib. 2. Rec. & l. 2. eiusd. tit. & videbis infra glos. 15. num. 3. & glos. 28:

Ex quibus augetur, quod supra glos. proxima adduximus: nam huiusmodi mandatum præcise exequi debebat, ex supra dictis, & Bart. in. l. talis scriptura. 30. §. hanc autem, in fi. de lega. 1.
6 etiam viuo prædecessore. Cum enim hic constet de voluntate, nil aliud curãdum est, nec quod supra glossa proxima diximus, & infra glossa proxima in fine, instar est enim criminis sacrilegij. de dignitate electi a Principe disputare. l. disputare. C. de crim. sacrilegij. Et licet ratione dubitationis rescribi possit Principi. cap. si quando. 5. de rescriptis, tamen cognita voluntas exequenda est: cum id non solum in principe, sed & in eius delegato statuat. capit. pastoralis. 28. §. quia vero, de officio del. & ita queuis disputatio reijcienda est, cũ hæc electio teneat, licet alius dignior (quos multos esse fateor) inueniatur. Cæpola de Imperatore militum deligendo. §. fin. numero tertio, qui adhoc allegat glos. verbo offenderint, in l. cum quidam. 2. de legat. 2. & Bartol. ibi per. l. cum pater. §. 10 go, de legat. 2. Bartol. etiam in. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia eodem titulo, glossa in capitul. constitutus, secundo, de apellationibus, & alijs glosis, vt ibi per eum.

Glossa.

Glossa XIIII.

Que como tal mi Fiscal della.

1 *Verbum, quasi, aliquando improprietatem denotat, & veritati aduersatur.*

2 *Regulariter significat similitudinem in substantia.*

3 *Aliquando expressiuum veritatis est,*

4 *In praesenti fit, vt duplicetur, & magis voluntas appareat: & de effectu geminationis remissiue.*

DE VERBO, QVASI, Hispane, Como.

1 Verbũ, Como, apud nos, Latine, quasi, aut tãquã, aliquando impropietatem significat, & ita legatarius quasi hæres dicitur in l. id tempus, in fi. de vlucapionibus, quin & veritati aduersari, docet Dec. cons. 10. num. 5. in fi. & nu. 6.
2 Regulariter autem similitudinẽ in substantia, vt tradit Calepinus, & ita quasi secum egisse dicitur in l. peculium. §. præterea, de peculio, & quasi patrimoniũ in l. quotiens in fi. cod. Et quasi pignus in l. Iulianus. 14. §. offerri, de actionib. empti, & passim in iure videmus, quasi possessionem, quasi dominium, quasi cõtractus, quasi delicta: & alia id generis, quę ne molestus sim, omitto: nec huius verbi significationem necesse est, multis argumẽtis probare, cum ipse loquendi
3 modus hoc facile suadeat. In præsenti autem nõ tam nota impropietatis, quã expressiuum veritatis, hoc verbum est: prout etiã sumitur in l. dedi, de cond. caus. dat. l. vtique. 34. de dam. infec l. si ante nuptias 6. solut. matrim. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores, ver. libert. de adulterijs. c. Parrochianus, & ibi gl. de decimis, docet Felin. in. c. gratum, in fi. de offic. del. Et probatur elegantissime Ioannis. 1. ca. ibi, Gloriã quasi vnigeniti a Patre: & episto. Petri 1. c 1. ibi; Quasi filij obedientiæ, & ibi: Sed redempti estis pretioso sanguine, quasi agni immaculati: & cũ honorem onus sequatur. l. 1. §. nec
4 castrense, de collatione bonor. Laudensis de dignitatibus, quęstione 38. necesse est, vt post honorem officij concessum, & eius dem officij exercitium & commoditatem sequatur, & id hic exprimitur, & duplicatur, vt magis supremi nostri Regis voluntas appareat: est enim vnus ex effectibus geminationis, relatis & congestis a Menchac. de successionum creatione, li. 1. §. 3. num. 13. effectu 33. Corseto, de verbis geminatis. numero 30. in princ. & vide glos. proximam.

Glossa.

Glossa 15.

Podays en la dicha Audiencia de los Charcas.

1 *Fiscalis solummodo in Regali Audientia officium exercet. De effectu geminationis, num. 1. 2. & 3. & 4.*

1 EX his verbis magis fulcitur ea, quam tenui opinio, vt videre est supra glos. 11. & infra glos. 15. num. 6. cum enim ante dixerit: *En la mi Real Audiencia de los Charcas*: id quidem demonstratiue debet intelligi, hic autem arctatiue, vt docet Menchac. relatus in fi. proximæ gl. effectu 21. ex Bal. & Inno la de offic. del. c. fin. & vide infra
2 glos. 16. num. 6. Et de effectu geminationis vide omnino Menchac. proximè citatum, vbi 39. effectus geminationis refert, quibus adde & alios duos effectus, primum ex Couarru. in c. quamuis pactum. 3. part. §. 4. num. 6. in fi. vbi refert, quod quamuis filia minor renuncians hereditati paternę, aliquo de presenti recepto, si fuit grauissimè læsa, posset admitti ad infringendum pactum: tamen si pactum geminauerit, nullatenus amplius admittetur.
3 Alium etiam effectum adde, vt ex geminatione ita censeatur electa industria personæ, vt non possit subdelegare, quod sensit Mench. dicto effectu 21. & expressè tenet Curtius Sen. consil. 66. num. 18. & supra glos. 13. nu
4 mer. 5. & infra glos. 28. & plures geminationis effectus vide, vt per Mench. & Curtium in hac glos. relatos, vide etiam in. l. si mulier. C. ad Vellei. & in l. Bapista ad Trebell. vide etiam Bar. in l. cum scimus in fi. C. de agr. & cens. li. 10. Baldum in l. si fructus, C. de actionibus empt. Mascardum de probationibus, conclus. 347. vol. 1. a num. 37. Euerardũ in centuria legali. c. 91. & plures remissiue refert Matienço in. l. 11. tit. 8. lib. 5. Recop. glos. 3. numer. 31.

Glossa 16.

Pedir y demandar.

1 *Agere & petere, pro eodem vsurpantur.*

2 *Pedir y demandar longè differunt.*

3 *Sed communiter confunduntur, &*

numero

numero. 4. & 5. & 7.
6 Causæ fiscales breues sunt.
8 Fiscalis præcipuum officium in petẽdo consistit.
9 Fiscalis, sicut & quilibet actor, probare tenetur.
10 Fiscus regulariter in agendo iure priuati vtitur.
11 Statutũ in fisco, & priuato regulariter prodest.
12 Fiscus non opponit de iure tertij.
13 Ex solutione trium annorum, & cæterorum solutio præsumitur. & in Fisco & in priuato.
14 Aliquando deterioris conditionis est fiscus quam priuatus. Nõ recipit cessionẽ a priuato, & qualiter intelligatur, & nu. 15. et 16. et tribus sequentibus.
17 Per in metallum damnatũ non adquirit fiscus.
18 Secus per seruum suum.
19 Fiscus non restituitur ex clausula generali.
20 Fiscus aliquando plura habet priuilegia, aliquando ciuitates.
21 Fiscus habet proprios notarios, item et proprios iudices.
22 Si agit ex alterius persona, etiam ex cessione ad præsidem etiam potest trahere, sed si velit, etiam hoc casu trahit ad suum iudicem, cum pro suo interesse comparet.
23 Quod procedit, siue actor, siue reus sit.
24 Etiam si post cœptam instantiam succedat etiã ex causa confiscationis
25 Procedit hoc in quibusuis iudicibus fiscalibus.
62 Fiscales eodẽ iure ad regales Audiẽtias causas trahunt, cum in aliis tribunalibus non teneantur respondere. Cum causa depẽdet a fiscali eodem modo trahitur.
27 Fiscus cogit hæredem socij stare in societate vectigalis, & an semper sit. num. 28.
29 Cõducens a primo conductore, domino nõn tenetur: secus in fisco: quod limitatur num. 30.
31 Debitorem debitoris sui nondum condemnati facit soluere, quod quando fit dicitur, num. 32.
33 Fiscus cõuenit fideiussorẽ nõ discusso principali. Cõtrariũ, et solutio.
34 Tertium possessorẽ cõuenit fiscus hy-
35 pothecaria, nõ discusso principali.
36 Ante tempus agi non potest, sed fiscus sic non solum contra debitorẽ, sed contra debitorẽ debitoris.
37 Fiscus taliter pecuniam recipiẽs, medij temporis rationẽ habebit: sed primæ parti aduersatur Costa.
38 Fisci fauor alios contrahere cogit.
39 Vendit species corruptas.
40 Cogit locare præcedentis anni locatorem.
41 Cogit hæreditatem adire, ex qua cõmodũ fisco prouen it: quod an verum sit, vide vsque ad nu. 45.
46 Fiscus agit, & conuenitur à creditoribus hæreditarijs. & nu. 47.
48 Petit bona rei læsæ maiestatis, etiam mortui.
49 Contrarium.
50 Conciliatio.
51 Ex libro rationum habet fundatam intentionem fiscus.
52 Computatio tabularij nõ habet vim rei iudicatæ.

Priuata

53 *Priuata schedula, etiam pro fisco, nõ habet executionem.*
54 *Fiscus succedens priuato, vtitur iure priuati.*
55 *Fiscus pro debito procedit executiue.*
56 *Procedit etiam contra debitores per capturam.*
57 *Contrarium, & solutio.*
58 *Contra exactorem negligentem, per capturam procedit.*
59 *Circa capturam debitoris fiscalis est seruanda consuetudo.*
Mulier pro fiscali debito non carceratur, & quid sit apud nos.
60 *Priuilegium exequendi trahitur ad quodlibet debitum fiscale.*
61 *Duplex remedium fisco competit, itẽ & soluenti pro debitore. Ob tributa non soluta, statim bona capit fiscus.*
62 *Inquisitionem facit fiscus etiam in ciuilibus.*
63 *Et per tormenta potest indagare.*
64 *In fiscalibus ea forma est seruanda, quæ in summarijs causis.*
65 *In executione fiscali meliora bona sumuntur non ordine communi.*
65 *Securitas data a principe, non extenditur ad debita fiscalia.*
67 *Debitoribus fiscalibus non debet dilatio dari, & quid hodie seruetur.*
68 *Summaria executio fit contra debitorem fisci, non contra debitoris debitorem.*
69 *Summarie etiã fiscus satisfacit suis creditoribus.*
70 *A sententia lata pro fisco non appellatur.*
In dote an id verum sit.
71 *An id semper verum sit, & nu. 72.*
73 *Potest fiscus aduersarium cogere, ad confitendum debitum, & an id procedat.*
74 *Fisco edenda sunt instrumenta, etiã ab aduersario.*
75 *Extenditur ad delatorem.*
76 *Instrumentis subtractis, minus idonei testes pro fisco sufficiunt.*
77 *Nullus edit aduersus fiscum.*
78 *In criminalibus non fit editio fisco.*
79 *Quod intelligitur, cum ad pœnam criminalem, non cum ad bona.*
80 *Fiscus edit quinternos, non alia instrumenta.*
81 *Notarius potest exhibere etiam aduersus fiscum.*
82 *Debitor fisci non gaudet immunitate Ecclesiæ & aliqua de hoc*
83 *Iure nostro generaliter debitor potest extrahi.*
84 *An id seruetur, & num. 85.*
86 *Immunitas confugientium ad Ecclesias a iactati delet.*
87 *Fiscus conuenit venditorem pro præteritis tributis.*
88 *Conuenit etiam possessorem pro tributis præteritis.*
89 *Fiscus doti æquiparatur.*
90 *In causa dotis admittitur appellatio: secus in causa fisci.*
61 *In causa dotis non agitur contra fideiussorem, non discusso principali: secus in causa fisci.*
92 *Commodans pro reparatione domus, omnibus præfertur.*
93 *Sed id contra fiscum, & dotem non extenditur.*
Hypotheca tacita contrahitur ex mutuo ad emendum domum.
94 *Quid sit primipilus, & debitum primi-*

primipilare.
Causa primipilaris praefertur doti, & num. 98.
95 Tenentur filij etiam non haeredes.
96 In dubio dos praefertur fisco.
97 Contrarium, & conciliatio.
98 Causa primipili posset verificari in ijs quos dicimus Proueedores del exercito.
99 Dos praefertur hypothecae anteriori.
100 Fiscus non praefertur anteriori hypothecae.
101 Quid hodie sit de iure Regni.
102 Fiscus ex hypotheca expressa posteriori praefertur anteriori tacitae, quod etiam est in dote.
103 Fiscus ex tacita anteriori hypotheca praefertur posteriori expressae.
104 Contrarium Dynus.
105 In rebus post contractum fiscalē quaesitis sine dubio praefertur fiscus, nisi concurrat cum similiter priuilegiatis, secus in dote.
106 Concurrens cum fisco, tenetur probare suam obligationem praecessisse.
107 Causa tributorum omnes alias praecedit.
108 Instrumentum dotis praesumitur praecessisse non fisci.
109 Instrumentum priuati praesumitur praecessisse & contrarium.
110 Dotis vel fisci instrumentum praesumitur praecessisse, & inter se concurrunt.
111 In personalibus fiscus praefertur.
112 In ambiguis pro dote est respondendum.
113 In dubio contra fiscum.
114 Ius fisci facile remittitur.
115 In dubio fisco fauendum est, & ei nō fauens delinquit.
116 Conciliatio.
117 Cum fiscus poenam praetendit, nō venit in tributum cum priuato.
118 Cum fiscus penam praetendit, non habet priuilegium.
119 Fiscus non vtitur priuilegio in bonis occupandis.
120 Si fiscus, & priuatus poenam praetendant, praefertur fiscus.
121 Ex delicto in re fiscali commisso statim habet Fiscus bona obligata.
122 Etiam mortui delinquentis bona petit Fiscus.
123 Fiscus actor non excluditur alia probatione quam instrumentis.
124 Limitatur in debitore tributorum, secundum aliquos.
125 Conciliatio.
126 Fiscus non tenetur dare fideiussores.
127 Exemplis confirmatur.
128 Fideiubens pro Fisco, videtur renunciare beneficio cedendarum.
129 Fiscus non tenetur fideiubere secundum legem Toleti.
130 Fideiussorem dat secundum legem Segouiae.
131 Debitoris personam, & bona capit Fiscus.
132 Aliquando Fisco aliud pro alio soluitur.
133 Fisco agente, aufertur possessio priuato.
134 Contrarium.
135 Conciliatio de iure Regni.
136 Ex duobus consortibus, quemlibet ad reparationem viarum compellit.
137 Contrarium.
138 Ex hypotheca quaslibet res prosequi potest.

¶Qualiter agat ciuiliter.

1 Verba hæc materna nostra induxit lingua, sicut et Latina Agere et Petere, quæ licet in stricta significatione differāt inter se, plerūq; enim actio in personā, petitio autē in rē est: tamē pro eod. vsurpātur l. pecu

niç 178.§.actionis,de verb.sign. Quod explicat Otoman.de verbis iuris,ver. persecutiones, ex Vlp.in fragment.c.25.ita & nostra verba,pedir y demãdar,existimo lõge inter se differre
2 pedir enim id dicimus, quod sũmatim expeditur,& ita dicim' pido execucion.l 2.in fi.l.17. et 19.cũ alijs,tit.21.li.4.Rec. Demãdar autẽ dicimus,cũ lõgã litem instituimus,vt quæ cõtestatur. l.1.et seq ti.4.li.4.Rec.et ita proprie loquẽdo nõ dicim', demãdo execuciõ,nec pido tal acciõ.
3 Sed vulgariter hæc scrupulosa interpretatio nõ attenditur,et queadmodũ nõ curatur de actionũ formulis,quas lõge refert Alc.in d.§.actionis a n.7.ita et apud nos verba hæc generaliter sumũtur,vt in verbo demãda,videre est in l.15.ti.2.p.4.de verbo autẽ pedir,patet ad sẽsũ, et generaliter in omnibus actionibus cõcluditur cũ verbo, peto:et his verbis, pedir y demandar,promiscue vtitur.l.7.ti.7.l. 9.Rec.vbi quod in principio di
4 xit,pedir,in medio dixit,demãdar:et cõfirmatur magis hoc ex eo,quòd in illo titulo de rebus fiscalibus,de gabella scilicet loquitur,cuius sũmaria est cognitio in d.l.7.et l.1. & alijs illius tituli demõstratur,et tamẽ vtitur verbo demãda. Verbũ autẽ pedir,latius patet,et ad omnia refertur,vt videre est in l. 1.ti.16. li.2.Reco.et ita hæc verba, etsi cõfũdãtur,habẽt se sicut excedẽs,et excessũ. Ex hac autẽ do-
6 ctrina et cõprobabã etiã quod resolui supr. gl.11. et 15. fiscalẽ extra Cãcellariã,nec teneri,nec debere agere,seu respõdere:argumẽtabãtur enim cõtrariæ opinionis fautores,in rebus summarijs inconueniẽs esse supremã infestare tribunalia:respõdebã enim,vltra adducta dict. glo. verb.promiscua esse,tũ etiã causã ad se posse trahere,vt vidim' supra,et videbim' hac ead gl.n. 26.prętere a iura fiscalia sẽper se cũ executionẽ trahere, vt videre est toto tit.7.li.9.Rec.et videbimus latius infra n.55.specialiter 12.et ita siue sũmarias,siue or
7 dinarias lites, ad suprema traxi tribunalia. Bene verũ est,aliquãdo,ne molestus,aut nimis capitos, viderer,passũ fuisse,aliquã executionẽ instrumenti apud prouintiæ tribunal, vulgo del Alcalde de Corte, peti id autẽ nõ per me,sed per officialẽ,vulgo solicitador del fisco,de quo supra glos.10.nu.7. Hoc autem nũquã expedire existimaui. Ex his ergo supra propositis iam facile animaduertas pro dicendis in hac gl. et nos promiscuè
8 his verbis vti,nec differẽtiã cõstituere. Verba igitur hæc non abs re in primis ponũtur, potissimũ enim fiscalis officiũ in petẽdo cõsistit, vt vidimus supra glos.9.ver.leays mi fiscal,et innuitur.l. si fiscus 7.et aliis.D.de

iure

Iure fisci, & aliquorum fiscaliū circa hoc abusus forsan malo nomini, de quo in d.gl.causam præbuit, sed de hoc satis ibi dictum fuit, non enim Fiscalis debet actioné iniustā, aut calūniosam instituere, vt ibi diximus,
9 nec sine fundaméto agere: quéadmodū enim generaliter statutū est, actoré debere probare. l. actor quod asseuerat, de probationib. l. fin. C. de rei vend. l. vti frui, si vsusfr. pet. c. ex literis, de probat. ita & in fisco, vt scilicet probare teneatur decisum, extat. l. est & decretum 23. de iure fisc. refert Peregrin. lib 7. tit. 3.
10 nu. 13. regulariter enim fiscus in agendo nil peculiare sibi védicat, sed iure cōmuni vtitur, siuè actiuè, siue passiuè in iudicio sit. l. ex imperfecto. C. de testa. & ibi Bald. in l. digna vox. C. de legibus. l. & in legatis. 4. C. ad l. Falc. l. iustas. C. de iur. fis. li. 10 Laudé. de fisco. q. 14. Bertachinus verb: Imperaror, versi. 102. Platea in l. fiscū in princip. C. de vsuris fiscalibus li. 10. Dec. in l. iustū. C. de edend. nu. 2. & cōsi. 531. nu. 3. 3. p. Crauet. cons. 168. n. 10. Padilla in l. manifestè. C. de seruitutib. & aqua. n. 3. Mencha. qq. illustr. c. 87. nu. 14. Euerar. in cētur. legal. c. 26. in fi. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 14. nu. 100. Peregrin. de iur. fis. li. 6. tit. 1. nu. 13. & alijs, & ita é conuer-
11 so statutū in fisco, & in priuato intelligitur, nisi speciale esse dicatur. l. ité veniunt. 22. §. ait senatus, versic. in priuatorum, de petitio. hæred. Ias in §. in bonę fidei nu. 75. instit. de actio. Alc. in l. eum qui. 16. nu. 3. de verbo. signi. Auiles in c. prę t. gl. dona-
12 ciō, nu. 31. vnde quéadmodum priuatus nō opponit de iure tertij. l. vti frui, si vsusfruct. pet. ita nec fiscus Laudensis de iur. fisc. q. 129. Peregr. li. 7. tit. 3. n. 53. in fi. ex Soci. in l. 2. de exceptio. rei iudica. & Soci. Iun. consi. 51. n.
13 nu. 7. in secundo, & è conuerso statutum in fisco, vt qui ei ostédit trium vltimorum annorū solutiones, pro anterioribus etiā sit securus. l. quicunque. 3. C. de apochis publicis li. 10. generaliter ad priuatos cōmuniter trahitur, & intelligit Platea & Luc. de Pen. b. vbi centum octoginta casus cumulat, vbi præsumptio locū habet, & quæ supr. diximus, cū multis sensit Lucan. de fisco. 2. p. §. hinc tamé n. 9. quin & aliquañdo deterio-
14 ris cōditionis est fiscus, quā priuatus, presertim cum lucratiuā causam prætédat Laud. q. 242. Luc. 1. p. n 8. & videbimus lati' infra hac. glo. speciali. 26. n. 13. aliquos auté casus facile est numerare, cū enim priuatus facilè delegationé, seu cessioné recipiat, vt in tit. de solutio. & delegatio. fiscus auté cessioné à priuato non recipiat, gl. in l. res. §. lites. de iu. fis. Laud. de fisc. q. 21. Luc. de fisco. 1. p. n. 72. Sed profectò hi nimis largé hoc referūt, nā lex res. 22. vers. lites, & l. cū

D allegas.

allegas.2.C.ne fiscus,vel respu blica,vnde hanc dotrinam prędicti sumpserunt,solum in rebus litigiosis loquuntur, & ita nō debēt extendi,vnde solū de litigiosis intellexit Peregr.li.4.n.9.n.42.Hoc autē nimis rigorose,cū ibidē n.45.existimet etiā a debitore actionē non debere accipi à fisco:meo autēvideri id etiā est restringēdū,cū enim capiantur nomina debitorū in causam iudicati,l.à Diuo Pio.§ invēditione de re iudicat.l.etiā 5.C.de executione rei iudicatæ,cum necessitas exegerit,nō dubito quin tales non voluntariæ cessiones admitti, quin, & exigi possint:id autem absolutè, & sine delectu fieri,durum
15 semper existimaui,l.abhorret 3.C.ne fiscus vel resp. & animaduerti sæpe monens suscep tores,siue arcarios,vulgo,*oficiales Reales*,qui vt amicis morem gererēt,cessiones accipiebant, & cum à primis & veris Fiscalibus debitoribus possent facile exigere, & debitum consequi, non nisi ab eorum debitoribus exigebant ex huiusmodi cessionibus, quod rei Dominicæ & officialium animabus maximū attulit detrimentum.Cum autem commodum aliquod ex huiusmodi cessionibus cedentibus non quæritur, non dubito quin admitti possint: & ita aliquas egoadmisi,quo tēpore de mādato nostri potentissimi Regis initio sui regni à subditis sibi subueniri postulabā:cū enim id gratis fieret, nec aliud amplius cedens speraret,quam regi inseruire,nunquā id fieri posse dubitaui,cessat enim pręsumpta fraus quęsiti patrocinij à fisco,de quo in toto tit.C. ne fiscus vel respublica procurationē alicui patrocinij causa in lite præstet,nil aliud ibi de nouo statuitur,sed specificatur qđ generaliter de potētioribus statutū erat,vt declarat Sebastian' Brant.in sua titulorū iuris ciuilis expositione. Vnde si cessio
16 hęc fieret aliquo pacto,ita vt cedens debitū consequeretur,& fisco pro patrocinio remaneret aliquid,id nequaquā fieri deberet:improbatū enim extat id & ita intelligi debent leges illius tituli,ne fiscus &c.licet non expressę sint,vt allegant Pereg.li.4.tit.7.nu.17.& n.44.ex Bart. Paul.& Alex.in d.§.lites.

17 Item,& cōtra fiscum notari potest,nam cū priuatis per seruos generaliter acquiratur,l.acquiratur 10.cū alijs,de acquir. rerū dominio,l.1.§.per cōmunem.§.per eum.§.pupillus.§. per seruum,de acquir.posse.at per in metallum damnatū nihil fisco quęri,respōdit.l.in metallū 12.de iur.fis.sed profectò in hoc nil speciale est, cū ratio reddatur ibidem:non enim fisci, sed pœnæ serui sunt tales damnati,vnde in vere fisci seruis

uis nil dubium est per eos fisco
18 acquiri, sicut & priuatis. Vnde & seruum Cæsaris institutum hæredem procurator Cæsaris adire iubet, vt Cæsari acquirat, l.1.in fine de offic. Procur. Cæs. & videbis infra glos. 34. §.7.
19 special.1.&2.à nu. 10. Considerauit & aliud contra fiscum Cephalus consil.241.nume.63.2.par. scilicet fiscum non restitui ex clausula generali: quod probare nititur ex eo quòd causam lucratiuam quærentibus, ex ea clausula non conceditur restitutio.l.sciendum.ff.ex quibus causis. & alijs ibi adductis. Sed quæ ratio haberi debeat de fisco, onerosam aut lucratiuam causam prætendente, videbimus, infra hac eadem glo. special.26. à nu.113. Aliquando etiam ma-
20 gis fauetur ciuitatibus, quam fisco, aliquando verò è conuerso, Alcia.in l.eum qui.16.de verborum significatione.nume.4. Regulariter autem plura habet priuilegia fiscus, quorum aliqua retulerunt, quos supra nominauimus glo.9.num.11. In præsenti autem de fisco actore noster futurus est sermo: quando autem actor sit, & ex quibus causis actionem habeat, videbimus infra gl.20.verb. Patrimonio real, in princip.numer.7. Hic autem non quando, sed qualiter agat videamus, vel quæ priuilegia possint in fisco agente considerari.

I. PRIVILEGIVM.

21 PRIMVM igitur fisci priuilegium sit, vt proprios habeat notarios, qui eius acta scribant, Lucanus 1.par.numer.87. Baldus in rubric. C. de hæreditat. vel action. vendi.numer.7. vterque allegat l.in fraudem.§.quoties.de iure fisci. quemadmodũ & proprios iudices. l.1.C.si aduersus fiscum.l.si constante.25. §.final.soluto matrimon.in toto titulo. C. vbi causæ fiscales. Bald.in l.si debitum.numer. 2. C.quando fiscus vel priuat. Peregrinus lib.7.titul.1.numer. 1. & titul.2.numer.1.& 16.& stati m
22 referendi, licet aliquando, cũ ex alterius persona agit, etiam coram Præside agere possit, vt refert Bald. proxime citatus, Que mad.quæstion.fiscal.1.& 2. nec alius cognoscere potest, Corn. 2.tom.consi.30.numer.3. Euerard.in centur.legal.dict.capit. 26.fol.92. Siue actor, siue reus
23 sit, vt tenent supra relati, & Padill.in l.manifestè.C.de seruit. & aqu.nume.4.& Peregrin.proxime citatus, eleganter Didac. Perez in l.6.titul.4.lib.2.ordin. glos. Saluo en aquellos, & ad suum iudicem trahit etiam, cũ propter cessionem, aut euictionem comparet Affict. decisio. 2.numer.1. Etiam vbi comparet pro suo interesse.l.si minori.3.C.de iure fisci.libro.1.tenet Peregrinus supra relatus

quód in tantum verum est, vt fiscus succedens post cœptã instantiam, non teneatur primæ
24 iudicem sequi, sed ad suum tribunal possit causam trahere, Bald.in d.l.1.C.de hęred.vend. & in l.1.siue rubr.de rerum diuision.num.15.Salic. in l. si debitum.C.quando fisc. vel priuat. num.2.sentit Afflict.decis.2. in princ.Euerat.in cent.d.cap.26. fol.92.D.Capic.proxime relatus:etiamsi succedat ex confiscatione. Alex.in l.si constante. §.bona.num.3.sol.matr.per tex
25 tum ibi.Nec quisquã putet inane hodie hoc esse priuilegium, ex eo, quód fiscalibus iudicandi officium non competit, vt resoluimus latè supra glo.9.à nu.26. nam adaptari possunt, quæ circa hoc scripta extant susceptoribus, vulgò Officiales Reales, in his partibus, tum & cæteris iudicibus, qui fisci causas demãdatas habent: vt videmus in Inquisitionis sancto Officio iudices rebus fiscalibus prępositos esse, qualis in Inquisitione Hispalensi fuit Didacus de Alfaro, meus semper venerandus pater: & de hoc officio loquitur Simãcas de Catholic.institutionib.c. 41.num.1.quin & pro fiscalibus non sine vtilitate est, cum priuilegia in eis resideant, absque iudicandi officio, vt vidimus su-
26 pra gloss. 9. vbicunque fiscalis causæ interesse debet, siue respõdens, siue agens, causam ad suprema, vbi assistit, tribunalia trahere potest, prout & ego traxi, vt ibi retuli: docet Pereg.d.libr. 7.tit.1.nu.9.ex l.si minori.C.de iur.fisc.lib.10.Et aliquos pro hac opinione ibi adducit Ancha.in cap.ea quę.q.17.de reg.iur. lib. 6.Pau.& Cag.in l.venditor. D. de iud.Capi.decis.197.aliquibus etiam eam impugnantibus, mihiq; hæc pars probatur.l.Iullianus.de iu.fis. quam adduxi sup. glo.11.n.3.Quin & inter priuatos, si causa pendeat à fiscali, Capic.vbi supra.Matthesi.in l.cum eorum.C.de sent.& interlo.nu. 9.1.to.sing.fo.164.vide infra gl. 34.§.1.special.20. Illud autem scio, & patrem meum causas auocasse, & ego vidi in causa cuiusdam susceptoris sancti Officij Hispalensis, vulgo Receptor, qui nominabatur Sancti Iacobi, nomen enim proprium, vt dicimus, nõ recordor. Huius igitur iam defuncti bona impetebantur ratione reliquorum: & cùm huius causæ iudex esset pater meus, alias contra eadem bona iam pendentes ad se traxit, & ego etiam tãquam Fiscalis ad Regales Audientias aliquas traxi. Vnde hoc semper est animaduertendum in alijs causis adductis à Peregrino dicto titul. 1. Et nos hac eadem glos. amplius prosequemur.

II. PRI-

II. PRIVILEGIVM.

27 Secundum autem priuilegiũ considerari potest ex eo: nam licet hæres non cogatur stare societati contractæ per defunctum, etiam si id à principio fuerit cautum, tamen in locatione vectigalium, hæredes vnius socij ad id possunt adstringi, & fiscus ad id agere. l. adeò. 6. l. verũ. 64. §. in hæredem. pro socio. l. 1. tit. 10. par. 5. nisi iurata sit, tunc enim ad omnes transit, ex Gutierrez de iuram. confirm. 1. par. cap. 48. num. 7. Hoc autem quatuor concurrentibus existimat glo. in dict. l. adeò. verb. ascripta. Primum, vt conductio sit publici vectigalis. Secundum, vt sic conduxerit, quòd hæredes
28 succedant. Tertium, vt succedens sit persona idonea. Quartum, vt locatores non solum cũ locatore, sed etiam inter se paciscantur. Prædicta autem sine aliqua alia authoritate refert gl. & meo videri frustra contractus etiam regulariter, & pro hæredibus intelliguntur, etiam sine expressione, cum vna & eadẽ persona, hæres & defunctus existimentur, authent. de iureiuran. á moriente præstito, circa principium. Esse autem idoneum, supletur, cum diximus, fiscum posse agere: cúm id præsupponamus, & publicum esse vectigal, cùm fisco actionem tribuamus. Illud autem notandum est ex Gregorio in dicta l. par. glos. 5. ad mulierem societatem non transire, forsan ex æquiparatione fisci & mulieris, de qua numero 89.

III. PRIVILEGIVM.

Est Et tertium priuilegium: nam licet conducens à primo conductore, vero domino
29 non teneatur. l. si in lege. 27. §. si colonus, locati: tamen si locans publicas res, postea sibi socios acquirat, vel alijs secundò locet, hi secundi fisco tenentur, sicut & primi, & conueniri possunt, saltem post primos, & post nominatores. l. quoniam. 3. C. de con.
30 fis. deb. lib. 10. Bertachin. de gabel. 2. par. num. 25. Hoc autem dupliciter limitá, vt scilicèt hęc obligatio sit in quantum locauit. l. Moschis. 47. in fin. de iure fisc. Limita etiam, vt ad fideiussorem non extendatur. l. qui fideiussor. 55. D. locati. Tertio limitare posses, si iam soluit primo locatori, ex Bertachin. supra nume. 31.

IIII. PRIVILEGIVM.

31 Qvartvm fisci priuilegium est, nam debitorem debitoris sui, etiam nondum condemnati conuenire potest, & facit soluere, l. non intelligitur. 3. §. multa. & ibi Bartol. omnino videndus, de iure fisci.

l. 1, de condict. ex lege. Bal. in l. non iustas. C. de conu. fisc. deb. lib. 10. numer. 20. Lucan. de iur. fis. 1. par. num. 42. Iafre. Lanfran. Balbi. commun. opin. centu. 5. conclus. 118. & vide infra num.
32 36. Quod vt fiat, necesse est, vt de primo debito constet, & debitor primus non sit soluendo. l. non prius. & ibi Salic. num. 1. & 2. C. quando fisc. vel priu. Peregrin. lib. 4. tit. 6. num. 46. Sed forsan hoc non erit speciale in fisco, cum & idem sit in priuato qui conuenit debitorem debitoris sui, vt per Bart. in l. si conuenerit. de pignor. actio. Oddof fred. & alios relatos á Salic. in l. nomen. C. quæ res pignor. obligar. poss. Sed cum Cynus, Bald. & alij teneant id in expressa hypotheca, solum speciale erit in fisco, etiã in tacita, vel in tribus casibus, de quibus in d. l. nomẽ. Platea. C. de conuenien. fisc. debit. lib. 10. l. 1. num. 5. Laudens. quæst. 83. In his autem tribus casibus plane potest, qui omnes, quoad fiscum speciales sunt. Primus, qui cum præcedenti concurrit, quando scilicet ex ratione fisci secundum debitum processit. Secundus, quando ex re fisci debitum fuit contractum. Tertius, quem primo loco aliqui ponunt, quando primus debitor non est soluendo. Suar. in l. 1. de las Arras. vers. circa hanc. fo. mihi 6. in princip. quod in modo conueniendi specialitatẽ continebit, vt videbimus in hac glo. nũm. 55. & probat l. fiscus. 6. de iur. fisc.

V. PRIVILEGIVM.

33 Qvintum autem priuilegium constituitur ex eo, vt fiscus possit conuenire fideiussorem, non discusso principali, contra auth. præsente. & auth. hoc ita. C. de fideiusso. docet Bald. Nouel. de dot. 8. par. de priu. dot. solut. matrim. priu. 37. nu. 2. sentit Hippo. in rub. C. de fideius. nu. 13. Palac. Rub. in ca. per vestras. de don. int. §. 34. ampl. 13. num. 2. Videtur pro hac parte l. 17. ti. 7. lib. 9. Reco. in alternatiua, de qua ibi, & melius l. 18. In con-
34 trarium autem Pereg. lib. 6. tit. 6. nu. 44. & 45. existimat, fideiussorem, non discusso principali, non posse conueniri, Platea etiã in l. 1. C. de conuent. fisc. deb. n. 5. tenet, non posse fiscum conuenire fideiussorem ante principalem, nisi in illis casibus, quibus & debitorem debitoris sui conuenit, quos supra retulimus nu. 32. nam hoc quintum & quartum priuilegium æquiparat, & suadetur hæc pars ex l. 1. C. de Decurion. lib. 10. quam pro sua opinione adducit Palac. Sed hęc disputatio hodie non multum necessaria est, cum ex more notariorum iam hodie fideiussores tanquam correi obligentur, & renuntient omni legum auxilio, & ideo non insisto.

VI. PRI-

VI. PRIVILEGIVM.

35 SExtum notare potes priuile-
gium, nam & tertium posses
sorem conuenit hypothecaria,
nõ etiam discusso principali,ex
Iaf. in l.. si constante, num.203.
sol. matr. & aliquibu s proxime
citatis,&. in dote tradit Nouel.8.
par. priuil.37.& Iaf.in d.l.si con
stante. nu. 208.quod & á fortio
ri impugnat Pereg.vbi sup.&hi
tres casus à num.31.eiusdem spe
ciei videntur.

VII. PRIVILEGIVM.

SEptimum fisci priuilegium
36 est,nam licet priuatus ante tẽ
pus agere non posſit sub pœna,
de qua in l.vnica,C.de plus peti
tionibus, & §. si quis, & §. plus
autem,inst. de actionibus,fiscus
autem ante tempus agit non so
lum contra principalem debito
rem fisco obligatum, sed etiam
contra debitoris debitorem.l. 1.
C.de conditio.ex lege.Batt.sin
gularem dicit, Bertachinus de
gabellis.2.part.nume.29. & 30.
Iaf.in l.in diem, num.3. de cõd.
ind.Salic.l.1.num.2. C.de cond.
ex lege.Ioãnes de Amicis conf.
8.num.58. Hipp.sing.355. Dec.
in l.pecunia quam, nu.11.si cert.
petat.gloff.2.l.45.titul.2.part.3.
Hoc autem ob publicas necesſi
tates cõcedi refert d.l.1. ex quo
& tria supra proxima priuilegia
suadentur.Illud autem animad-
37 uertendum est, hoc in casu me-
dij temporis interusurij ratio-
nem habẽdam,ex supra relatis:
sed contrarium asserit lib.2.sele
ctarũ,c.15.nu.2.existimat enim,
id non posse fiscum, etsi rationẽ
habeat interusurij: ad leg. vero
adductam respondet. fiscum id
facere,sicut & vere solutam pe
cuniam consumptam repetere
potest ,vt infra videbimus:non
autẽ ex eo quod ante tẽpus agat:
quæ quidẽ arguta interpretatio
est,vt ibi poteris videre:sed à cõ
muni non est recedendum,quã
sæpe in practica vidisse refert
Hipp.vbi supra.& confunditur
Costæ interpretatio ex ratione
d.l.1. vbi fiscales necesſitates cõ
siderantur:quod tamen non fit,
cum repetitio ei competit,vt vi
debis infra à num.153.speciali.
40.

38 VIII. PRIVILEGIVM.

OCtauum priuilegium est, nã
fisci fauor alios cõtrahere co
git.l.cotem.§.fi.de publicanis l.
1.C.de cõd. in publi.hor. lib.10.
Lucanus de fisco.1.part. num.
17.Euerardus in centuria legali
39 c.26.fo.92.E.D.Vnde aliqui no
tantur casus per eos,videlicet,vt
hic fauor cogat emere & vende
re,videlicet cũ species publicas
corruptas vendit fiscus,d.l.1.C.
de conditis in publicis horreis.
lib.10.l.1.vt nemo se excuet.Pe
trus Gerardus sing.79.Corsetus
sing.120. statim sequẽti,quod ad
fauorẽ piç causæ trahit Cou.li.3.
40 variarum.c.14. de quo & nos ali
quid trademus infr. gloff. 34.
§.1. numer.62. & 66.Notatur

etiam, nam & locare cogit eum, scilicet qui maximos cepit fructus ex anteriori locatione, l. cotem. 11. §. qui maximos, de publ. & vectigalibus, tradunt supra relati, & vltra eos Ioan. de Amicis cons. 8. num. 58. de quo & nos,
41 infra ead. glos. 34. num. 83. Alius praeterea casus adducitur, qui si verus est, maximam fisco commoditatem adducet, vt scilicet quis cogatur adire haereditatem ratione commoditatis inde prouenietis: adducitur pro hac parte l. in fraudem 45. de iu. fisci, & l. 1. C. de omni agro des. lib. 11. tenet Euerardus d. c. 26. fol. 92. & refert Tellus Fernandez in l. 4. Tauri, num. 55. & po-
42 stea hoc late prosequitur: quod durum nimis videtur, si consideremus, volũtatem cogi non posse, tum etiam maximum detrimentum ex non soluendo haereditatem adeunti parari, vt nulli nõ patet: hoc autẽ haeredẽ cogi subire, inhumanũ est. Facit etiã contra praedicta l. cum quidam 26. de iure fisci, vbi in nondum quaesitis nulla fraus fieri videtur, etiam in fisco: vnde Tellus vbi sup. intrepide tenet, haeredẽ fisco condemnatur non cogi adire, vt fisco quaeratur, nec ex hoc fraudem fisco fieri, cum cõfiscatio ad futura non trahatur, nec etiam fraus in quaerendis fieri videtur contra creditores l. qui autem. 6. quae in fraudem creditorum. Vnde d. l. in fraudẽ
43 intelligit Tellus num. 64. cum quis est in causa, vt id quod fisco delatum est, nõ quaeratur, vt scilicet sensus sit deducendus ex eo quod dicemus infra glos. 20. ver. patrimonio, num. 56. & 359. nam qui in quaesitis, siue incorporatis fraudẽ fisco facit, in quadruplum punitur l. 2. C. de iu. fi. lib. 10. qui autem in nondum quaesitis, sed tantum delatis fraudem cõmittit, in duplum puniatur. l. aufertur. 46. §. qui aliquid de iu. fis. l. defensionis facultas. C. de iu. fis. lib. 10. & ita dict. l. in fraudem, hos duos casus complectitur: loquitur enim, quãdo fraus fieri dicatur fisco. De primo modo loquitur in primis verbis de secundo vero in illis, idem iuris est: quod intelligi debet de rebus iam ipsi fisco delatis, secus vero in haereditate illi delata à quo forsan fiscus habere poterat, id enim non est in consideratione, d. l. cum quidam, atque
44 is intellectus sustentari potest. Nec obstat verbũ Idem iuris, cũ enim aequiparatio nõ debeat esse in omnibus, & per omnia, sufficit enim conuenientia in eo de quo agitur. Alc. in l. creditor 55. num. 2. de verborum signific. allegata. l. sufficit, de cond. ind. vnde cum in d. l. in fraudem, id tractetur, an scilicet fraus fiat fisco, id solum est attẽdendum, &
45 eo respectu est identitas, licet ratione maioris fraudis, etiã maior poena sit. Vel etiã & aliter intelli

gi

gi potest versiculus, idem iuris, secundum Alc. lib. 3. Parergon. c. 19. relatum à Tello vbi sup. vt illa verba intelligantur non respectu fisci, sed respectu alienantis, vt scilicet fraudãs fiscum, puniatur, etiamsi cum effectu ex tali fraude res non acquiratur ei cui fit alienatio: qui intellectus si verus est, etiam & aliud continet priuilegium fisci, de quo latius infra glos. 20. num. 72.

IX. PRIVILEGIVM.

46 NOnum priuilegium in fisco posset forsan considerari, vt succedens in hæreditate, possit agere, & etiam conueniri à creditoribus, & contra creditores hęreditarios: refert Laud. quęst. 122. referens ad id Cynum in l.
47 cogi. C. de petitione hęreditatis, sed is nu. 7. id non sentit, nec tex. quẽ citat, id probat; est enim l. ei qui 57. de petitione hęreditatis D. lex enim illa loquitur non in fisco, sed in emente á fisco, qui diuersus casus est, & de eo loquemur, cũ de vẽditionib⁹ fiscalibus verba faciamus, infra glos. 34. §. 1. num. 57. nec ibi speciale constituit text. ibi etiam in casu quo loquitur, & meo videri quoad hoc nulla specialitas fisci respectu considerari potest.

X. PRIVILEGIVM.

48 DEcimum priuilegium est, nã bona hæretici, vel criminis læsæ maiestatis rei etiam mortui possit petere. l. Lutius Titius. 9. de iu. fis. l. fi. C. ad leg. Iul. Mai. l. fi. D. eod. l. ex iudiciorũ, de accusationib⁹. c. accusatus. §. in eod. de hęreticis. Lucanus. 1. part. nu.
49 11. & 2. par. nu. 22. In contrariũ autẽ facit quod generaliter traditur, nempe morte extingui delictum, & in nostra specie fiscum non posse bona delinquentis ante cõdemnationem mortui sibi
50 acquirere, probat l. eorũ. 10. C. de iu. fis. lib. 10. Cui autẽ textui responderi potest cùm glos. ibi dẽ, docet enim, leges supra relatas se inuicem explicare & limitare, nam in delictis quæ transeunt ad hæredes, & vbi memoria damnatur, etiam post mortẽ cognosci potest, vt in iuribus, de quibus supra nu. 48. dumtamen ante vel post mortem delictum declaretur, vel si post delictum perpetratum metu pœnæ mortem sibi consciuerit: & ita speciale consistit saltem in illis casibus, de quibus latius infra glos. 20. verb. patrimonio, à numer. 365.

XI. PRIVILEGIVM.

51 VNdecimum & quidem maximum fisci priuilegiũ est, vt fiscus agere possit, quin & actionem suam fundatam habet ex libro suarum rationum: textus singularis in l. 1. C. de exactoribus tributorũ lib. 10. ibi enim

forma traditur his, qui iura Fiscalia colligunt, vt id ex ratione à tabularijs sibi tradita faciant, nec aliud amplius ibi requiritur & quod maximum est, ex eo solo, tanquam pro Fiscalibus iuribus executiuè & rigurosè exactio fieri potest, forma, de qua infra proxime docet Bald. in l. 1. C. de hæred. vel action. vend. num. 7. In contrarium autem duo faciunt iura, alterum, l. instar. 2. C. de iur. fisc. libr. 10. vbi computatio facta á tabularijs, non obtinet vim rei iudicatæ, nisi procuratoris sententia comprobetur. Alterum autem est. l. fin. C. de conu. fisc. deb. eod. libro, ibi: Ex schedula in bonis confiscatis reperta, exactio fieri non potest, sed nihilominus à supradicta resolutione deuiare non placet: namque l. 2. C. de iure fisc. loquitur in computatione debiti & crediti. Hæc autem cùm fallax nimis sit, nil mirum si fides absolute ei non tribuatur: nos autem loquimur in ratione debiti liquidi ex Fiscalibus libris resultante, & quæ dubitationem non patitur. At l. fin. C. de conuen. fisc. deb. nil omnino nobis aduersatur: procedit enim non in publicis codicibus, sed in priuatis schedulis, non à publicis personis, sed à priuatis confectis: & ita nil mirum, si fides eis non habeatur, quin & alia etiam fortissima ratio est, nam fiscus agit in d. l. fin. ex successione: tunc autem iure priuati, cui succedit, vtitur, nec pro anteriori tempore priuilegijs vtitur, elegans l. fiscus. 6. de iur. fisc. est & l. non intelligitur. 3. §. cum quinquennium. vers. si posteriori. eod. l. 1. C. de Fiscalib. vsu. lib. 10. docet Cynus in authent. quas actiones. n. 3. 4. & 5. C. de sacros. eccles. Bar. in l. cum filius. num. 45. & in §. in hac. num. 3. de verbor. Peregrin. lib. 6. ti. 7. num. 3. & 4. Vnde si fiscus priuato successit, eius iure solummodo vtitur Iacobus de Arenis de cession. action. num. 43. Peregrin. lib. 6. tit. 1. num. 35. Et ita nil mirum, si in dict. l. fin. & vitio instrumenti, & ratione successionis illud ius priuilegiatum fisco non tribuatur.

XII. PRIVILEGIVM.

DVodecimum priuilegium in agendo est, vt pro debito liquido summarie executiue (in dot. Nouel. p. 9. priuil. 12.) & misso iuris ordine procedatur. l. hi qui. & ibi Platea num. 2. C. de conu. fisc. deb. lib. 10. l. 1. vers. quod si. ver. fine mora. & §. fina. verb. fiscus inuadat. C. de naturalib. libe. l. publica. C. de ferijs. Bal. sæpe relatus. in l. 1. C. de hæred. vel action. vend. Platea in l. nemo carcerem. C. de exactor. trib. lib. 10. num. 10. & 16. Luc. de Pen. in l. 1. C. de conduct. &

proc:

proc. 1. par.num.8. Belenci. de charitatiuo subsid.q.98.Bald.in cap.quoniam contra. nu. 27. de probation.Suar.in l.post rem iu dicatam.cas.7.Quemadavltim. quæst.fiscal.& est videre in titu.
56 7.& 19.lib.9.Recop.Quin & per capturam procedere potest fiscus contra debitores,etiam ante executionem,Platea in d.l. nemo carcerem.C. de exact. trib. num.15.& 18.Marant.de ordin. iudicior.6.par.actu 3. qui est finalis,num.12.Canter.quæstion. criminal.prælud.3.num.11. & 13. allegat legem,nemo carcerem. C.de exactorib.trib.lib. 10. vbi dicitur, debitorem detinendũ: si autem non soluerit, deueniatur ad res,bona,& substantiam, vt fiat solutio:adducit etiam pro sua opinione Bart.& DD. ad illum tex.Salicet.in l.1.C. qui bonis cedere poss.num.7.Gregor. in l.4.tit.15.par.5.lit.A.Suar. in l.post rem iudicatam.casu 7. fo.
57 124. Sed dubium videtur facere d.l.nemo.vbi probari videtur in carcerem néminem debere detrudi ob fiscale debitum.Verùm Canter,& Belenc.supra relati cum alijs recte intelligũt ex eiusdem tex.contextura de carceratione pœnali,& adverbera, non autem de carceratione ad custodiam:hæc enim in fiscalibus debitis locum habet, quin
58 & contra exactorem negligentem etiam per capturam procaditur.l.missi opinatores.7.C. de exactorib.trib.lib.10.& ex alijs Ias.in l. si se non obtulit. de re iudic.num.22. Ergó & à fortiori contra principalem debitorem. Hæc autem limitare pos-
59 sumus in muliere,quæ pro fiscali debito non carceratur, authẽ. sed hodie.C.de offic. diuersor. iudic.Bart.in l.2.C. exactoribus trib.Laud.de fisc.q.225. Peregr. lib.6.tit.7 num.9.& nisi aliud velit consuetudo & lex municipalis,tunc enim id est seruandum. l.prohibere.§.plane.quodvi aut clam.l.Antiochensium.de priu. cred.l.missi opinatores.C.de exactor.trib.lib.10.Bal.in l.1.nu. 3.C.si propter pub. pens. Ias.in l.si sic legatum.78.de leg.1.nu. 25.Et videtur pro hac parte l.13. tit.7.lib.9.Recopila.Sed quæ de captura supradicta sunt,ex l.14. d.tit.7.lib.9.vbi expressé dispo-
60 nitur,ne etiam captis bonis, & fideiussore dato possit debitor à carcere liberari ante realem solutionem,quod pro quolibet debito fieri posse existimo,cum ratione fisci debitum priuatum dici non possit,& quælibet fisci actio,quoad nostrum institutum æquiparata sit,prout resoluimus supra glo.9.vers.Seais mi fiscal. num.3.& 4.Et ita cavendũ est à Dambonderio in praxi rerum ciuilium cap.67.nu.6. quod ante nos sensit Cãte. supra relatus: & licèt nil pro hac parte alleget, mihi videtur expressa l.13.titu. 21.lib.4.Recop. vbi priuilegiũ in

in modo exequendi pro iuribus fiscalibus ad omnia trahitur. loquitur enim textus: *Nuestras rentas, pechos, y derechos, y otros marauedis que nos son deuidos.* Quod etiam probatur, nam duplex remedium fisco
61 co competit pro consequendo debito, executio personalis & realis, itidem executio, vt ex Ioanne de Platea in d.l.nemo carcerem. num.16. refert & sequitur Auiles cap.19.iud.synd.glo.Cobrar.num.2.quod & solueti pro principali debitore competit.l. in fraudem.45.§.qui pro alio, de iur.fis. & ita pro tributis nonsolutis fiscus mittitur in possessionem, vt ex Luc.de Pen.in l.fina. C.de exact.trib.libr.10. nu.6.& in l.obsistere.C.de ann. & trib. lib.10.refert Afflict. decis. 252. num.4.circa fin. Comprobatur
62 etiam & hæc doctrina: nam licet in ciuilibus inquisitio locum nõ habeat, id fallit in fiscali causa, in qua inquisitio locum habet. l. si vacantia. in fi. C.de bon.vac.lib. 10.ibi: Præses prouinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, & Ang. ibi & Bar. Bald. in c. 1.§.si Titius. de con.int.dom. & vasal. Luca. in par.1.num.8. Pe-
63 regr. alios referens lib.7.tit.3. n. 8. Quin & per tormenta huiusmodi indagationem fieri posse existimat, & ad id adducit l.defensionis facultas.7.C.de iu.fis. lib.10. Quemada quæstion. fisca.
64 q.15. Forma autem communis seruanda est, quæ in causis summarijs seruatur, vt refert idem Peregr. vbi supra num.3. Sed apud nos quid seruandum sit, expressè dispositum extat tit.7.li.
65 9. Recop. vbi facilè apparet, fiscales causas breuiores esse priuatorum breuibus causis, dilationesque in eis abbreuiari, & in multis alijs priuilegia obtinent: nam licet aliás primò mobilia, deinde immobilia bona sumi debeant. l. à Diuo Pio.§.si super rebus. de re iud. tamen in executione quæ fit pro fiscalibus rebus, id non seruatur. l. si quis fundum. C.si prop. publ. pens. Bald. sing.53.l.18.& 19.dict.tit.7. lib. 9. Vbi meliora bona sumuntur,
66 & omnia subhastantur, & quæ facilius possunt venduntur. Facit & prætereà, nam securitas data à Principe, ad debita fiscalia non extenditur, arg. auth. de mãda. Princ. coll.3.§. publicorum. Laud. de priuil. & rescrip. concl. 14. Euerard. in cent. lega. d. cap. 26. fo.92. D. Chas. in catal. glor.
67 mun.5. par. cõsid. 24. sp.199. Et ne dilatio debitoribus fiscalibus detur, decisum extat. l.13. tit.16. lib.9. Recop. licet aliquando, vt commodius soluatur, dari viderim, non expresse, sed dissimulando, quod vtilissimum publicæ pecuniæ esse, experientia cõperi, si id cum causa fiat: gratificatio enim in hoc casu periculosa nimis est. Quod autem ex causa possit hæc dilatio concedi, probat l. in fraudem. 45. §. qui pro

pro alio, post principium, de iure fisc. Illud autem obseruandum est, quod de summaria cognitione & executione diximus, locum habere, cùm fiscus fiscalem debitorem conuenit, secus si debitorem debitoris: eleganter Suar. in d.l. post rem. cas. 7. Peregr. lib. 6. tit. 7. num. 19. In hoc autem & fiscus eodem iure contra se vti vult: nam cum aliquid debetur ex bonis proscriptorum fisco aequisitis, vult, vt etiam summariè satisfactio fiat. l. si quis posthac. 9. in princ. C. de bon. proscrip. & per eam ita tenet Bart. in l. res quæ. §. res autem. de iur. fis.

68

69

XIII. PRIVILEGIVM.

70 Decimumtertium priuilegiū est, quod & præcedens confirmat, nam cùm non à principio locus est executioni, quia res probationibus indiget, si ex eis sententia in fisci fauorem feratur, à tali sententia non licet appellare, sed statim est exequenda sententia. l. abstinendum. & l. fin. C. quor. appel. non rec. l. 13. circa fin. tit. 23. par. 3. l. 13. tit. 18. libr. 4. Recop. cap. 1. ei qui. §. quoties. 2. q. 6. sentit Ioann. Papi. in summa. tit. de appellation. à diffinitiua. quem refert Bertachi. in repertor. Bal. in l. 1. C. de hæred. vel actio. vend. num. 7. Anton. Nicel. de concord. glossar. num. 50. Auend. in tract. de secund. supplic. cùm pœna, nu. 6. cas. 15. & ibi alios casus adducit, in quibus supplicatio non admittitur. Spec. de appel. §. in quibus. num. 4. & alij, quos refert Marant. in spec. 6. par. act. 1. nu. 289. Greg. in d.l. parr. glo. 7. & in dote sentit Noue. par. 9. priu. 7. refert plures contrarium tenentes Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 54. verb. La dicha dote. in prin. Id autem, quod in fisco diximus, in conuicto, vel confesso, probat Bald. supra relatus, & sentit Gregor. & videtur pro eis d.l. abstinendum: & de redditibus Regalibus intelligit Auen. Sed dict. l. par. generaliter dispo nit, & generaliter intelligit Marant. & meo videri nec nos debemus distinguere, cùm certa sit mens legis partitæ, volentis specialitatem in fisco constituere. Et cùm in causis summarijs priuilegium fisco concessum sit, etiam ratione causarum priuatorum, quæ summariæ dicuntur, vt proxime retulimus, nil mirū, si & in ordinarijs aliud habeat priuilegiū, vt in dicta lege: nec appellationis remedium omnino videtur tolli, sed solū quoad effectum suspensiuum, vt videtur sentire dicta lex: quod in stricta disputatione non dubitarē defendere, licet id nunquā seruari viderim, quin nec opponi. Hoc autem intelligit Marant. ex Isern. in constitutionibus intentionis, col. fin. non intelligi, cùm

71

72

cum fiscus agit de lucro, vt in pœnis est l.lata 22. C.de appella. sed dicta lex Partitæ omnes casus videtur comprehendere, ibi *Por razon de cuenta, o de pecho, o de otra deuda*. Bene verum est, differentias aliquas constitui inter fiscum debitum prosequentē, & eundem lucrum prętendentem, vt videbimus infra hac gloss. á nu.112.

XIIII. PRIVILEGIVM.

73 DEcimumquartum priuilegium constitui posset ex eo, nam fiscus cogit aduersarium, vt confiteatur debitum, etiamsi de veritate constet, si credendū est Lucano 1.par.num. 43. qui allegat Bald.in l. si in causa. C. quando fisc.vel priu.num.3.Sed nec Bald.id mihi probat, nec fisco id necesse est, si prędictū decimumtertium priuilegium verum est: quin etsi ita non sit, tamen compelli ad confitendum, si non potest non conuictus, id necesse non est, cùm vel conuictum, vel confessum esse sufficiat, vt appellatio non admittatur, ex Gregor.d.glos.7.l.13.titul.23.par.3.

XV. PRIVILEGIVM.

74 DEcimumquintum priuilegium, in quo & plura concurrunt illud est, nam quilibet fisco, & in eius fauorem cogitur edere (id non absolutè in dote Nouel.9.par.priuile.11.sed plane Ias.supra relatus) instrumenta, vt fiscus actionē fundare possit.l.2.in princ.vers. Diuus.de iure fisc.&aliàs prę sumitur furatū Ias.in l. nec quisquam. nu. 2. de edend.Bober.in singul. ver. editio.num.8.Peregr.lib.7. tit. 3.num.8.quin & ipse aduersarius.l.nec quisquam.3. C. de edend.Guid.Pap.sing.254.& 411 Alcia.in l.iustum.num.2. C. de edend.& in l.ipse dispice.num. 22.eod.Zas.in l.nec quisquam. num.1.de eden.Peregrin.lib.7.
75 tit.3.num.11. Quod & ad fisci causam agentem vt delatorem extendunt Zasi.& alij, & de gabellario, cui edi debet, refert Bertachin.de gabel.7.par.num.33. quod inducit d.l. nec quisquā. & latè dispositum extat apud nos tit.19.lib.9.Recop. Et si id non fiat, & instrumenta subtrahantur, minus idonei testes, pro fisco probant, vt in fisco & Ecclesia adducit Euerar. in cent. legal.dict.cap.26.fol. 94. B. per l.2.§.Diuus.& Bart. ibi de iure fisc.& DD.in l.si de possessione C.de prob.glo.Panor.&Cagn.
77 in cap.cum olim essemus.de priuil.aduersus autem fiscum edit nullus.l.in fraudem.45.§. neq; instrumenta.de iur. fisc. refert Alciat.supra relatus in d. l. iustum.num.2.quod ad dotem extendit Bald.Noue.de dot. part.
78 9.priuil. 11. Hoc autem quod dixi-

diximus, fisco scilicet edi debe re, non intelligitur in crimina libus, tunc enim fisco edi non debet, d.l.2.§.item diui.in fine iur.fis. Alc.d.num.9. Est enim omnino videndus: editionem enim respectu fisci, & breuissime, & compendiose satis tractat Mascardus de Probationibus.2.tom.conclus.806.nu.6.

79 Hoc autem quod de criminali diximus, cum capitaliter agitur intellige, non autem quando inde ad bona deuenitur, cũ ibi iam non dicatur de delicto agi, Bart.in l.facultas, num. 10 C.de iur.fi.lib.10. & ita intelligat Bal.in d.l.1. vnde in causa publicationis fiscus cogit notarios ad edẽda instrumenta, ex Bart.sup.Lucanus.1.part.n.44. & etiam vsurarios, vt docet Didacus Perez in l.8.tit. 2.lib.8. ord.glos. *En las penas*; ante medium.

80 Fiscus etiam quinternos ostẽdit, vt videatur, an solutio facta sit, & cuius quantitatis. Bart.in l.fraudem.§. neque in strumẽta, Bartholomęus de Capua sing.85. Mascardus d.co. 206.num.6. Alc.in d.l.iustum. Quod si alias instrumẽta apud se reperta, vel in bonis delatis, vel alias ostẽdit, id eo pacto est, ne aduersus se ęis vtatur aduersarius, l.in fraudem 45.§. a debitore, vers.ex ijs, & vers.idem autem, de iu.fi.

81 Instrumẽta autẽ publica notarius ei cuius interest, i... etiam aduersus fiscum exhibet. Dec.in l. is apud, num.23.C.de edendo.

XVI. PRIVILEGIVM.

82 DECIMVM sextum priuilegium est, nam fiscus potest petere & exigere tributum intra Ecclesiam, nec debitor gaudet immunitate ecclesiarum, & talem in Ecclesia defendens satisfacere tenetur fisco, auth. de mandatis principum, §. sed neq; vers. publicorum, collat. 3.& ex l.fin.tit.11.part.1. Hoc autem hodie in fisco peculiare forte non dicetur, cum & gene

83 raliter dispositum extet. l. 13. quæ est finalis, tit.2.lib.1.Rec. vt debitor quilibet ex causa ciuili posit ab Ecclesia extrahi, idque ea ratione, nã cũ iure nostro debitor non habens vnde soluat, posit debitori tradi vt seruiat, vt docet prędicta lex, & ideo cautio de qua ibi, debet pręstari, de bene scilicet debitore tractando, id enim ad instar serui ad Ecclesiam fugientis fit, l.si seruus, C. de his qui ad Eccles.confug. Hoc enim casu id fieri posse, docet Oldrad.cõs. 54. Ant.& Abb.in c. inter alia, de Imm. Eccles. Aufrerius in Capella Tolosana, dec.422.& alij quos refert Cou. lib.2.var. c.20. num.14.& Gutier.lib.1. var.c.1.a num.1.late.

84 Verũ hoc nõ seruari, nec legem Canonicam abrogatam, aut abrogari posse

posse, tandem concludit Rode. Xuarez relatus à supra citatis, quem sequuntur ipsi, Coua. dict. nu. 14. & Gutier. in idem incidit nu. 12. Greg. in l. 2. tit. 11. p. 1. glo. 2. & dictam legem partitæ abrogatam, idem tenet Coua. licet legem Rec. non adepti fuerint, saltim prout nunc est, pluresque pro sua opinione adducunt. Vnde Gutierrez nu. 13. solummodò in debitore fugitiuo legem practicandam docet:
85 ita enim ipse eã intelligit, quid ergò in hoc, sic ij, ad quos legẽ condere spectat, viderint. Ego autem in hac Argentina Cãcellaria prædictam legem Rec. aliquando seruari, aliquando & non seruari vidi, ponderatis aliquibus qualitatibus etiã minus rigorosis, quam quæ à Gutier. exponuntur: audiui etiam & Licenciatum de Lopidana huius Cãcellariæ quõdam Auditorẽ, qui & olim in supremo Regio Hispaniæ Senatu causarum expositor fuit, aliquãdo dubitasse de dicta lege, & tandẽ obtinuisse seruandã, vnde cuilibet petenti Regiũ mandatũ, vt lex seruetur, & debitor ab Ecclesia extrahatur forma, de qua ibi fine mora datur, & ita habetur inter prouisiones, quæ dicũtur
86 ordinariæ. Illud autẽ certũ est, Ecclesiæ expedire nimis, item & Reipublicæ Ecclesiæ immunitatẽ, quo ad adeam confugiẽtes coarctari, vt per Coua. d. ca. 20. nu. 4. Bernar. Diaz in pract. crim. can. nume. 116. Ferrara in pract. in forma inquisitionis. n. 30. Iul. Clarum lib. 5. Rec. §. fi. q 30. nu. 1. quod exemplis facile esset comprobare, & ita à doctissimis viris accepi, & experientia comperi, & ita in mea Hispalensi patria in Ecclesijs & monesterijs prohibitum extat, ne huiusmodi confugientes vltra triduum permaneant, propter causas sanctè & iuridicè perpensas à Ber. Diaz vbi supra.

XVII. PRIVILEGIVM.

87 Decimum septimum priuilegium erit, nam fiscus venditorem conuenit etiam pro præteritis tributis, licet in subsidium id fieri cõuento prius possessore, doceat Bal. in l. 1. num. 6. C. de annonis & tri. li. 10. sed verius videtur, directò agere posse, ex infra proximè dicendis.

XVIII. PRIVILEGIVM.

88 Decimumoctauum priuilegium est, nam & possessorẽ pro præteritis etiã tributis, potest conuenire. l. prædijs. 36. de iur. fis. l. 2. §. fin. D. de hæred. vel actio. vend. l. fi. C. de censib. lib. 11. Paulus in l. inter debitorẽ, num. 2. & 7. de pactis, Afflict. decis. 95. nu. 3. & Dec. 153. nu. 2. Quod in tantum verum est, vt

vt quodlibet modo res possideatur, etiam nondum ad æstimũ posita, id intelligatur: onus enim reale est, docet Paulus in l. si negotium. 16. C. de negot. gest. num. 3. ex Bart. per text. ibi in l. fin. C. sine censu vel reliquis quod actione hypothecaria fieri existimat Afflict. Sed cum respectu rei id fit, videtur, nil pecuniare in fisco constituit posse: illud autem erit, vt hoc suis priuilegijs exequatur, supra à 35. & 55.

XIX. PRIVILEGIVM.

89 DEcimum nonum priuilegiũ constitui posset ex eo, nam doti æquiparatur, & argumentum de dote ad fiscum procedit. l. 2. de priuil. fisci. glos. in l. dotis, de iur. dot. Neg. de pignoribus. 4. membr. 2. part. nu. 108. Zasius in l. nec quisquam. C. de edendo. Dec. in l. in ambiguis. 85. num. 2. de regul. iur. Ias. in §. fuerat, nu. 70. instit. de actionib. & in l. dotis causa. solu. matrim. 2. lectura. num. 6. & 36. Dambauderius in inchiridione parium, verb. mulier, inter comm. 1. tomo. Couarruu. lib. 1. variar. cap. 16. num. 5. Nouel. part. 9. priuil. 1. num. 3. glos. 3. l. 29. & glos. 2. l. 33. tit. 13. part. 5. Hoc autem recte ibi intelligit Gregorius, quo ad hoc vt cæteris præferantur: inter se enim in multis differunt, & in aliquibus videmus dotem maiora obtinere priuilegia, in

90 alijs verò fiscum. Et in primis magis priuilegiatur fiscus, quã dos circa appellationẽ: nam vt diximus supra hac glo. nu. 70. à sententia in fauorem fisci lata non appellatur, at in causa dotis regulariter appellatio admittitur, nisi causa celeritatem requirat. Baldus Nouel. de dote. 9. parte, priuilegio. 7. num. 3. quem & alios adducit Castillo in l. 53. Tauri, num. 43. in fin. glos. verb. La dicha dote. Item & fiscus agit contra fideiussorem non discuso principali, vt vidimus supra hac glos. nu. 33. At id in dote secus est Bald. Nouel. vbi supra. 8. part. de priuil. dot. solut. matrim. priuileg. 37. num. 2. nisi modificando; vt ibi.

91

92

XX. PRIVILEGIVM.

93 COnueniunt autem, & est vigesimum priuilegium fisci, nam licet regulariter commodans in emptionem, vel reparationem domus in ea habeat tale priuilegium, vt omnibus etiam anterioribus hypothecis præferatur. l. interdum, qui potiores in pignore habeantur, tamen talis fisco non præfertur, sed fiscus eidem. l. quod quis. 18. de priuil. cred. cuius non meminit Gregor. in l. 29. tit. 13. par. 5. glo. 3. Quod & in dote procedere, probatur auth. quo iure. C. qui pot. Cou. c. 7. n. 2. & 3. lib. 1. var,

licet id fortè intelligatur in fisco, vel dote anteriore, vt vtrum que casum comprehendens videtur probare dict. l. 29. titul. 13. parti. 5. Bart. Salicet. & Fulgos. in l. interdum D. qui pot. Paul. in l. creditor. si certum peta. latè Tiraq. 4. mem. 2. par. num. 162. & alij relati per Couar. d. c. 7. & hoc, quod de hypotheca diximus, intellige, vt dicemus latius infra gloss. 34. §. 5. & obiter hic animaduerte, nam licet dubium esset, imò videretur pluribus, ex mutuo ad refectionem vel emptionem nauis, aut domus, hypothecam non oriri tacitam, sed solùm priuilegiū personale, ex supra relatis, pro quibus videtur l. quanuis. 17. C. de pignor. l. procuratoris. 5. §. planè. de trib. act. Tamen iam hodie apud nos dubium non est, ex l. 26. titu. 13. par. 5. vbi tacita hypotheca in his casibus inducitur.

XXI. PRIVILEGIVM.

PRæfertur etiam & doti fiscus
94 (& sit vigesimum primū priuilegium) in debito primipilari. l. satis notum. 4. C. in quibus caus. pig. tac. contrahatur. Bapt. de Sancto Blas. cent. 3. num. 93. de priuil. dot. Corras. lib. 5. miscel. cap. 4. Couar. lib. 1. vari. cap. 16. nu. 6. & ibi quis dicatur primipilus, ex multis refert, & Antonius Augustin. libr. singular. ad Modestinum, cap. 8. pagina mihi 313. Quoad nostrum autem institutum attinet, sat sit dicere hic, primipilum dici publicam militarem pecuniam, eodē modo, quo fiscus dicitur pecunia Regia, quia à principio fiscis custodiebatur, vt vidimus supra glo. 9. nu. 2. ita & debitum primipilare dicitur militaris pecunia publica, ex eo, quia apud primipilū, qui signifer erat, & aquilę præerat, & apud eum annona, siue publica militaris pecunia, & dimidium donatorū seruabatur. Huic autem debito
95 publicæ vtilitatis & militiæ causa illud erat concessum priuilegium, quin & aliud etiam maximum, nam hoc debito, filij etiā non hæredes tenebantur, tradit Matthesilan. in l. 1. C. de priuil. fisc. inter sing. Doctorum, num 2. Corras. lib. 5. miscel. ca. 4. Ioānes Bosquius de leg. nupt. libr. 6. nu. 41. Belli namque neruus est pecunia. l. 3. §. in causa. de quęstionibus, & diximus supra glo. 9. nume. 15. Et ita de primipilo, & integer est titulus, & in pluribus alijs iuris locis de eo mentio fit: quod non difficile esset extendere ad rei dominicæ administratores, apud nos vulgo Oficiales Reales, cùm quamlibet publicam pecuniam quolibet modo ad Regem pertinentem recipiant & custodiāt: sed id nunquam vidi seruari, & sine dubio ad eos, quos dicimus Proueedores del exercito: & ita

96 & ita missum facio. Regulariter autem dotem fisco præferri, ex aliquibus voluit Villalob.commun.opinion.lib.5.inter com. 1.tom.pagin.56.Matien.in l.7. titu.16.lib. .Recop.glo.5.num, 5.Pereg.plures referens, libr.6. tit.6.n.33.

97 Et ita fiscũ non exercere priuilegium prælationis contra dotem, tenet Baptist.de Sancto Blasio de det.cen.5.nu.94. Hoc autem nõ sine scrupulo procedit, contrarium enim, imo dotem fisco non præferri, quin aliquan do contrarium accidere, tenet Neguf.de pignor.4. mem.2.p. nu.109.Bald.Nouel.de dot.p.9. priuil.1.nu.3.sentit Rip.in rub. D.solut.matr.nu.115.Etsi iuriũ & Doctorum fundamenta con sideramus, non ex abrupto, quos proximê num.96.adduximus, sequemur, sed pedetentim quid sequendum sit animaduer temus, sentit Matien.in l.7. tit. 16.lib.5.Recop.glo.5.numer.5. Existimo igitur pro nunc in hac controuersia fiscum doti, vel è conuerso præferri, cùm id iure cautum sit, vt in primipilo vidimus, aliâs autem nullam debere in eis differentiam constitui: quod & sensit olim meus præceptor D.Ioannes de Aualos.l. assiduis.C.qui potiores.repetẽs

98 in Salmanticẽsi Academia, qui & priuilegia primipili hodie in telligi posse in his, qui dicuntur, Prouecedores, vel, Pagadores del exercito: & ex proxime dictis deduces, iam ad aliam notabilem differentiam & prælationem dotis fisco: nam dos 99 habet hypothecam, quæ & præfertur anteriori hypothecæ. l. vbi adhuc.l.in rebus.C. de iur. dot.l.vnic.§.& vt plenius. & §. fuerat, C.de rei vxor.action.cap. ex literis.de pignorib.l.23.titu. 13.par.5.Rip.in l.priuilegia. de priuil.credit.Couar.lib.1.varia rum cap.7.Gomez.in l.50.Tauri.Corras.in l.qui liberis.nume. 117.de ritu nuptiar. Menes. in authent.res quæ.nu.170.C.commun.de leg.Baconius lib.6.declaratio.cap.92.Baul.libr.1.qq. cap.21.Costanus de dot.cap. 7. Balduinus in Iustiniano pagin. 220.& pag.379.Fanus de pigno rib.2.par.4.memb. Campegius de dot.1.par.quæstion.8. Quin & habenti expressam anteriorem hypothecam præferri mulierem, putauit Marti.antiquus glossator, quem refert glos.in l. assiduis.C.qui potior.Petr.Bel. Iaco.Aretin.Cin.colu.3. & alij, quos refert Antonius Gomez. dict.l.50.Taur.nu39. & alij, vt videre est apud Neguf.de pig norib.4.memb.5.par.num. 56. Couar.lib.1.var.c.7.Matien.in l.7.tit.16.lib.5.Recop.glo.5.nu. 4.& alij plurimi. At fiscus nec expressis anterioribus, nec etiã

100 tacitis præfertur. l.si pignus.D. qui potiores. l. 1. C. rem alienam gerentibus: cum alijs, ni-

nisi in postea quæsitis. Bal. in d. l. 1. num. 7. C. de hæred. vel act. vend. Neg. de pign. 5. p. 2. memb. nu. 11. & 6. par. num. 42. Ex quo supra dictam similitudinē mulieris & fisci euertere conatur Camillus nu. 27. Bulgarinus. n. 5. in d. l. 1. C. rem al. ger. Neg. vbi supra. 4. mem. 5. par. nu. 109. Vanderanus de priuil. cred. c. 4. col. 4. Couar. lib. 1. variar. c. 16. nu. 6. Alciat. lib. 1. de præsump. c. 41. prope fin. Hodie verò iam

101 hæc cōtrouersia supra dicta cessat apud nos, ex l. 29. & 33. tit. 13. p. 5. Vbi omnimodo fiscus, & dos æquiparantur, vnde nec dos fisco, nec fiscus doti præfertur quo ad hypothecā, præter illū primipili casum: & licet leges Partitarum in dubio potius transcribant leges Iuris Romani quam corrigant, vt multi ex nostris voluerunt, & Matienço in l. 1. tit. 6. libr. 5. Recop. glos. 6. numer. 4. hîc antiqua tollitur difficultas, nam & iure communi stante, hæc opinio non omnino reiecta fuit, vt statim videbimus.

XXII. PRIVILEGIVM.

102 VT inde iam vigesimum secundum deducamus priuilegium, vt fiscus posteriorem habens expressam hypothecā, priori tacitam habenti præferatur, vt in dote supra diximus: ita in fisco Luc. de iur. fisc. num. 84. Bald. in l. Assiduis, nume. 6. Additio ad Azon. in summ. C. qui pot. colum. 2. Neg. de pign. 4. memb. 2. part. num. 113. & alios referens Cephalus consil. 86. num. 2. lib. 1. & apud nos est expressa d. l. 33. tit. 13. part. 5. & ibi glos. 3.

XXIII. PRIVILEGIVM.

103 ET antequam hinc discedamus, vigesimumtertium priuilegium è conuerso considere mus, fiscus namquè anteriorem tacitam hypothecam habens, posteriori habenti expressam præfertur: vt tenet argum. l. si pignus. 8. D. qui pot. l. si fundum. 4. C. eodem, Additio ad Dynum in regul. qui prior, de regulis iuris libro. 6. Lauden. de fisco, quæst. 196. Bald. in l. assiduis. C. qui pot, numer. 6. Gregor. Lopez in dict. l. 29. titu. 13.

104 part. 5. glos. 3. Licet contrarium voluerit Dynus vbi proximè, quem refert Bald. in l. si fun-

105 dum, numero. 2. C. qui pot. Et comprobatur hoc priuilegium ex alio, nam in rebus post fiscalem contractum quæsitis omnino fiscus præfertur. l. si is. 28. de iure fisc. Neg. vbi supra. 2. mem br. 5. part. numer. 42. Capicius decision. 129. num. 12. Vbi id limitat, nisi & ille cum quo concurrit, sit priuilegiatus, vt pupillos & similis, tunc enim prioritati stādum est, & videbis infra glos.

glo.34 §.5.nu.126.in quo magis priuilegiatus est fiscus, quã dos:nam licèt ex æquiparatione, de qua supra nu. 47. hoc & ad dotem aliqui voluerint extẽdere, contrariũ inducitur, quia regula, qui prior, ad omnia bona trahitur, vt cõtra Accurs. probauit Bar. in d.l.si is. in fin. Bal. in l.hac edictali.§.his illud. C. de secund. nupt. Donel. de pign. cap 12.col.3. quod in tantũ verum est, vt hic animaduertamus.

XXIIII. PRIVILEGIVM.

106 Vigesimum quartum priuilegium, vt conuentus à fisco hypothecaria, teneatur probare suam præcessisse obligationem, aliàs fiscus præferatur, licèt aliàs actoris sit onus probationis, refert Euer. in cent. lega. d.c.29.fo.93.b.ex Bald. in l.si de bitor.C. de priu. fisc. & in l.1. C. de hæredit. vel action. vend. & Angel. in §.illud, Authenti. de trient. & semis. & Romanus singul. 160. vbi id non dicit.

107 Quod autem supra diximus, in tributis non intelligimus: hæc enim causa cæteras omnes omnino præcedit.l.1. & ibi.glos. & Baldus C. si propter publicas pensitatio. & glos. 2. in fin.l. 25.titu.13.par.5 .& nos infra latius glo.20.§.3.& 7.

XXV. PRIVILEGIVM.

108 Et ex ijs, quę à nu. 89. dixi, tolles & aliam differentiã, quam aliqui constituunt inter dotem & fiscũ, vt, scilicet, dotis instrumentum semper pręcessisse videatur, instrumentũ autem fisci sequutum, Nouel. de dot.p.9.priu.5.Bert.ver.dos.83. Bald. in l.dotium.C.de iur.dot. Baptist.de Sancto Blas. de priu. dot.centur.2.num.59.& 60. sentit Gregor. in dict.l.33.titul.13. par.5.gloss.2. & plures adducit Couar.lib.1.variar.cap.16.n.6.

109 Quin etiam respectu priuati id procedere, vt eius instrumentũ videatur præcessisse, tenet Ias. in §.fuerat.nu.7.institu. de act. Alcia.reg.3.præsump.41.num. 2. & alij in l. non puto. de iure fisc. quorum aliquos refert Couar.d.c.16.lib.1.variar.num. 2. & Negu. vbi supra d.4.mem.2 par.num.117. Sed ibi contrariũ verius tenet & Couar.n.7.Lu.

110 num.64. Et ita etiam in dote, non absolutè loquitur, imo fiscum æquiparat Bald. Noue. de dot.par.9.priu.1.nu.3.& ex supra dicta æquiparatione ita dicendum est, & ita respectu priuati, omnino instrumentum fisci pręponitur, vt supra à num. 140. respectu autẽ dotis æquali

111 priuilegio vtitur, hocque est vigesimum quintum priuilegiũ, quod & confirmatur: nam

in personalibus certum est, fiscum præferri, vt perdict. l. quod quis. de iure fisci. tenet glos. & Alber. in l. priuilegia. de priuil. credit. & Peregr. lib. 6. tit. 6. nu. fin. & comprobatur ex supradictis. & forsan latius infra gloss. 34. §. 5.

XXVI. PRIVILEGIVM.

111 ILLA autem omnium insignis diuersitas inter fiscum, & dotem, ab aliquibus consideratur: in diuersitate enim opinionum, vel sententiarum, quæ doti fauet, præponi debet, & amplectenda est, l. in ambiguis. 86. de regul. iur. l. si ego. 10. §. si res. D. de iur. dotium. c. fin. de re iudic. gloss. 3. l. 18. titu. 22. par. 3. & glos. 2. l. 33. titu. 13. par. 5. Nouel. vbi supra 9. part. priuil. 1. 3. & 6. Baptist. de Sancto Blas. cent. 3. num. 34. Cotta in mem. verb. dos. el 1. Neguz. de pignor. 1. mem. 5. part. num. 31. Contrarium autem in fisco

113 esse, existimarunt plurimi, per l. non puto. 10. D. de iure fisci. inter quos Claucantius de offi. iud. cap. 7. lib. 2. num. 31. Mathesilan. singu. 71. n. 1. Mantua sing. 488. Crau. consi. 6. n. 128. Cephal. consi. 255. nu. 52. Alci. regul. 3. præs. 41. n. 3. & li. 8. Parerg. c. 6. Præsumptio enim contra fiscum est, Alc. d. præs. 41. n. 1. plures refert Couar. lib. 1. cap. 16. vbi late de intellectu d. l. non puto. & D. Perez in l. 9. tit. 3. li. 4. ordin. glo. ver. treinta dias. circa medium, Peregrin. lib. 6. tit. 6. num. 22. Simanc. de Cathol.

114 insti. c. 9. num. 92. Gutie. de iur. confir. 1. par. cap. 16. nu. 68. Inde que ius fisci facilius quam priuati tolli, docet Bal. in l. quicunque. nu. 27. C. de seru. fugiti. & pœnam, siue multam fisco applicatam, remitti debere, seu posse, probat l. illicitas. in fin. de offic. Præsid. l. fin. in fi. C. de modo mulctar. l. 4. titul. 22. parti. 3. Cùm nec Princeps pœnam parti debitam remittere possit, gl. in l. 2. vbi DD. C. de in ius vocando. l. 11. titul. 25. par. 4. Sed prædicta l. non puto. non bene, ni fallor, perpensa, errandi tribuit facultatem: & cùm aliquando dictam legem, vt vulgariter solet allegari, audissem, nunquã mihi persuadere potui, tot fisci priuilegia à nobis enumerata, & enumeranda, prædicta lege eneruari, vel, vt melius dicam, tolli; præsertim cum dotis & fisci omnimoda sit æquiparatio, vt supra late probaui, & Decius in dict. l. in ambiguis

115 D. de regul. iur. Dotem autem fauorabilem esse, nullus dubitauit vnquam: & fisco non fauẽs, delinquentibus æquiparatur, in authentic. de mandat. Princ. §. iam quidem. ibi: Vt terribilis quidem sis delinquentibus, & indeuotis circa fiscalia. Et ita vigesimum sextum constituo priui-

priuilegium, vt in dubio fisco fauendũ sit, siue actor, siue reus sit, probat Deci. proxime relatus, Matthesilan. singular. 271. Couar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 3. Peregrin. libr. 6. tit. 6. nu. 3. Et magis priuilegiatur fiscus, quã pupillus, docet Lucanus de fisc. num. 81. ex Bartol. in l. 1. §. sed ad illos. de falsis. Vnde plures
116 ita distinguendum putant, vt fisco damnum euitare curanti, omnino fauendum sit, eidem verò lucrum praetendenti minime: cuius sententiae sunt Iason. in l. 1. soluto matrimo. num. 37. & in l. inter pauperes. de re iud. Negu. de pignor. 4. memb. 2. p. num. 118. Paris. consi. 1. nu. 22. vol. 4. Did. Perez in l. 1. titu. 2. libr. 5. ordin. fo. 117. col. 2. Castil. in idem recidit in l. 4. Taur. gl. de confiscar. circa med. Peregr. lib. 7. titul. 3. numer. 45. Decius
117 proxime relatus, Couar. dict. c. 16. numer. 1. Gutierrez d. cap. 16. lib. 1. de iura. confirm. nu. 68. Vnde si fiscus poenam praetendat, priuatus autem debitum, illud priuatus consequetur, nec in tributum venit fiscus. l. 1. C. poenis fiscalibus. docet Bertach. de gabellis 9. par. principal. nu.
118 30. Quin non sine iure dicere possumus, neque hoc etiam casu contra fiscum esse respondẽdum: solummodo enim id fit, vt fiscus hoc casu priuilegio careat: id enim mihi probat expressa l. quod placuit. 37. de iure fisci. Inquit enim text. quòd placuit fisco poenam non esse petendam, nisi creditores suum recuperauerint: eo pertinet, vt priuilegium in poena aduersus creditores non exerceatur, non vt ius commune priuatorum fiscus amittat: ecce textum apertè probantem, fiscum hoc casu priuatis aequiparari: vnde non dubito, quin si solutio fisco facta fuerit poenae, priuatus debitum praetendens, id non poterit reuocare, ex l. ait
119 praetor. §. si fugitiuum. de priu. credit. Nam licèt fiscus non vtatur priuilegio in bonis occupandis, vt voluit Curtius Senior consil. 59. numer. 11. & ex l. non possũt. 11. de iure fisci. at quatenus sine priuilegio id licet, efficiet fiscus. Quin nõ dubito, quin fiscus antiquiorem poenam praetendens, possit, & debeat praeferri nouiori ex contractu: sed de hoc latius infra
120 glos. 34. §. 5. à numero 130. Vnde argumento sumpto à fortiori, si fiscus & priuatus causam ex debito habeant, & ambo poenam praetendant, sine dubio fiscus priuato praeferretur: & ita si ex furto sit quis condemnatus, & priuatus, poenam puta quadrupli, fiscus autem aliam sibi applicatam praetendant, simul & semel, priuatus quidem, quoad reintegrationem rei propriae, praeferetur, quoad poenam verò potior erit

 causa

causa fisci, Imparitate enim cau sę statim vtetur priuilegio. Hęc etenim opinio mihi semper placuit, & eam sentit Couar. dict. cap. 16. lib. 1. variar. num. 8. Et licet postea videatur non bene sit mare pedes, defendenda est, ex supra dictis rationibus sic à me perpensis, & generalis statuitur conclusio, vt licet creditoribus ex contractu fiscus non præferatur, creditoribus ex delicto sine dubio præfertur; ex Couar. vbi supra, Iulio Claro libr. 5. receptar. §. fin. quæstion. 78. num. 31. relatis 1. tom. commun. ex libro 5. Iul. Cla. pag. 539. colum. 2. sed de hoc latius infra dict. gl. 34. §. 5. Nec obstat quod supra dixi numero 114. Nam etiam pœnam priuato applicatam remitti posse, tenet glofs. 5. iii dicta. l. 1. verbo, Mayormente, & quod de fisco dicitur, gratia exempli intellexit Gregor. supra relatus.

XXVII. PRIVILEGIVM.

121 HOC Autem, quod de fisco pœnam prætendente diximus, intellige, cùm ex delicto contra tertium commisso procedit: nam si contra rem fiscalē, vel in ea damnum fiat, potius dicitur rem prosequi familiarem, & ita hoc est vigesimum septimum priuilegium, nam licèt in delictis fiscus non habeat bona delinquentis obligata, ante inchoatum iudiciū, vt tradit Negussantius iam sępe relatus, de pignor. 4. in 2. par. nu. 115. quod quandiu verum sit, videbimus infra glo. 20. verb. patrimonio, num. 178. & glo. 34. à num. 116 Tamen in delicto aduersus fiscum, bona damnum dantis statim obligata sunt, Negus. vbi proxime nu. 116.

XXVIII. PRIVILEGIVM.

122 Vigesimum octauum priuilegium est, nam non solum viuum delinquentem accusat, verùm & post eius mortem eius bona prosequitur Luc. 1. p. num. 11. & videbimus latius infra

XXIX. PRIVILEGIVM.

123 Vigesimum nonum priuilegium est: nam fiscus petens solui sibi debitum, non excluditur alia probatione, quā instrumentis: testes enim in hoc casu non sufficiunt. l. 1. C. de apochis public. lib. 10. quem tex. dicit not. Ias. in l. 1. num. ver sic. vltimo, pro complemento, C. de iur. emph. Hippo. in rub. C. de probation. num. 23. quod

124 aliqui forsan intelligunt, vt solummodo intelligatur in debitore tributorum, quasi in debitore ex contractu secus sit, vt in hoc quælibet sufficiat probatio, siue per instrumentum, siue per testes.

testes.l.& si instrumentum. 3. C.de fide instrumento.libr.10. & l.in rebus hypothecæ.4. D. eod.& Barto.in d.l.3. Et hanc differentiam videtur agnoscere Bertachinus in suo repertor. vers.14.&31.Hoc autem mihi
125 non placet,cùm eadem in vtroque casu militet ratio. Existimo igitur dictum numero 123. necesse esse,vt debitor plenam obtineat securitatem: dictum verò numero 124. sufficere, quoad hoc,vt debitor statimnō molestetur,sedprius administrator conueniatur. l.fisco.2.C.de conuen.fisc.deb.lib.10. Et hoc secundum sensit Bald.in l.si in causa.2.C.quand.fiscus vel pri. optimè Salic.in l. in contractibus.num.12.C.de non numer. pecun.Et hoc apud nos magis plane procedit, quin & prima conclusio,cùm solutio fieri non possit, nisi tribus officialibus (hoc enim verbo sæpe vtar) illis autem simul,qui statim in librum solutionum redigunt,vnde instrumentum solutionis cōficitur,nec leges supra adductæ num.124. contrarium probāt.

XXX. PRIVILEGIVM.

126 TRigesimum & quidem maximum priuilegium est: nā cùm fixus & permanēs semper fiscus dicatur,vt per Lucanum num.94.1.pa.Lauden.quæstio. 97.quia licèt non actu, aptitudine tamen diues est,dixi supra à tè glo.9.verb.Seais mi Fiscal. à num.14. casibus,quibus cæteri, fideiussores dare non tenetur: ita regulam generalem constituit.l.1.§.si ad fiscum. vt legat. nomine cau.Et quòd licet aliàs vsus fructuarius debeat cauere,
127 vt in l.1.& toto titu. vsusfruct. queadmod. caue. tamen si fisco legetur vsusfructus,satisdare nequaquam debet,do cet gl. in cap.fin.de pign.& in l.si vsus fructus.9.§.plane.ver.hanc cautionem.D.vsufr.quemad.Cor. cons.277.volu.4 Imol. & alij, quos refert Anton.Gabr.lib.5. commun.opin.de vsufruct.con clu.1.num.47.Luc.1.par.num. 14.Lauden.quæst.122. Peregri.
128 lib.1.tit.1.num.35. Ex quo deducebat Rodericus Suar.in l.2. lib.2.for.tit.de los Emplaçamiētos.in prin.num.29. Fideiubentem pro fisco,videri renuntiasse beneficio cedendarum.Et ex
129 supra dictis deducebam ad casum apud nos satispracticabilē, nullus enim est,qui ignoret.l.2. tit.21.lib.4.Reco.vbi datur forma procedendi in causis summarijs,quæ apud nos dicuntur de execucion,vbi expresse iubetur,vt is in cuius fauorem sententia fertur,quæ vocatur de remate,tenetur fideiussorem dare,vt si in ordinario iudicio victus fuerit,restituet, quæ accepit,& pœnam,de qua ibi :hanc verò fideiussionem appellamus le-

legis Toleti, eam igitur, sicut nec aliam fiscus præstabit, & cũ in vrbe de Panama sententiæ in fisci fauorem forma ordinaria conciperentur, quę apud nos es Dando la parte la fiança de la ley de Toledo, &c. repugnaui talem fideiussionem debere dari, & ita obtinui: & in posterum talia verba sententijs fiscalibus non fuerunt inserta: quod priuilegiũ & addi poterit ijs, quæ in causis executiuis fiscum habere resolui supra hac glo. à priuilegio 12. à num. 55. Nec contra hanc resolutionem obstat l. 10. tit. 20. lib. 4. Recop. vbi cum fiscalis appellat secundò, vt in casu legis de Segouia, vt dicitur,
130 cum pœna mille quingentarũ duplarum, iubetur ibi, vt fideiubeat forma, de qua ibi: huic etenim difficultati dupliciter respondeo, casum ibi specialem supradictę regulæ generali nõ obstare: tum & melius secundo modo respondemus, legem illam potius nostram confirmare sententiam, cum fideiussor, de quo ibi, sit is, quem dicimus Receptor de penas de camara, & solùm quoad eas obligatur, quę minor obligatio est, quã ea qua fiscus omnis, vel, vt melius dicã, omne Regis patrimonium, vt nulli non patet, & ita fideiussio, de qua ibi, nullam obligarionẽ addit, quod supra resoluimus.

XXXI. PRIVILEGIVM.

131 Trigesimum primum fisci priuilegium est, nam cum debitoris personam possit capere, vt late resoluimus supra hac glo. priuilegio 12. à num. 6. à fortiori, & eius bona in solutũ capere poterit, Luc. vbi supra n. 112. ex l. 2. vbi notat Bart. C. de iur. fisc. lib. 10. in quo non semper consistit fisci priuilegium, cùm imò contra iuris regulas,
132 aliquando fisco aliud pro alio soluatur. l. 1. C. de collatio. æris lib. 10. l. 1. C. de argen. pret. quod tes. infra eod. lib. quod munificientiæ tribuit Budeus in §. tollitur. circa med. versic. creditor. instit. quibus mod. tol. obligat. vbi quando aliud pro alio soluatur.

XXXII. PRIVILEGIVM.

133 Trigesimum secundum fisci priuilegium est, vt eo agente possessio ei detur, & auferatur priuato, argumẽ. l. Senatus. 15. §. Senatus. & l. Titius. 2. l. de iur. fis. l. Paulus Calimachus. §. fin. de legat. 3. probat Boer. in consuetudinib. Bituricensib. ti. de feud. §. 3. col. 2. Afflict. decis. 197. Et ita decisum extat in causis nobilitatis, vt pendente causa, qui se nobilem prętendit, nõ fruetur possessione nobilitatis, ex pragmatica Regis Henrici, quam refert Mier. de maiorat.

3. P.

134 3.p.q.7.num.5.& Couar. dict. cap.16.lib.1.var.num.9.Otalo. de nobil.3.par.tertię par.princ. cap.2.num.7. Sed ipsi ibidem in cæteris casibus, possessionẽ non auferendam à priuato existimant, quod & tenet Guid. Pap.quæst.366.& Peregr.lib.7 tit.3.num.5,10. Harum autem opinionum concordiam deducemus ex Afflict.vbi supra: vbi possessio aufertur à priuato, cũ de iure fisci in continenti constet, licèt respectu ordinis iudiciarij causa non statim finiatur:
135 vnde in rebus portatis contra decretũ, non solum fit descriptio, vt refert Pereg.sed & sequestratio fit, vt habetur in ordinationibus Domus quę dicitur de la Contratacion de las Indias, quæ Hispali sita est, sub tit. De las naos debuelta, ordination. 103.& seq. Nam cum per inspectionem registri (ita enim appellamus) statim constet de vitio, nil mirũ, si sequestratio statim fiat, & ita sæpius practicaui.

XXXIII. PRIVILEGIVM.

136 TRigesimum tertium priuilegium considerari potest, nã ex duobus consortibus pro indiuiso rem habentibus, quem liber ad reparationem viarum, & ad cætera compellit. l.cum possessor.5.de censi.l.Moschis. 47.in fin.princip.de iur.fisc. & per eum tex. Bart.ibi, Bald. in dict.l.1.C.de hæred.vel actio. vendi.num.7.Fan.in tractat.de pignor.8.par.princ.membr. 1. num.5.Afflict.in const. Neap. lib.1.rub.17.num.26.licèt con-
137 trarium voluerit Chassane. in consuet.Burgund.rubr.5.§.2.n 37.ex alijs, & pro eo adduci potest cap.constitutus.vbi notat Panor.num.8.de relig.domib. Anchar.nu.13.pro quibus allegari potest l.2.C.de deb.ciu.li. 11.versi.pro rata. Et hanc sententiam, vt æquiorem seruandam docet Couar.lib.3.var.cap.7.n.
138 7.Sed profectò dicta l.cum possessor.magis expressa est, quam quæ hanc coarctationem recipiat, & cum ex hypothecaria quilibet possit quamcunque rẽ obligatam vendere.l.creditoris.§.C.de distr.pign.nil mirũ, si dict.l.cum possessor. aliquid speciale fisco tribuat. Sit igitur firma prima conclusio, licèt de æquitate prius possessor quilibet pro parte debeat conueniri, licèt in subsidium, etiam quilibet:quod si hoc de hypothecaria intelligamus, idem in priuato dicemus.

XXXIIII. PRIVILEGIVM.

139 TRigesimum quartum illud sit priuilegium, vt fisco ad debitum agente, obijci non possit compensatio ex diuersa statione.l.1.de compensa. Afflict. decis.193. cum id in cæteris diuersum

uersum sit, vt in toto t itu.D.& C.de compensation. quod in tribus casibus est.l.aufertur.46. versi.vt debitoribus.de iu.fis.

XXXV. PRIVILEGIVM.

140 TRigesimum quintum priuilegium est, de quo supra priuile.25.à num.108.Nam in dubietate fisci instrumentum præsumitur præcessisse.l.1.C.de iure fisc.lib.10.Mascar.2.tom.conclu.806.Hippol.in rubr.de probation.nu.392.& alij supra relati.Quin & è conuerso, si fisci
141 tersit, vt eius instrumentum sequatur, ita in dubio censendum est, vt ex d.l.1.C.de iur.fisc.lib.10.secundum vnam lecturam deducit Bal.in d.l.1.C.de hære. vel act.vèn.& Euera.in fisco, & in causa pia, ius argumento intelligit in centur.legal.dict.capite 26.fol.92.

XXXVI.PRIVILEGIVM.

142 TRigesimum sextum priuilegium est, nã licet fisci priuilegia solus fiscus habeat, vt docet Cin.in l.in omnibus, num. 10.C.si quis ius dic.non obtep. & dixi late supra glo.9. verbo, Seays mi Fiscal.licèt aliquando forsan priuata vtilitas ex fisci actione resultet, vt tenet Deci. in l.imperium.num.59. de iurisdict.omnium iudic.& idem in dote, vt cùm mulier agit, habeat priuilegia, secus si pater, licèt inde filiæ commodum resul
143 tet, tenet Neg.4.memb.2.part. princip.num.3 . Tamen fisci priuilegium cessibile est, cedi namque potest.l.si in te.fin. C. de priuil.fisc.& Bart. per textũ ibi, & in l.1.C.de priui.dot.Lauden.q.22. Et talis cessionarius habet priuilegium prælationis, Neg.de pignor.4.mem.2. par. num.107.& probat d.l.fin. Habet etiam priuilegiũ fori, Laud. & Bart.vbi supra, Luc.num.72. Lau.q.223. Priuilegium nãque hoc cessibile est, & non cohæret personæ, & ita cedi potest, Bald.in l.per diuersas.num.21. C.mand.Alexand.in l.si per diuortium.& in l.post dotem.solut.matrimon.& in hoc magis priuilegiatur fiscus, quam mulier, vel pupillus, Bartol.vbi supra, & in multis notat in dote, Bald.Nouel.de dot.part.9. per tot.Obiter tamen contra fiscũ
144 nota, nam non potest fiscus recipere cessionẽ à priuato. l. res quæ.§.lites.de iur.fis.l.1.& per totum.C. ne fiscus vel resp.glo in d.§.lites.Laud.quæst.21.Pe-
145 regrin.lib.4.tit.6.nu.42. Quin nec patrocinium inter priuatos præstat fiscus, etiam si eis pars offeratur, vt ex iuribus supra citatis, refert Peregr.num.43. & 44.licèt hoc hodie non semper seruetur, vt dixi supra glo.hac,
146 à num.14.quò recurre. Et antequam hinc discedamus, nota aliud

aliud singulare in fisco, nam licet priuatus soluenti sine pacto cedendarum cedere nō possit, ex vulgata.l.Modestinus. de solutionibus, aliud est in fisco, qui etiam post solutionem sibi factam ex post facto cedit. d.l.cū
147 possessor.§.de censib. Fiscus autem, cedēs omnia priuilegia ce illi videtur. Laud.supr. relatus,
148 q.123. Et ita fideiubens apud fiscum, statim reum conuenit coram eodem iudice, qui eum ad soluendum coegit, vt ex Bald. in l.fin.§.fin.C.de vsuris rei iudicatæ, tāquam singulare in fisco, notat Rode. Suarez in lib. 2. for.l.2. De los emplaçamiētos. §.sed pone.num.24.

XXXVII. PRIVILEGIVM.

149 TRigesimumseptimum priuilegium potest constitui, ex Bald.in dict.l.1.C.de hæred. vend.vt exceptio compensationis fisco opposita, intra duos mēses debeat probari.l. aufertur. 46. versicul. qui compensationem, de iur.fisc. quod magis causæ cōpensationis, quam fisci priuilegio tribuit Bald.ibi.

XXXVIII.PRIVILEGIVM.

150

TRigesimum octauum priuilegium est, nam instantia in causa fiscali, non expirat triennio. Authet.properandum, vbi glos.C.de iudic.

XXXIX.PRIVILEGIVM.

151 TRigesimum nonum piuilegium est, nam cum aliquid debetur fisco & priuato, quia pars ad quemlibet spectat, tunc fiscus pro toto agit, & integre ei debet fieri solutio, vt à fisco quisque partem accipiat, Bart. in l.1.C.de vendit. rerum fiscalium. Platea in l. forma. & in l. 1. C. de vendit. rerum fiscalium, lib. 10.num.3.per l. Sena tus, el. 1. C.de iur.fisc.est l.9. l.53
152 tit.5.par.5. Quod si in re consistente in podere, numero, & mēsura non sit diuisionē per fiscū fieri debere, ipsum autē electionem debere concedere priuato, docet August.in tract.mal. verbo, dandis, num.2. quod & seruandum in fratre maiore respectu minoris, docet, vbi vide.

XL. PRIVILEGIVM.

153 IN priuatis certum est, ita diligentiam cuilibet prodesse, vt si posterior creditor debitorem fugientem insequatur & debitum accipiat, non possit ab anteriori creditore molestari, cum is repetitionem non habet huius pecuniæ.l.ait prætor.10.§.si debitorem, quæ in fraudem creditorem. prosequitur Stracha de decoctoribus.7.par.n.15. At in in fisco contrarium videmus, nā pecuniam à debitore fisci alij creditori solutā repetere potest. l.deferre.

l.deferre.18.§.Papinianus.si.de iure fi.l.pecunia.de priu.fisc.Luca.de iur.fisc.1.part.nu.83. Bal.in l.fin.C.de reb.his quæ in fraud. credit.Cepha.consi.86.nu.3.to.1.late Couar.cap.29.pract.Cost. lib.2.selectar.interp.capit.15.in
155 fin.Peregrin.lib.6.tit.6.num.6. Quod etiam de consumpta intelligunt iura & Doctores supra relati,in hocque maius priuilegiū habet fiscus, quàm dos, vt docet Couar.licèt aliqudo ex priuilegio fisci idem doti tributum in Granatensi Cancellaria testetur.Sed pro prædicta conclusione,vt scilicet, etiam consumptam pecuniam fiscus reuocet,facit l.in fraudem.45.§.à debitore.de iur.fisc. Vbi etiam cōcessas libertates fiscus reuocat, quin & pecuniam á posteriore creditore redactam ex venditione rei debitoris,vt sentit glo.1.
156 in l.27.tit.13.par.5. Hoc autem de soluta,aut cōsumpta post fisci obligationem intellige, consumptam enim ante suam obligationem,nequaquam repetet. l.si debitor.4.C.de pri.fis. Non enim fisci priuilegium in particularis perniciem trahitur,vt re
157 fert Matthesila.num.2. ibi, inter Doctorum singularia,quod reuocatoria conditione hypothecaria ex lege, fiscum facere docet Salicet in l.fin.nū.4.C.de his quæ in fraud.credit. & in l. pecunia.num.3.C.de priuileg. fisc.quæ aliquando facti renocatoria erit,vt ipse Salicet. sentit. Vnde suaderi poterit, quod do-
158 cet Bal.in l.non iniusta.C.de cōuenien. fisc.debit.lib.10.vbi videtur sentire, discussionem esse necessariam, magisquè sine scrupulo procedet, quæ dubius ex Fulgos.consi.126.adducit Peregrin.vbi supra num.55. ab antiquiore creditore posidente,fiscum pignus non posse auocare,
159 nam licèt soluendo eidem totū pignus posit vel retinere, vel distrahere, vt videbimus infra glo.34.§.5.num. 129. tamen,si posideat,qui in pari causa in debito deberet præferri, à fortiori si & temporis prærrogatiuam & pignoris possessionem habet
160 Ex quo iam clarè constat, hoc maximum fisci priuilegium,& cū non sine scrupulo sit, an dos idem obtineat priuilegium,respectu priuatorum, nullum omnino restat dubium,vt docet Couar.supra relatus,& Afflict. decis.Neapolita.190.& alijs, quæ ibi videbis.

XLI. PRIVILEGIVM.

161 QVadragesimū primum priuilegium est, nam fiscus potest agere,vt sententia contra se lata prętextu instrumentorum de nouo repertorum retractetur,quod intra triennium petere poterit.l.1.& ibi glos.& Barto.C.de senten.aduoc. fiscalat.retr.lib. 10. Alciat.in l. sub

præ

prætextu num.8.C.de transact. Gregor.in l.19.tit.22.part.3.gl. 11.& 12.& ad id alios casus remissiuè refert Ias.in repet.l. admonendi.de iureiur.nu.45.

XLII.PRIVILEGIVM.

162 QVadragesimum secundum priuilegium,quod & tetigimus supra,priuile.26. illud est,nam in personalibus omnibus creditoribus hypothecam non habentibus, præfertur fiscus,Matthes.inter singul. DD. in l.3.C.de priuil.fisc.nu.1. In his enim,& dos etiam solum cō fessata priuilegium habet,Bart. in l.si cum dotem.23.§.fin.nu.5 soluto matrimo,

XLIII.PRIVILEGIVM.

163 QVadragesimū tertiū, quod & tetigi supra priuil. 29. illud est,nam ex confessione officialis,eo non existente soluendo,non generatur præiudiciū fisco,quominus excusso officiali,ad primum debitorem reuertatur.l.fisco.2.& ibi Bar. nume. 4.C.de conuen.fisc.deb.lib. 10. lib.10.vbi generalis exactor cō uenitur,si particularis, qui exactionem fecit, soluendo nō sit.

XLIIII.PRIVILEGIVM.

164 EST & aliud priuilegium huic proximum,in subsidiū namque alias non conueniendum conuenire potest,l. in star, & ibi Bald.num.2.C.de iur.fisc.

XLV. PRIVILEGIVM.

165 QVadragesimum quintū priuilegium est,nam fiscus ordinario tempore,sicut & priuatus præscribit,docet Peregr.lib. 6.tit.8.nu.47.At contra fiscum non præscribitur, nec fiscus excluditur,nisi centennaria præscriptione.Bald.in l.iam pridem nūm.1.C.commun de vsucap. vt de Ecclesia Romana consti-
166 tuitur in authen.vt Eccle.Rom. cent.ann.gaud priui!. Hæc tamen conclusio non vsquequaque vera est; videmus enim,aliquando minori tempore contra fiscum præscribi,& plura de præscriptione contra fiscum cumulat Peregr.lib.6.tit.8.quorū aliqua melius adaptari glo. ver. patrimonio.mihi visum fuit,aliqua autem ad nostrum institutum nō spectare.Sed vt quæ hic decidenda videntur,perstringa-
167 mus,illud certum est,ea quæ ad supremi nostri Regis dominij recognitionem pertinent, nullo præscribi posse tempore,l.cō perit.6.C.de præscri.30. vel 40. annor.& ibi omnes,cap.cum ex officij.de præscrip.cap. cum instantia.de censib.Paulus in l. iā pridem,nu.2.C.com,de vsuca. Guid.Pap,q.416,& alij,quos ad ducit Peregrin.dict.tit.8.lib,6.

num,

nn. 9. quod dicitur de suprema
Regis iurisdictione, & tributis
ius ratione debitis. l.1.tit.15.lib.
4. Recop. Et de iure nostri Re-
gni est alius casus, in quo non ca
dit præscriptio, licet cum aliqua
solennitate possit donari, videli
cet in ciuitatibus & alijs rebus
Regni, de quibus in l.3.tit.10.
lib.5.Recopil. Quin & sine tan
ta solennitate gabellæ concedi
possunt, non tamen præscribi. l.
2.tit.15.lib.4.Recop. de quo &
nos infra glo.20.Patrimonio.§.
168 3 à num.29. Ea enim quæ Reg-
ni sunt, neque in perpetuum, ne
que ad tempus donari possunt.
Luc.de Pen.in l. contra publicá.
C.de re milit.lib.12.relatus per
Gregor.in l.9.tit.4.part.5.glos.
9.& videbis infra glos.34.§.4.à
169 num.3. Regulariter autem res
fisci præscribendo acquiri pos-
sunt. Lud.Montal.de reprobat.
sentent.Pil.att.3.num.11.& col
liges ex Peregr. & per eum re-
170 latis vbi supra. Præscribitur au-
tem contra fiscum cẽtum annis.
l.fin.C.de sacros.Eccles. & dixi
supra num.166. Regulariter au-
tem contra fiscum præscribitur
triginta annis in re illi legata,
vel donata, vel vendita, vel alias
acquisita. Budeus in §.res fisci,
instit.de vsucap.probat d.§.res.
& l.iam pridem.C.commu. de
vsucap. Peregrin. alios referens
d.tit.8.num.8.lib.6. Hic tamen
recordari oportet quod supra
hac glos.diximus num.114.Ná
171 in criminalibus faciliùs contra
fiscum perscribitur, quàm in ci-
uilibus: nam à petitione bono-
rum delatorũ quadriennio ex-
cluditur. Cephal.cons.241.n.61.
2.tom. & idem à petitione bo-
norum vacantium. Bald.in l.sci
re.num.2.C.de bon.vac.lib.10.
Laud.q.243. Et à petitione bo-
norum confiscatorũ intra quin-
quennium. Hippol.in l.fin. num.
193.de iurisd.omn.iud. Ioannes
Oldendorpius de vsucap. vers.
res, num.1. Hippol.sing.317.in
c.bona, quod quando post mor
tem inquirit, existimat Peregr.
lib.4.tit.5.nu.33.& supradicta
confirmat Bald. in l.scire, nu.2.
172 C.de bon.vac.lib.10. Hoc autẽ
intelligitur, si delator adsit, aliàs
autem nõ nisi viginti annorum
spatio excluditur, probant supra
relati, & est expressa l.1.§.diuus.
173 de iur.fisc. Ex quo existimo non
absolutè verum esse quod dici-
tur, semper fiscum pro præsenti
haberi, Bald.in l.notum.in prin
cip.C.de quadr.præscrip. Masc.
conclusio.807. Nam licet fiscus
præsens sit, eius fiscalis, ad quẽ
eius defensio spectat, non sem-
per est præsens: vt rectè conside
rauit Capella Tholos.q.228. Be-
nè verum est, in sibi vtilibus pro
præsenti haberi, & ita sententia
pro fisco, absente fiscali valet, ex
Ias.in l.furioso.nu.3.de re iudic.
& videbimus infra nu.210. Sed
licet ex supradictis deducatur,
fisco magis faueri in ciuilibus,
quàm

quam in criminalibus, in ciuilibus enim centum annis excluditur, vt vidimus in principio
174 huius priuilegij, & probat Peregrin. d. tit. 8. li. 6. nu. 42. tamen in criminalibus viginti annis excluditur, idem n. 43. quod qualiter fiat, supra diximus. Tamẽ nõ
175 est hæc regula vsquequaque generalis, nam a restitutione contra sententiam quadriennio excluditur. Bald. in l. causas. nu. 4. C. de sententijs adu. fis. lat. retr. sunt & aliqui casus, in quibus minori tẽpore præscribitur cõtra
176 fiscum: quod accidit in pœnã commissa à fideiussore, quia nõ reduxit reum ad carceres. præscribitur enim anno à die pœnæ commissę. l. 10. tit. 16. lib. 5. Rec.
177 Item & contra gabellarum conductores præscribitur anno & duobus mensibus, vel biennio in immobilibus, vel quadriennio, vt in l. 19. & 20. tit. 17 lib. 9. Rec. Quod fit, propter præsumptionem, quæ contra eos est, vnde contra fiscum non præscribitur illo breuiori tempore, vt ex
178 presse cauetur. d. l. 20. Illud autẽ, antequam hinc discedamus, scire oportet, fiscũ præscribere quadriennio aduersus illum, cuius bona vendidit, vt amplius inquietari non possit. l. bene à Zenone C. de quadriẽnij præscriptione, vbi omnes: docet Budeus in §. edicto, inst. de donationibus, & videbis infra gl. 34. verb. incidentias, à. nu. 29. §. 1.

XLVI. PRIVILEGIVM.

179 QVadragesimum sextum priuilegium est, vt debitor fisci non possit cedere bonis, argu. l. propter honorẽ, & ibi. DD. C. qui bon. ced. poss. docet Bertachinus de gabellis. 4. par. nu. 17. & alijs argumentis Bald. in l. si prius, nu. 24. C. de iur. fis. li. 10. In
180 contrarium videtur. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. & in debito Reipublicæ. l. si quãtitatem, cum seqq. C. qui bonis cedere possunt. & ita fiscalem debitore posse cedere, docet Guilhelmus in tractatu d ludo, sing. 44. & D. Perez in l. 6. in fi. tit. 4.
181 lib. 2. ord. quas opiniones ad cõcordiam reducere conatur Lanfrancus Balbus, inter communes to. 3. centuria 5. concl. 487. vt prima conclusio intelligatur in debitore tributorũ: secũda verò in alio debitore: apud nos verò est. l. 5. tit. 9. li. 9. Rec. vbi prohibentur bonis cedere, & petere relaxationẽ iuramẽti cõductores reddituũ regalium, & fideiussores. Quidquid autẽ sit, illud scio, his temporibus fiscales, omnes debitores humanitate forsan, nimia tractate: misericordia enim & veritas custodiũt Regẽ, & roboratur clemencia thronus illius. Prouer. 20. & in cessione prętet iura vulgata, & quæ adducit D. Perez vbi proxime, facit. l. 9. ti. 16. li. 5. Rec. vbi furi permittitur cessio bonorũ.

XLVII. PRIVILEGIVM.

182 QVadragesimum septimum priuilegium est: nam fiscus cogit vnum de consortibus ad solidum tributum soluendũ, cũ in priuatis alius pro alio non soluat Paulus in l. fin. num. 4. C. de priuil. fisc. dixi supra priuil. 33. à num. 136. & ideo hîc nolo illud repetere, & tradit Pereg. lib. 6. tit. 6. num. 46. 49. & 50.

XLVIII. PRIVILEGIVM.

183 QVadragesimum octauum, nam fiscus habet actionẽ, & potest petere quamlibet mulctam à iure impositam, & habet ad id actionem in factum. Paulus in l. vnicà. §. si videtur, nu. 5. si quis ius dic. nõ obtemp. Quęlibet enim pœna, siue in corpore iuris, siue à iudice, si priuatã vtilitatem non respiciat, fisco cẽsetur applicata. Bald. in l. vnica. C. de hæred. vel act. vend. nu. 7. circa finem.

XLIX. PRIVILEGIVM.

184 QVadragesimum nonum priuilegiũ, quod & tetigimus supra hac glos. priu. 8. à nu. 41. illud est, nam cogit fiscus hęredem, vel legatarium adire, vt ipse auferat, & præter ibi relatos tenet Salic. in l. 1. num. 11. C. de hæredib. instit. adducit l. in fraudem. 46. de iure fisc. & l. Marcellus. 3. in fin. ad Trebellia. vide Tellum in l. 4. Tauri. num. 55. Corneum consil. 222. nu. 4. vol. 4. Nec obstat l. cum quidã. 26. de iure fisc. quia ibi non erat acquisita hæreditas, sed nec delata, cum institutus esset filius capitis rei, qui nec damnatus erat. Vide quæ diximus ibi, & dicemus infra glos. 20. Patrimonio, à num. 361.

L. PRIVILEGIVM.

185 ET cum Principis pecunia quies, & trãquillitas omniũ conseruetur, neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi queunt, vt ex Tacito refert Alciat. in l. ager. 27. nu. 4. de verbor. sign. & quæ supra latè tradidimus gl. 9. à nu. 15. & infra etiam videbimus gl. 20. §. 3. nu. 23. æquum est, & toti Reipublicæ conueniens, vt causæ fiscales citius expediantur, & causis priuatorum præponãtur. l. apud Iulianum. 35. de iur. fisc. Vnde in his Indorum partibus consuetudine receptum est, vt dies Mercurij causis fiscalibus assignetur: intelliguntur autem causæ, in quibus fiscus pecuniarum interesse prætendit, licet aliæ sint etiam causæ fiscales, vt vidimus supra glos. 9. Hæc autem consuetudo sufficiens est congruæ causarum fiscaliũ expeditioni.

LI. PRIVILEGIVM.

186 AGit etiam fiscus, vt reuocetur venditio in fraudem eius facta, tradit Bodeus in §. item si quis in fraudem, ante fin. instit. de actionib. sed ad hoc plura cumulabimus infra glo.34.§.1.& 4.à num.31.& infra priuileg.61. Quin reuocatio solū in fraudē factorum, non magnū esset priuilegium, vt ibi latè. Illud autē priuilegium ex eodem Budeo cōsiderari posset, vt ipsemet alienans id allegare posset, adducit Batt.in l. ius iurādum quod ex conuentione. §. procurator quoque, de iur.iur.

LII. PRIVILEGIVM.

187 PRosequitur etiam fiscus rem loco pretij, quia sibi in pretij locum succedit; ex Bald. in l.si eum seruum.si cert. petat.& ex notatis in l.si vt proponis.C. de reiuendic.docet Laud.q.259.& Luc.1.part.num. 13.

LIII. PRIVILEGIVM.

188 PRodest etiam fisco res inter alios acta, glos.verb.res inter. in c.pen.de reiudi.Laud.q.260. quod & forsan exornabo infra glos.20.verb.patrimonio, circa finem.§.11.nu.465.

LIIII. PRIVILEGIVM.

189 AGit etiam & conuenitur fiscus à creditoribus hæreditarijs in casibus quibus succedit. Laudensis q.122.de quo videbis infra glos.34.§.7. Si autem ipse vendat, amplius non potest conueniri. l.1. vbi not.C.de hæred. vel actio. vend.

LV. PRIVILEGIVM.

190 PEtit etiam fiscus vsuras ex suo contractu, hocquē ex suo priuilegio.l.cum quidam.17.§. ex locato.vers.fiscus.de vsur. ex cō tractu dixi, nam pro pœna, vel mulcta debita vsuras nō exigit. l.1.C.de vsuris fiscalibus lib.10. vt obiter notes aliam differētiā inter fiscum prætendentem debitum ex contractu, vel ex delicto, & infra priuil.64.

LVI. PRIVILEGIVM.

191 QVinquagesimū sextum priuilegium est fisco commune, item minoribus, piæ, vel publicæ causæ, illud est, nā potest restitui.l.Respublica.vbi gl. C. ex quibus causis maiores. l. Rempublicā.C. de iur. Reip. lib. 10. Estquē ratio optima, & eadem in supradictis, quia administratoribus reguntur. Boer. decis. 265.Guid.Pap.q.302. Platea in l.vnica.C.de senten. aduoc.fisc. glos.1.ad fin.in l.2.tit.19.par.6. & glos.2.in l.10.eodem, glos.3. l.3.tit.1.par.5.Pereg.lib.6.tit.2. nu.10.vbi alias videbis vnde rectè d. glos.2.l.10. reprehēdit Petrum,

192 trum, quem refert Albericus, dicentem, Regem Fräciæ restitui non posse: quod vel ex eo cõfunditur, nã Rex Hispaniæ & Franciæ iura Imperij habent in suis Regnis, dixi supra glos.2. Imperatorem autem, & Principẽ non dubiũ est roti Reipublicæ in iurisdictione & potestate successisse. §. sed & quod Principi. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. Bald. in d.l.1. C. de hæred. vel act. Et

193 quo ad nos, fiscũ restitui posse, nullam admittit dubitationem, expresse enim decisum extat d.l.10. tit.19. part.6. quam generaliter debere intelligi, suadetur ex latè dictis supra glos.9. licet Gregor. d. glo.2. l.10. id non prober, sentit in priuato Regis patrimonio, d.l. non practicari. Cõtrarium autem verius puto, nunquamquè hãc differentiam practicari vidi, sed quomodocũque ad Regem causa spectet, priuilegia omnia intrepide seruari vidi. Quin & Augustæ hoc pri-

194 uilegium cõpetit, ex generali regula. l. fiscus. de iur. fis. l. fin. C. de quadr. pręsc. tenet Peregr. vbi supra nu.14. licet Greg. in d. glos. 2. l.10. contrarium sentiat, sed cum eadem ratio militet, vt prędixi, & idem ius statuẽdum est.

195 Tempus autem restitutionis fauore fisci concedẽdæ quadrienniũ est à tẽpore damni dati. c.1. de in integ. restit. & Cle. 1. eod. d.1. resp. & gl. ibi d.l.10. part. Nisi damnum in venditione grauissimum sit, tunc enim non nisi triginta annis fiscus a petenda restitutione excluditur. Prædi-

196 ctã igitur minoris & fisci æquiparationem omnimodam intellige: nec eminentiam aliquam posse in minori considerari, facile apparet ex ijs, quæ pro cõtraria adducit Pereg. supra relatus. Vnde & intelliges glo.4. d.l.10. part. Nam in aliquibus casibus, in quibus fisco restitutiõ nõ cõceditur, non tam id fit defectu priuilegij fisci, quàm causarum ipsarũ defectu, quæ nullam vnquam restitutionẽ admittunt.

197 Hęc autẽ quę sint, ex repertorio legũ de la Recopilaciõ, facile apparebit. Hæc igitur restitutio

198 nulla contra administratorẽ excusione facta intentari, & prosequi poterit Plat. in l. vnica. nu.3. C. de sent. adu. fis. lat. retr. Hæc autẽ fiscalis restitutio in cõtractibus parce affectãda est. l.3. & in l. ratas. C. de resc. vend. dicam infra gl.34. §.1. & 2. Hocquè non parum fisco expedire comperi: vnde cõsultissime cautũ extat l.14. & 15. tit.9. lib.9. Rec. vt cõtra redituum fiscaliũ subhastationẽ, nec ex parte fisci, nec ex priuati parte actio deceptionis admittatur, etiã vltra dimidium iusti pretij: quod maximè in hoc Regno expedire certũ est, propter maximam facilitatem, qua homines tanquam testes, & iurant, & periurant.

LVII. PRIVILEGIVM.

199 AGit item & prosequitur Fiscus actionem die, ob fauorē hominum feriato. l. publicas. §. C. de ferijs. Eüerardus in centuria legali. cap. 26. fol. 93. Et ad hæc spectant, quæ supra resolui hac glos. priuileg. 16. à num. 82. & in dote idem seruari tenet Nouel. 9. par. priuileg. 13. Bert. verb. Dos. num. 30.

LVIII. PRIVILEGIVM.

200 EX prædicta autem æquiparatione fisci & Ecclesiæ, toties repetita, refert aliquos Tiraqu. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. nū. 15. existimantes cum fisco, aliqua pars debetur, fructus soluendos esse, & cōputandos non deductis expensis: allegat ad id Bald. Afflictis & alios: facit, nam si dos detur in fundo cum fructibus, non deducuntur expensæ. Imola in l. fructus, in fin. sol. matrimon. Bald. ibidem, argumen. l. fructus. de reiuend. à quā

201 sententia num. 12. deuiat statim cum Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expensis. Ias. in l. fructus. solut. matrim. Felin. in cap. ad nostram, de iure iur. & alijs. Et in debito certæ partis fructus expēsas deducendas asserit; fructus enim dicuntur deductis expensis. l. si à patre. 39. de petit. hæredit. & l. fructus. solut. matr. Suarez titul. De las arras. l. 1. pag. 3. idem & in bonis idem pagin. 2. vers. nota tamē. Quin extra cau-

202 sam decimarum, idem in Ecclesia probat ex text. & glo. in cap. grauis, de restit. spol. Vnde & existimo, quòd si Ecclesiæ priuilegio id fieret, idem & in fisco statuendum foret: at vt decimæ soluantur, non deductis expensis, non est priuilegium, sed merum ius decimæ enim debetur de frugibus, Deuteronom. 26. c. 203 Quādo compleueris, decimam cūctarum frugum tuarum, &c. & lib. 27. Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus domini sunt, & illi sanctificantur, &c. Fruges autem etiam non deductis expensis intelliguntur. Numer. 18. c. Vniuersa frugum initia quæ gignit humus, &c. Et Deut. 25. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Vnde si fisco aliquid debeatur ex frugibus, non dubitarem, non deducendas esse expensas, & cum, vt prædixi, cum nec in Ecclesia priuilegium nō sit, nil mirum si nec in fisco.

LIX. PRIVILEGIVM.

204 QVinquagesimū nonum priuilegium ex eo deducitur, nam & ciuiliter, & criminaliter potest agere contra prohibentē testari. Potest etiam omissa accusatione criminaliter agere, praeterquam in casu homicidij. l. damus. C. de falsis. l. 1. C. quando

ciuil.act.crim.præiud. Aret. Cynus, Bart. & alij in l. fin. C. de fide instrument. Corneus consil. 209. num. 11. volum. 2. & alij relati à Peregrin. lib. 2. tit. 6. num. 41. & videbimus infra glos. 20. verbo, patrimonio, à num. 427. §. 10.

LX. PRIVILEGIVM.

204 Potest & fiscus pro suo interesse liti assistere, Peregrin. lib. 4. tit. 6. num. 47. sed cum & priuatus idem posit. l. si cui. C. de nō numerat. pecun. Paul. in l. 1. C. ne fiscus. latè Couarru. practic. c. 13. & duobus sequentib. nullum priuilegium fisci considerabitur. Erit igitur, vt casu quo admitti potest, vt per Couarru. in priuato causam ad suum iudicē trahere poterit, vt vidimus supra hac glos. priuil. 1. à num. 21. & vide infra glos. 18. priuil. 20. num. 31.

LXI. PRIVILEGIVM.

205 Agit etiam fiscus ad reuocandum alienationem in fisci fraudem factam. l. si aliquis. de donat. caus. mort. dict. l. in fraudem. l. aufertur. §. 1. de iure fisc. refert Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 153. quod quando & qualiter fiat, videbis infra glo. 20. verbo, Patrimonio, à nume. 360. & supra priuil. 51.

LXII. PRIVILEGIVM.

206 Potest & fiscus agere, vt qui debitorem fiscalem exemit à familia, debitum agnoscat, & soluat fisco. l. quoties. C. de exacto. trib. lib. 10. Sed cum ad priuatum legem extendant Bart. & alij ibidem, quos refert Peregrin. lib. 6. tit. 1. num. 33. videtur nullum esse priuilegium, imò fine extensione aliqua lex illa, & in fisco, & in priuato simul, & semel loquitur, & succedit regula. l. iam hoc iure, de vulgar. & pupil. Nam vna determinatio respiciens plura determinabilia ea, pariformiter determinat. At adhuc posset priui-
207 legium in eo consistere, nam cum hic eximens debitorem, fideiussor remaneat. Hippolyt. in rubrica. C. de fideiussor. nume. 16. Fideiussor autem non potest cōueniri nisi post principalem, auth. præsente. & auth. hoc ita, cum alijs. C. de fideiussoribus. in fisco aliud erit: nam etiam si idem eximens in carcerem, adhuc iterum reducat debitorē, non liberatur. Ias. in l. 1. §. quod Prætor. & ibi Salicet. & Rom. D. ne quis eum qui in ius vocat. est, vi exim. Vnde iam apparet, non rectè glos. dict. l. quoties, magis tribuisse priuato quam fisco. cum l. illa æqualiter procedat, Vnde & omne interesse fiscus cōsequetur: quin etsi omnino velit fiscum priuato æqui-

æquiparare, cum ratione modi conueniendi fideiussorem, priuilegium habeat fiscus, vt dixi supra hac glos. priuile. 5. nu. 33. adhuc priuilegiatus remanebit fiscus, saltem in coueniendi modo.

LXIII. PRIVILEGIVM.

208 ET cum vt supra dixi hac gl. priuil. 15. à nu. 74. cum fiscus etiam omnino alienum instrumentum edere cogat, & cum omnium dignior fiscus sit, vt vidisti supra glos. 9. à nu. 5. instrumentaque penes digniorem custodiri debeant. l. fin. de fide instrum. l. procurator. C. de eden. iure optimo penes fiscum custodiri debent instrumenta ipsi, & priuato communia. l. Senatus. §. Senatus censuit, de iure fisc. tenet Peregrinus lib. 6. tit 4. num. 25. & ita fiscus vt sibi tradantur aget.

LXIIII. PRIVILEGIVM.

209 DE iure antiquo & aliud maximum priuilegium fiscus consequebatur, nam cum vt priuatis vsuræ deberentur, conuentio specialis necessaria esset, quin & solennis stipulatio. l. quamuis. 3. C. de vsuris. Tamen fisco sine stipulatione, quin & sine pacto vllo vsuræ semisses currebant. l. cum quidam. §. fiscus, de vsuris. l. fin. & toto tit. C. de vsur. fisc. lib. 10. Sed cum vsuræ nequaquam hodie exigi possint, id omnino apud nos cessat, credo tamê interesse fisci ob nô solutum debitum, rectè à debitore posse peti exigi, & consequi: vide supra priuil. 55.

LXV. PRIVILEGIVM.

210 SExagesimum nunc quintum fisci priuilegium erit, nam tam in causa fisci actoris, vel rei, eius aduocatus adesse debet, etiam quãdo controuersiã status mouet, aliâs sententia contra fiscum nulla erit. l. si fiscus. 7. de iur. fisc. tenet glos. in l. non intelligitur. 3. §. diuus, de iur. fisc. cum id nequaquã sit in priuato, imo eius procuratore absente, sententia côtra priuatum valet. l. velamento. C. de

211 postulando. Habebitquè hoc in se aliud priuilegium, ex eo quam supra adduximus fisci, & minoris æquiparatione: nam sicut sententia valet pro minore eius procuratore absente. l. non ideo minus. C. de procurato. ita & pro fisco lata, eius aduocato, siue procuratore absente, valet. l. furioso. 9. & glo. ibi, de re iud. Platea in l. 1. in princ. C. de sent. contra fisc. lat. lib. 10. Peregr. lib. 6. tit. 2. num. 2. & 3.

LXVI. PRIVILEGIVM.

212 DEpêdet & ex proximè dicto aliud, nam lucra fiscalia inconsulto fisci patrono remitti non possunt. l. 1. vbi not. C. de re pud. bon. possess. quod hodie

 multum

multum attendi debet, cum officiales habeat Regia Camera, de quibus supra glo. 9. versic. Seais mi Fiscal, & obiter hãc præeminentiam notes ad glo. 31. infra.

LXVII. PRIVILEGIVM.

213 EST & aliud maximum priuilegium, nam si fiscus litem moueat ex causa non iusta, quæ postea ex noua causa vincatur in fructus condemnatione. Fiscus à tẽpore primæ litis fructus consequctur, non autem à secunda. l. fiscus. 38. post princ. de iure fisc.

LXVIII. PRIVILEGIVM.

214 FIscus etiam prætendens hypothecam, habet intentionẽ fundatam in tempore, ita vt aduersarius cõtrarium probare teneatur, glos. verb. probatur, in l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10. Sed marginalis ibi contrarium probat, prima autem pars suaderi poterit ex dictis hac glos. priuil. 24. à nu. 106. & priuile. 42. nu. 162. & infra glos. 34. §. 5.

LXIX. PRIVILEGIVM.

215 IN tantum autem verum est, quod supra diximus hac glos. priuil. 1. & glos. 2 nu. 23. vt quilibet ratione debiti publici fori perscriptione non vtatur. l. vna. C. in quib. causis milit. fori præs. &c. Causa enim fiscalis quamlibet aliam ad se trahit: & ita etiã clericus conuenitur, & cõuenit ratione beneficij regalis coram regali iudice. c. cæterum. de iudic. c. ex transmissa. de for. compet. l. 57. & ibi glos. 2. tit. 6. part. 1. l. 6. tit. 1. lib. 4. Recop.

LXX. PRIVILEGIVM.

216 FIscus etiam particulari priuilegio, nec soluit, nec repetit expensas vincẽs, vel victus. Bal. in l. qui crimen. num. 10. C. qui accusare non possunt. Boer. decis. 324. & alij relati à Peregr. lib. 7. tit. 4. num. fin. & apud nos est l. 12. tit. 13. lib. 2. Recop. & l. 22. tit. 2. lib. 3.

LXXI. PRIVILEGIVM.

217 SEptuagesimum primum priuilegium est, nã quilibet potest pœnam fiscã debitam petere, publica enim causa est, vt videbis infra glos. 17. nu. 9.

LXXII. PRIVILEGIVM.

218 SEptuagesimum secundũ priuilegium erit, nam iudex potest sententiam ferre in causa fiscali, etiã neminẽ petẽte, supplere, enim iudex potest. Castaldinus Bõcompagnis de syndicatu nu. 134. Quod etiã fit argumento dotis, de quo supra speciali 17. Nam in causa dotali iudex

supplere

supplere potest. Nobel. de doте.8. part.priuil.15. Palatius Rubeus in repet.cap.per vestras. §. 12.num.5.fol.90.col.3.

LXXIII. PRIVILEGIVM.

219 Septuagesimum tertium priuilegium erit, nam in processu non tenetur fiscalis probare se talem, Guido Pape q.259. cũ secusit in procuratore priuati: quod facit ad ea, quæ videbis in

220 fra glos.41. Tot igitur & tantis priuilegijs ne abutatur, maximè fiscalis animaduertat, nam forsan causam perdet, vt in l. iustas C.de iur. fisc. lib. 10. & ibi Bart.Bald. & Ioannes de Platea quod qualiter sit dixi, supra, &

221 infra etiam videbis. Item & calumniosas actiones intentás, & calumniose aduersarium vexãs, ad damna & expensas tenetur fiscalis. Guid.Pap.sing.821.r.tomo singul fo.254. Peregr. lib.7. tit.1.nu.6. Et aliqua quæ hic desiderantur, præsertim circa delationem fisco faciẽdam, sine quã agere non potest, videbis infrà glos. proxima.

GLOSSA. XVII.

Accusar.

1 *Accusare est petere pœna condemnationem.*

2 *Omnes leges n iprivatã petãt vtilitatẽ, cõmodum publicũ respiciunt.*

3 *Præter salarium fiscalis nil ex causis habet.*

Fiscalis in accusanda habet officium iudicis.

4 *Pater filium non tenetur accusare.*

5 *Nec consanguineũ fiscalis accusat.*

6 *Fiscalis agit cõtra fiscum pro patre, filijs, & pupillis.*

7 *Fiscalis non prosequitur occulta delicta.*

8 *Dilatio qualiter fiat.*

9 *Aliqui prohibentur deferre.*

Regulariter quilibet admittitur.

10 *Popularis actio est, ex qua fisco pœna venit.*

11 *Quilibet iudex potest denũtiatorem constituere.*

12 *De iure Regni apud inferiora tribunalia non possunt fiscales esse.*

13 *Quilibet potest denuntiare.*

14 *Iudices multum attẽdant quis nam denuntiat.*

Ad denuntiãdum etiam criminosus admittitur.

15 *Delatoris & denuntiatoris differentia, & nu.22. & 23.*

16 *Sine accusatione antiquitus nemo condemnabatur.*

17 *Delator desistere non potest.*

18 *Delator omnem delationem tenetur probare.*

Pretium efficit quem infamem.

19 *Denuntians quod non debet, peccat, sed non punitur.*

Qui

20 *Qui cum bestijs pugnat pro pretio, infamis est.*

Qui in scenam descendit pro pretio, infamis est, alias secus.

Paciscens habetur pro confesso, si pretium intercedat.

21 *Mulier quæ ob pretium prostituitur, meretrix est, secus si amore tantum.*

22 *Delator dicitur qui ad pœnam concludit.*

23 *Denuntiator dicitur, qui non concludit ad pœnam.*

24 *Deducitur ad casum in facti contingentia.*

25 *Aliquādo fiscalis sine delatore agit.*

26 *Delator suam, vel suorum prosequens iniuriam, non punitur.*

27 *Deferens ratione officij non infamatur.*

28 *Excusatur & qui habuit iustā causam denuntiandi.*

29 *Excusatur etiam quis ex mandato, vel ut mitius puniatur.*

30 *Excusatur hæres necem deferēs, & non probans.*

31 *Delator etiam quo casu punitur, id non criminaliter, nisi de eius malitia constet.*

32 *Hodie delator non subscribit se.*

Et multa etiam consideranda in delatore.

33 *In causa nobilitatis, fiscalis delatore non indiget.*

34 *Delator præmium consequitur, & quod.*

35 *Fiscalis uti officium iudicis procedit.*

36 *Fiscalis omnes causas prosequitur, & cum vult ingerit se.*

37 *Priuatus impedire non potest fiscalem agere.*

38 *Fiscalis non curat de pace offensi.*

39 *Sicut iudici non concluditur, ita nec fiscali.*

40 *Fiscalis posset recusari, sed eadem forma, qua & auditores.*

41 *In criminalibus non tot sunt priuilegia, ac in ciuilibus.*

42 *In criminalibus non habet prælationem fiscus.*

43 *In criminalibus fiscus non cogit edere.*

44 *In criminalibus non vendicat totā rem fiscus ratione partis.*

45 *In criminalibus an habeat fiscus tacitam hypothecam.*

Fisco an competat restitutio in criminalibus.

46 *In criminalibus minori tempore contra fiscum præscribitur.*

47 *In criminalibus non debentur usuræ fisco.*

48 *Pro commodo fiscali quilibet accusat.*

49 *Iudex accusando, ea quæ & iudex potest.*

50 *Non est necessaria conclusio in criminalibus.*

51 *Nemo potest aduocare pro læsæ maiestatis reo.*

52 *In causis fiscalibus ubi pœna quaritur, prohibetur transactio.*

53 *Pacti cum delatoribus pro iudicatis habentur.*

54 *Nemine petente iudex potest sententiam ferre.*

55 *Fraudantes fiscum tenentur pro non idoneis.*

DE

DE ACCVSATIONE.

1 VT vidisti supra glo.9.& glos.10.fiscalis officium apud nos dupliciter exercetur: est enim & fiscalis, & promotor,vt in hoc titulo continetur: & ideò referendo singula singulis,post verbum, *Pedir y demandar*,quod spectat ad fiscalé, subiungit, *Acusar*, quod ad promotoris officium spectat: quod enim in ciuilibus agere dicitur, in criminalibus dicitur Accusare, quod est petere condemnationem.l.in causis.16.C.de accusationibus.l.1.tit.1.part.7.Hæc igitur secunda officij pars tanto latior est, quam prima,quanto frequentiora sunt delicta,quam ex aliacausa debita:vnde euenit
2 quod supra diximus glossa.9. vt vulgariter fiscales dicantur promotores:& ita qui accusandi officium habent,fiscales dicuntur, quasi hoc fiscalis nomen importet. Quod forsan ex eo venit,nã ex delictis magnum aliquando commodum sequitur, vt videbimus infra glos.20. Et probatur, nam omnes leges insertæ in corpore iuris; nisi priuatam respiciant vtilitatem,publi
3 cum commodum respiciunt. l. multarum.C.de modo multar. Bald.in l.1.num.7.C.de hæred. vel act.vend.& supra glo.16.priuil.48.Nec ex hac accusandi necessitate officium hoc vilescit: cum enim nullum cõmodum pretẽdat fiscalis,si millies vincat, nil vltra salarium habere possit. Felin.in c.cum clamor.de testibus,relatus à Bernardo Diaz in praxi crim.can.c.5.& videbim' infra glos. 35 verb. Salario,nu. 5. cessat in eo omnis sinistra suspicio,& in modo prosequendi causas,nil à iudice differt, & qđ iudex, idem & fiscalis facere potest.Præpositus in cap. de accusatione. 2. q. 8. pract.Milei. fol. 3. num.31.quem refert Iul. Clar. lib.5.recep.§.fin.q.3.nu.6.idem Iulius ibi, & q. 10.nu.6.Bernardus Diaz vbi proxime, & videbimus circa finem huius glos.à
4 num.35. Sed nihilominus hoc accusandi officiũ in fiscale, nec necessitatem semper habet,nec item absolutam libertatem fiscalis, namque patrem accusare non tenetur,Lauden.de fisco.q. 201. quemadmodum nec pater filium offerre supplicio non tenetur, etiã in crimine læsæ maiestatis.Mantua sing. 2.nu.4. id enim natura abhorret. Ex quo cautelam conficit Cæpol, vt tali casu pater filium principi offerat,vt ita liber sit filius, saltem à pœna ordinaria, ne pater eum morti tradidisse videatur,ex ratione de qua supra,& Aleiat. regul.1.præsumpt.4.Pro qua etiã parte & considerari potest,nam cum deferẽs se, pro præmio cõsequatur dimidium.l.edicto. 5. C.de his qui se deferunt.l.cum tacitum.49.de iure fisc. & pater

& filius eadem persona præsumantur.l.in suis. 11.cum vulgatis, de liber. & posth. & videbis infra glos.45.iure optimo pater dimidium sui,id est filium consequitur. Quin nec consanguineorum delicta prosequetur ex ratione de qua supra argumento deducto,& docet Stephanus Federicus de interpretatione iuris.2.part.nume.36.& in tutore est.l.deferre.18.vers.item. de iure fisc Quin & cõtra fiscum pro patre,filijs, & pupillis postulare potest. l. 11 qui.10.de postulando.Laud.de fisco.q.261.

5

6

7 Non item prosequetur, nec potest delicta occulta.l.1.§. Magistratibus imputatur. & ibi Bald. & omnes,de mag. conu. Stephanus vbi supra nu.25. Didac.Perez in l.8.tit.12.lib.2.ordinam.gloss. No pueda acusar. & in l.3.tit.1.lib.3.ordin.glos.Citar.post princ.vers.quæro in casu.Otalora de nobilit.3.part. 3. prin.c.1.num.9. Montaluus in repertorio,ver.fiscalis est, quod apud nos est expressa. l.3.tit.13. lib.2.Reco.vbi cauetur sub pœna ne fiscalis ciuiliter,vel criminaliter quẽ impellat sine delatore,nisi in facto notorio,vel ex inquisitione facta de mandato Regis:pro qua parte faciũt,quæ tradit Ias.in l. si sic legatum.78. n.25. de leg. 1.vt licet libere cõcedatur inquisitio potestati,debet id intelligi, fama, aut indi-

8 cijs præcedentibus.Delatio autem de qua ibi,solenniter fieri debet,cum datione scilicet fideiussorum, & nominatione testium,vt probat lex: quod & antiquitus fieri consueuerat, vt deducitur ex l.2.C.vbi causæ fiscales,& docet Bart.in l. 1.nu. 10. de iur.fisc.Et licet aliqui prohibeantur deferre.l.deferre.18.de iur. fisc. regulariter quilibet ad deferendum admittitur, Bart. in.l.1.num.18.de iur.fisc.Bal.in l.fin.C.de delat. lib. 10. Ang.in tract mal.verb.necnon ad denũtiationem,in additione num. 3. Quin & ipse reus præmium cõsequitur.l. Arrianus.42. de iure fisc. & dixi supra hac glos.nu.4. pœnam enim fisco debitã quilibet petere potest;Bar, vbi supra num.fin. Actio enim popularis est,ex qua fisco pœna venit. Angel.in tract.mal.verb.&ad querelam Titij,num.9. & ita cũ ex criminibus fisco lucrum proueniat,vt patet,& videbimus infra glos.20.verb. Patrimonio. non debet fieri scrupulosa admisio, præterquam quod in puniẽdis delictis fauor publicus versatur, hoc maxime pertinet ad officia publica,vt videre est in titulis de offic.Præfecti vrbis, & alijs.

9

10

11 Ex quo quilibet iudex maleficiorum denuntiatorem constituere potest,docet Salic. in l. ea quidem.C.de accusation.nu.10. Ang.de mal.verb.necnon ad denuntiationem,nu.3. Estque pro hac parte l. 1. §. quies. de offic. Præfecti

Pręfecti vrbis. & ita in Episcopalibus audientijs fiscales sunt, qui etiam quælibet crimina denuntiant ad illius audientiæ cognitionem spectantia. Denũtiationes nõ pro libello sunt: est enim vsus modus procedendi per denuntiationem officialis. l. ab accusatione. §. denuntiatores ad Turpil. Bald. in l. fin. C. de neg.
12 gest. num. 6. Verum quoad nos aliter dispositum extat, l. 14. tit. 13. lib. 2. Reco. vbi prohibetur, ne apud secularia tribunalia iudicum ordinariorum promotores, seu fiscales sint qui generalẽ curam habeant, & potestatem accusandi, quæ quidẽ lex iustissima & sanctissima est, tales enim cũ plebei sint, ad extorsionem subiectorum, nõ delictorũ punitionem crearentur: quin & supremorum tribunaliũ fiscales aliquando vidi vel mala indole, vel officij nõ benè morigerari impulsu iniuria maxima aliquos impetere, & expensis vexari, quod in infimis sine dubio semper fieret: & ita d. l. 14. generaliter obseruatur, neque in aliquo oppido talem fiscalem esse noui, præter quam in Toletana ciuitate, vbi anno circiter. 1590. cum illac iter facerem, cognoui, promotorem illius ciuitatis ad furcas cõdemnatum ob extorsiones, litium redemptiones, & alia insignia facinora in exercitatione sui officij commissa. & cum fiscales huius audientiæ in insigni oppido Imperiali de Potosi semper nominauerint officialem, qui dicitur *Solicitador del fisco*, quem sine dubio nominare expedit, ob plures causas, quæ inde ad hanc audietiam, vt eiusdem territorij deferuntur, tamen aliqui nimis excesserũt pluribus causis se immiscendo: ego tamen licet nominauerim, etiã eis tamen solummodo demandaui probationes litium in Cancellaria pendẽtiũ testiũ, scilicet productiones, & alia id generis, sicut & legibus cautum extat.
13 Non tamẽ intelligas, ex hac generali nominatione prohibita, & denuntiationem generaliter prohiberi. Cõtrarium enim verum est, & ita quilibet delicta quælibet, siue notoria, siue non notoria denuntiare potest, latè Salicet. in d. l. ea quidem, de accusation. Bernar. Diaz in pract.
14 c. 2. Confirmabiturquè ex infra dicendis: & licet multũ debeãt animaduertere iudices, quis nã sit qui denuntiat, vt in d. l. deferre. 18. de iur. fis. Criminosus nãquè & infamis ad denuntiandũ nõ debet admitti, etiam officialis, vt tenet Bernardus Diaz vbi supra, & Additio ad Ang. tamẽ Ang. ibidem tenet, etiam criminosum esse admittẽdum, & forsan hęc opinio iure subsistit, cũ deferens nõ probans pœnis subiaceat, & in titulis de delatoribus, & de calumniatoribus, & alijs: quod & in denũtiante forsan

san locum habebit, cum hi ter-
mini aliquando conuertantur:
denuntiare nāque definitur, cri-
men ad competentem iudicem
deferre. Salic. in l. ea quidem. 7.
C. de accusatio. relatus ab Ang.
in d. tract. mal. verb. necnon ad
15 denuntiationem. nu. 1. Sed ab
hac Ang. definitione cauendum
nimis est, longa enim est delato
ris, & denuntiatoris differentia,
præsertim apud nos, id enim, &
præmium, & pœna manifestè
demonstrant, deferẽs in fiscum
regulariter præmium consequi
tur. l. Senatus. §. Senatus. & ibi
Bart. de iur. fisc. idem in l. variæ,
nu. 5. C. de iur. fisc. & apud nos
quam plures sunt ordinationes,
quibus tertia pars deferenti pro
mittitur. & l. edicto. 13. vers. ex-
tat. & glos. verb. vulgari. de iur.
16 fisc. Et ita graui onere adstringi
tur: testes enim nominare, & fi-
deiussores dare debet, vt in d. l.
3. tit. 13. lib. 2. Recop. sentit. l. 2.
§. Senatus. de iur. fisc. Nec im-
merito, cũ accusationi causam
præstet, quæ sine delatore insti-
tuti nõ potest, vt dixi supra hac
glos. nu. 7. Sine accusatione au-
tem Romani neminẽ condem-
nare solebant, Actuum. 16. c. si
in adiutorium. 16. dist. Chassa.
in Catal. glor. mund. 5. part. cõ-
sid. 14. vers. quinto. fol. 110. & li
cet apud nos, etiam sine accusa-
tione iudices inferiores inqui-
rant, & procedant, Ang. vbi su-
pra. Anton. Gomez tom. 3. c. 1.

nu. 10. Iulius Clarus, & omnes,
& infra nu. 25. Tamen in tribu-
nalibus superioribus sine fisca-
lis accusatione id raro aut nun-
17 quam fit: & ita omnia de delato
re dicta hodie locum habẽt: &
ita hodie delator desistere non
potest à delatione facta. l. res. 22
§. fin. cum seqq. de iur. fisc. & nõ
probãs calumniari præsumitur.
Bald. in auth. nouo iure. num. 1;
C. de pœna iud. qui mal. iud. &
ita grauiter punitur, nam & est
pœna infamiæ, & tantũdem fis-
co dat. l. ex quibusdam. & ibi
Bart. de iur. fisc. l. Senatus. 15. de
18 iur. fisc. Laud. q. 134. Nec sat est,
vnum, aut alterũ delictum ex
delatis probare, sed omnia pro-
bare debet, & cum qualitatibus
propositis, & imputet sibi, qui
ad id se adstrinxit Bernar. Diaz
19 in pract. crim. c. 6. Quæ omnia
longè sunt in denuntiante: hic
namque, etsi peccet denuntian-
do quod nõ debet, vt docet Na-
uar. in Manuali Lat. c. 25. nu. 33.
tamen nõ punitur. l. ex quibus-
dam. 2. in princ. de iur. fisc. Præ-
mij enim consequendi volũtas
tantam infert differẽtiam, vt vi-
dere est in d. l. 2. per totam. & l.
deferre. 18. in fin. princ. de iure
fisc. l. fiscus. 38. §. delatoris. l. bo-
na. 39. l. delator. 44. de iur. fisc.
20 Nec hoc sine ratione est, idem
enim actus pro pretio, aut præ-
mio factus, vel sine eo efficit, vt
quis infamis fit, vel desinat esse:
in scenam enim descendens, vel
certami-

certamina faciens pro præmio, infamis est, nõ alias. l.quod ait. 2.de his qui not.inf.Item qui cũ bestijs pugnauit, ita demum infamis est, si hoc locatus faciat. l.
21 1.§.bestias. de postulan.§.idem & videmus.Itẽ & paciscens habetur pro cõfesso, si pretiũ intercedat.l.in fisci.4.de iur.fisc. l.22. in fin.tit. 1.part.7. Et idem vide mus in muliere prostituente se, si enim id amore compulsa, fine quęstu, id est, fine quęstus respectu faciat, & amatori sui copiam præbeat, meretrix dici non potest. Faber in §. soror. instit. de inoffic. testam. tunc enim vis dicitur amoris, & ideo ab infamia excusatur, nec meretrix est.l.fœdissimam.& ibi Bald.C.de adulter.at si pecuniæ causa se prostituat, statim meretricis nomen consequetur. Bald.in l.item & fin.§.quoties.in fin.de cond. ob turp.cau.glo. in c.vidua.34.dist. sentit Alciat. in l. Massutius, de verb.signif.Videtur de hoc tex. in l. mariti. §. qui quæstum. de adult.& de vtroque vide Masc. de probationib. 1. vol. conclus. 1066.num.5.&7.& per totam.
22 Hac igitur tam notabilem delatoris, & denuntiatoris differẽtiam, & ex prætenso præmio cognosces, tum & ex alio: delator namque ille dicitur, qui ad pœnam concludit, docet Salic. in l.ea quidem.nu.26. C. de accusationib. Ang in d. verb. nec non ad denuntiationem.nu.21.

estque expressa l.27. tit.1. par.7.
23 Denũtiator autem dicitur, qui nõ cõcludit ad pœnã, sed Principẽ certiorẽ facit, vt sibi præcaueat, vel vt Reipublicæ prouideat, sentit Alcia.in l.2.§. Cato. num.4.de verbor. Plaza in epitome delictorum, c. 22. nu.17. Nauarr.in Manuali Latin. c.25. num.33. & alij citandi infra gl. 20.verb.patrimonio.num.321.
24 Ex quibus ego defendi assertionem cuiusdam Dominici de Garay, qui coniurationem quandam detexit anno 1599. Aduocati enim coniuratorum asserebãt, dictum Dominicum nõ tãquam testẽ posse probare dictã coniurationẽ, quia delator erat, & ita à testimonio debebat repelli. Ego verò ex aduerso ex supradictis defendi, non delatorẽ fuisse dictum Dominicũ, ac propterea omni exceptione maiorem testem esse: & ita iudicibus visum fuit, sed postea & aliæ etiam probationes pullularũt diuina misericordia, & tandem dicti delinquẽtes luerunt pœnas.
25 Sed vt ad institutum redeamus, cum delatores maximè ad delictorum punitionem necessarij sint: maximè animaduertẽdum est, ne metu pœnæ à delatione detrahantur, & propterea fiscalis à delictorum, vel regalis patrimonij prosecutione: & ita rectissimè statutũ fuit in ordinationibus Regalis Consilij Indiarum, datis 24. Septembris, anno 1571.

1571.cap.6.vbi Consiliariorum, & fiscalis arbitrio relinquitur, quando sine delatore fiscalis procedat, quæ ordinatio & ad Cancellarias omnes deberet extendi: Quin non semper tam grauiter delator punitur, namqui suã
26 ter delator punitur, namqui suã vel suorum iniuriam prosequitur, non punitur, vt hũc & alios casus videbis.l.ex quibusdam.2. & l.delator.44.de iur fis.& alijs adductis hac glo.supra num.19.
27 Item, qui necessitate officij detulit, non punitur pœna infamiæ.l.monente.& ibi Bart.nu. 1.C.de delatorib.lib. 10. Laud. quæstio.134.distinguit bene in idem decidens Salic.in l. ea quidem.nu.34.de accusation. Præ-
28 terea & excusatur, si iustam habuit causam denunciãdi, vt quia ita habuit à fidedignis personis. Ang.d.tract. mal. causa excusat à dolo.verb. necnon ad denuntiationem num.20. Excusatur
29 etiam aliquantulum, si alius mãdauit, tunc enim mandans & nõ mandatarius tenebitur, vel non tam acriter, l.ex quibus. 2. in fi. ver.diuus. de iur. fis. regulariter enim mãdatum excusat, Iu. Clarus lib.5.receptar.§.fin.q. 60. n. 15. Anto.Gom.tom.3.var.cap.3
30 num.42. Item & excusatur hæres necem defuncti deferens, & non probans, quod facilè ex proxime dictis deducitur & proba-
31 tur expressè.l.21.tit.1.par.7. Et casu, quo ad aliquid delator tenetur, non criminaliter, sed ciuiliter accusatur, nisi de eius malitia constet, vt quia solitus est deferre, & non probare, vel aliàs, vt tenet Bar.in l.omnes iudices, num.1.& ibi Bald.nu.10. C. de delatorib. Quo fit, vt hodie non
32 se subscribat delator, glo.2.& 3. l.13.tit.9.par.4. & ita plurimũ exuberare debet iudicis officiũ, vt animaduertat, an malo, an verò bono animo delatio facta fuerit, quod colligitur ex proxime dictis, & ex Bart. in l.monente. C.de delator.lib.10. & melius Salic.in d.l.ea quidem.num. 24 C.de accusation. & Angel. vbi supra num.24. Quod plurimũ attendi debet, quemadmodum & præuentio ad præmium consequendum, vt per Bart.in l.1.n. 5.de iur.fisc.& in l.Senatus §.Senatus.eod. Quod & etiam mouere debet Fiscalem, præcipuè in causis arduis, ne forsan dum delator quæritur, probationis copia amittatur: celeritas enim requiritur, Iul.Clar.§.fin.q.5.in prin. Et in causis nobilitatis, vt
33 possit solus fiscalis prouocare, vel causas prosequi, sentit Otalora de nobil.3.p.cap.1.num.12.&
34 cap.3.num.2. Et antequam hinc discedamus, animaduertere oportet, deferentem se præmiũ consequi dimidiũ, scilicet quod & ad hæredem transfert.l.2. in fin.l.edicto.13.l.ait diuus.de iur. fisc. Hæres autem deferens defunctum, nõ nisi tertiã partem, prout quilibet alius consequitur,

tur d.l.edicto. Ex his autē supra
35 dictis, & ex creatione huius officij, de qua supra gl. 9. animaduertes, ita exuberare hoc fiscalis officiū, vt nil penitus, quoad litis ordinationē ab iudicis officio differat: ipsius enim loco procedit, quod & in fiscali, seu promotore à iudice creato, ex Pręposi. in c. de accusat. 2. q. 8. colu. 36. & 39. Innoc. & alijs, Fel. inc. cū clamor. de test. resoluit Ber. Diaz in pract. cri. can. c. 5. quod & à fortiori in supremorū tribunaliū fiscalibus procedit, qui à Rege creantur, nec vllā cōmoditatē ex litis, vel litiū prosecutione consequūtur, præter salariū vnicū annuū ex Regis patrimonio sibi assignatū, vt videbimus infra gl. 35. ver. *Y es mi merced, q̄ ayais &c.* Ex quo iā primò animaduertes, posse fiscū om-
36 nia scelera inquirere, & vindicare, Luc. de fis. 1. p. n. 113. Bern. c. 6. in fi. Nā licèt regulariter superueniēte accusatore, cesset inquisitio, quæ fit per officiū iudicis, Auil. in c. 4. iud. synd. verb. pesquisa. n. 12. quin regulariter ex officio nō posset procedi sine accusatore, vt supra hac glo. n. 16. docet Iul. Cla. li. 5. recep. §. fi. q. 3. n. 3. & per tot. Ant. Gomez. 3. var. c. 1. n. 10. tamen & fiscus, vt prædixi, cōmunis accusator est. Itē & sicutiā hodie generaliter in omnibus causis cōcurrit officiū iudicis, ita vt possit procedere sine accusatore, vt docet Gomez. proxime relatus, & Iulius Clar. vbi supra, quæstion. 5. numer. 3. & per totam, & ita quando vult, se ingerit liti fiscalis, nec per hoc impeditur prosequutio litis per offensum, docet Aymon Crauet. consil. 220. nume. 8. Dambouderius in praxi rerum ciuilium. cap. 98. nume. 9. Æquè e-
37 nim principaliter ex delicto, & damnum passo actio quæritur, & Reipublicæ ob publicam vindictam, Angel. de malefic. verb. etiam vestem. numer. 6. nec fiscus priuatum, aut priuatus fiscum impedire potest: vnde, etsi dominus rei dicat de eius voluntate furtum fuisse factum, nihilominus iudex procedere potest, Petrus Gerard. singular. 55. numer. 3. tomo, 1. singul. Padil. in l. transigere. numer. 105. plures referens Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. fur-
38 tum. nu. 21. quod ex proxime dictis, & fiscalis facere potest, & ita nec de pace facta inter litigātes curat. Lucan. de iur. fisc. nu. 107. Pax enim offensi pœnā publicā non remittit, Castald. de Boncompag. de synd. nu. 144. Montal. in l. 1. titu. 3. libr. 4. for. ver. al querelloso. imò apud nos consuetudo est, vt offenso prosequēte iniuriā, fiscalis alijs negotijs implicatus, his se nō implicet, at offenso desistente, statim fiscalis causā sumat. Hęc enim videtur quasi collusio cōtra

G publi

Publicum exemplum. Quò forsan tendit, quod in Flandria seruari docet Damboudetius in praxi rerum ciuilium capi. 74. num 9. vbi refert, in Flandria fiscales non assumere causas, nisi ob partium litigantium collusionē: ex quo & sępe defēdi, Nā
39 sicut nūquā iudici cōcluditur in criminalibus, quin possit ad veritatem indagandam, testes admittere, ita nec fiscali, & ita obtinui, quodam Auditore reluctāte, ex supra dictis. n. 3. & 35.
40 Prætereà & supradicta resolutio, & æquiparatio officij iudicis & fiscalis proderit, vt possit fiscalis recusari: quod & in marito vxorem accusante de adulterio, tenet Angel. in tract. malefi. ver. che hay adulterato. nu. 26. Quod tamen intelligerem, debere fieri cum causa & pœna, eadem forma, qua Præses, & Auditores possunt recusari, vt in tit. 10. lib. 2. Recop. Non enim differt fiscalis ab Auditore, prærerquam in iudicando, vt videbimus infra glo. 31.

Sed antequam hinc discedamus, animaduertere oportet, aliquas differentias considerari in fisco criminaliter, aut ciuiliter agente: & prima, ex qua & cæteræ oriuntur, illa est, nā
41 fisci causa in criminalibus, non tā fauorabilis, non inquā rā fabenda est, quā in ciuilibus, dixi supra glo. proxima priui. 15. &
42 pri. 45. & alijs. Itē & prælationē non habet, dixi eadē glo. pri. 26. Itē, licèt in ciuilibus fiscus aduersariū cogat edere instru-
43 menta: tamen secus est in criminalibus l. 2. §. itē diui. de iu. fis. dixi latè glo. supra proxima priui. 15 n. 78. Prętereà, licèt in
44 ciuilibus ratione cōmunitatis totā rē vēdicet, vt dixi supra gl. proxima pri. 39. n. 151. & videbimus intra glo. 34. §. 1. n. 23. tamen secus est in criminalibus, nā ius vicini pro publicatione bonorū in inte congrui non tollit, ex Affl. de iu. proth. §. 4. nu. 24. Prætereà, licèt fiscus habeat
45 priuilegiū tacitæ hypothecę, vt dixi supra gl. proxima priu. 21. & 23. & docet Luc. de fisc. n. iii. Neg. de pig. 4. mēb. 2. p. n. 7. tamen hæc hypotheca non procedit in criminalibus, nā ante condēnationē non habet ius in bonis delinquētis, idē ibidē. n. 115. quin nec creditor est, Laud. q 126. Hoc autē qualiter intelligatur, videbimus infra gl. 34. § 5. à nu. 130. Prætereà, licèt fiscus gaudeat beneficio restitutionis in integrū, dixi gl. supra proxima pri. 56. n. 191. tamen secus est in criminalibus, & ideò si iudex errauit, non restituitur docet Cremen. sing. 23. & in ef
46 fectu tenet Ant. Gab. li. 7. cōm. de crim. conc. 13. Itē, licèt cōtra fiscū longissimo tempore prę-scribatur, dixi glo. proxima pri. 45. nu. 65. tamen in criminalibus minori tēpore pręscribitur, vt

vt vidisti ibidem,& videbis infra glo.20.ver.patrimonio. nu. 307.Est & alia insignis differen
47 tia,nam licét ex contractu fisco vsuræ debeantur.l. cum quidã, 17.§.ex locato.vers.fiscus.de vsur.tamen ex delicto vsuras nõ petit,nec consequitur.l.1.C.de fiscalib. vsur.lib.10.

I. PRIVILEGIVM.

48 SED adhuc etiam in criminalibus aliqua in fisco accusante considerari possũt priuilegia, & illud in primis,nam pro cõmodo fiscalis quilibet accusat, vt vidisti supra nu.9. quo te remitto.

II. PRIVILEGIVM.

49 SEcundum priuilegiũ, quod alia in se continet, illud est, nã fiscalis accusando omnia,quę & iudex facit,& tanquam iudicis officiũ procedit, dixi supra hac glo.nu.3.& numer.35.cum quatuor seqq.

III.PRIVILEGIVM.

50 TErtium priuilegium considerari potest ex eo, nam nõ est necessaria conclusio in criminalibus,generalis enim petitio condemnationis ad cõmodũ fisci sufficit,cui leges semper vidẽtur pœnam seu multã applicare,vt ex Bar.in l.libellorum. n. 19.de accusat.Marian. in repet. cap.qualiter & quando.n. 211. de accus.Bal.in l.si quis se.in fi. C.de accus. & alijs.docet Iuli. Cla.lib.5.recep.§.fi.q.12.n.fin.

IIII. PRIVILEGIVM.

51 POtest & quartum priuilegiũ considerari specialiter in crimine læsæ Maiestatis,in quo nemo pro accusato potest aduocare sub pœna infamiæ.l. quisquis.C.ad leg.Iul.Maiest.refert Hipp.in rub.de fideiuss.n 120.licèt hoc seruari non viderim,licèt aliquot Maiestatis in hac Argentina Cancellaria accusauerim,qui & aduocatos habebãt, scio etiam & ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis hæreticis aduocatos dari,quod Canonica æquitate,potius quam iure fieri existimo:scio etenim,stylum esse & consuetudinem, vt non nisi pertinaces hæreticos aduocati deserant,& de similibus vide Tho.Gram.vot.3.in prin.& specialia in crimine læsæ maiestatis,vide infra gloss.20. à nume. 330.

V. PRIVILEGIVM.

52 POtest & quintũ priuilegiũ cõsiderari,vt in causis fiscalibus,& vbi fisco pœna quæritur, trãsactio prohibeatur,gl.fi.in l. 1.de sepul.vio. Salic.ibi n.4.Ia. in l.trãsigere.de transactio. nu. 17.Felinus in rubric.de iud.ad

fin.quos refert & sequitur Padil.in d.l.transigere.C.de transaction.num.106.Et non solùm talis transactio nõ prodest,imò
55 nocet,nam pacti cum delatoribus in causa fisci, pro confessis & iudicatis habentur.l. in fisci. 4.de iur.fis.l.eius qui delatorẽ. 29.l.Imperatores.34.eod.l.22. in fin.tit.1.p.3.cuius rei rationẽ expẽdit Padil.proxime relatus. Nam omnis fiscalis causa criminalis est,glo.in l.agraria.de termino mot.& glo. centum aureorum.in l.3.de sepulc.vio.& vi.infra glo.20.nu.8.licèt contrarium senserit Azeb.in Curia Pisan.lib.4.cap.6.nu.13.

VI. PRIVILEGIVM.

Sextum considerari potest priuilegiũ,nã in fiscali causa, si-
56 ue ciuili,siue criminali, nemine petente,potest iudex sententiã ferre,Castald.de Campagn. de synd.n.134.patet ex supra dictis hac glo.num.3. & à nu.35. & supra glo.16.priu.72.

VII. PRIVILEGIVM.

57 Septimum priuilegium est, nã licèt plures administratores fiscũ fraudantes pro parte teneantur,tamẽ pro non idoneis, qui idonei sunt teneantur.l.aufertur.46.vers.si multi.de iu.fi. Paris de syn.§.si plures.in prin.

GLOS. XVIII.

T defender.

1 *Fiscus ex se non habet personam, quæ possit impeti.*
2 *Defendere,idẽ quod excipere.*
3 *Fiscus non debet alij patrociniũ præbere,etiam suo debitori.*
4 *Fiscalis non potest nisi pro fisco patrocinari.*
5 *Fiscalis an sit deterioris conditionis quoad hoc,vt notificatione sententiæ contra eum latæ nõ indigeat.*
6 *Fiscus non vocatur in iudicium sine venia.*
7 *Fisci iudex adeundus est,cum contra eum agitur.*
8 *Emptor fisci ante fiscales iudices cõuenitur.*
9 *Fiscus venditor hæreditatis non cõuenitur nisi in subsidium.*
10 *Euictionis nomine non nisi in simplum conuenitur.*
11 *Emẽs à fisco quadriẽnio præscribit rẽ*
12 *In causis priuatorũ,an ipso iure fiat compensatio.*
13 *In fiscalibus non fit compensatio in diuersis statibus.*
14 *Fiscus non conuenitur redhibitoria, nec quanto minoris.*
15 *Contra fiscum non valet sententia eius aduocato absente.*
16 *Fiscus non potest allegare absentiã.*
17 *Absente procuratore priuati, valet sententia.*

18 *Fiscus adpedagia non tenetur.*
19 *Confessio officialis inopis non omnino nocet fisco.*
20 *Fiscus succedens tenetur ad obligationes contractas, nõ ad contrahendas.*
21 *Fiscus nõ est facilis conueniendo.*
22 *Intra duos menses debet cõpẽsatio obiecta fisco probari, & quid de iure Regni.*
23 *Fiscus non tenetur creditoribus respondere de bonis, tanquam suũ interesse habitis.*
24 *Contrahens cum fisco tenetur ad vsuras, fiscus verò non.*
25 *Fiscus non restituitur.*
26 *Contrarium.*
27 *Protestante fiscali, non currit ei terminus, quoad ei processus feratur.*
28 *Fiscus vendẽs rẽ alienã non conuenitur vltra quadriennium.*
29 *Taciturnitas in fauorem fisci inducit liberationem.*
30 *Et obligationem.*
31 *Potest defendere donatariũ & litẽ ad suũ tribunal adducere.*
32 *Ratione rescripti dãnosi fiscus non conuenitur.*
33 *Secus, si secunda iussio emanauerit.*
34 *Si fiscus ex delicto non habeat quotam, sed quantitatem, non tenetur creditoribus, & nu. 35.*
36 *Fiscus, siue actor, siue reus, nec condemnatur in expensis, nec ab aduersario petit.*
37 *Officiales Cancellariæ non petunt expensas à condemnato in fauorem fisci.*
38 *Si priuatus agat ad vtilitatem fisci ei, debentur expensæ à fisco.*

DE DEFENSIONE.

1 LICET Fiscalis officiũ magis in agendo consistat. l. nõ intelligitur. 3. §. diuus. l. si fiscus. 7. de iur. fisc. & ex supra & infra dicendis apparebit, tamen & aliquando rei partẽ sustinet, quã fiscalẽ sustinere necesse est, cùm fiscus persona non sit, quæ in ius vocari, aut aliâs impeti potest, Salic. in l. 2. C. si aduer. fisc. Ideò in præsenti fiscali iubetur, vt & fiscum defendat, cùm contra fiscum a-
2 gitur, quod fieri potest, vt in d. l. 2. Id enim importat verbum, defender, nam, defension, dicitur, excepcion, l. 7. ti. 16. p. 3. & l. 9. tit. 1. p. 5. & facere, quæ dominus posset & deberet facere. l. sed & ecce. 35. §. defendere. l. omniũ. 37. de postulã. & ita excipere in causa fiscali, & fiscũ defendere tenetur fiscalis: cùm res in quas fiscus successit, ab aliquo petuntur, vel debita illius, in cuius bonis fiscus ex confiscatione, vel aliâs successit, fiscus enim, tanquam successor vniuersalis tenetur, Salic. in l. sententia. C. de fideiusso. vel qua parte successit. l. 3. §. diuus. l. Lucius
3 Titius. 9. de iur. fisc. idem Salic. in l. tutoris. num. 2. C. ad legem Iul. de vi. Nec statim & ex abrupto fiscalis causarum defensionem assumat: fiscus enim nõ debet alicui patrocinium præstare, nec etiã debitori suo, etiã

si inde aliquod percipiat commodum, Ias. in l.1.nu.1. ne fisc. vel respublica, & ita nec cessionem recipit. l.1 cs.22.§. lites. de iur. fis. dixi qualiter hoc debeat intelligi supra glo. 16. à nu. 13. nec exipit de iure tertij, Laud. de fisco. q. 129. Dixi itidē d.glo. 16. á nu.12. quo forsan tendit. l.2. tit.13. lib.2. Recop. & ordin. 78. Audientiæ, vbi prohibentur fiscales, præter quam in causis fiscalibus aduocare, aut alicui patrocinium præstare, nec immeritò: tale enim patrocinium dānosum aduersarijs esset, & ita patrocinium rusticanis prēstare prohibentur potentiores in rubro & nigro. C. vt nemo ad suū patrocinium, lib.11. quod à fortiori procedit in fisco: fiscus autem inter potentes connumeratur, dixi de hoc latè supra gl. 9. num.12.

5 Illud autē miratus sum, vulgariter, scilicet existimari fiscū siue eius fiscalem procuratorē, deterioris esse conditionis, quā priuati, existimantur enim sententias in fiscalis præsentia latas statim, quoad termini transcursum, & quoad alia prędiudicare: in priuato autem secus esse, ego verò vnde hic ortus sit error, vix inuenire possum, animaduerto enim potius omnino contrariū posse defendi, cū expressa lex sit, quæ priuatis terminum præfigit à die latæ sententiæ in eorum præsentia: ea inquam est l.1. circa fin. tit.19. libr.4. Recop. At in fiscali id decisum non inuenio, quod si dicte rium hoc originem trahit ab ordinatione 126. huius & aliarū Indiarum Audientiæ, ea solùm dicit, vt Audientiæ notarij fiscali notificent sententias, aut alia iudicij acta, nisi pronuntiationis tempore fiscalis præsens fuerit. Ex hoc autem contra fiscalem arguere, nescio quomodo subsistat: præterea ordinatio prædicta sub titulo, de los Escriuanos de la Audiencia, sita est: ergo non debet præiudiciū ex ea generari fiscali, in cuius titulo nil simile iubetur: & ita non immeritò existimarem, contrariū omnino tenere, vt, scilicet in priuati præsentia sentētia lata ei præiudicet, contrariū verò respectu fiscalis: sed cū vbi specialitas specialiter nō statuitur, idē ius in fisco & in priuato seruari debeat non iniuria, quoad hoc fiscalē priuatis ęquiparabo, vt in vtrique præsenti sententia lata noceat: quo etiā tendit notariorū Audiētiæ stylus, qui solent semper in actis apponere. Hoc actū fuit, præsenti tali fiscali, seu procuratori talis, cui notificaui, quod iure subsistere existimo, & abundare verbū illud, notificaui; in defendendo verò, sicut & in omnibus alijs maxima fiscus consequitur priuilegia, quæ hic tanquam congruò loco numerare expedit.

I. PRI-

I. PRIVILEGIVM.

PRIMVM ergo fisci rei, seu
6 defendentis priuilegium sit,
vt in ius sine veniæ petitione vocari non possit, Lauden. de fisco. q. 117. Luc. eod. tract. 1. par. n. 21. Peregr. lib. 7. tit. 3. nu. 1. Estq. omnium communis sententia ex Bald. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. quod quemadmodum de parente & patrono dicitur in l. quique. 4. cum seq. de in ius vocand. intelligendũ est.

II. PRIVILEGIVM.

SEcundum priuilegium sine difficultate procedit, cùm e-
7 nim contra fiscum agitur, eius iudex adeundus est, Luc. 1. par. nu. 31. sed quoad hoc nullũ considerari potest fisci priuilegium cum & in priuatis idem sit, vt actor forum rei sequatur, vt sũt iura plusquam vulgaria. priuilegium ergò in eo consistit, nã hoc priuilegium etiam sine expressa cessatione transfert: vnde agens contra ementem à fisco,
8 fisci iudicem habere debet. Lauden. de fisco quæst. 192. quod priuilegium magis ex eo apparet, quæ late tradidimus supra glos. 16. priuilegio 1. nume. 21. & infra proximo priuilegio.

III. PRIVILEGIVM.

9 TErtium considerari potest priuilegium, nã postquam fiscus vendidit hæreditatem, cõueniri non potest, nisi in subsidium, discusso scilicet primùm emptore, licét secus sit in priuato. l. 1. & ibi Baldus C. de hæred. vend. Lucan. 1. par. nume. 20. & vide infra glo. 34. §. 1. priuileg. 9. num. 57.

IIII. PRIVILEGIVM.

QVartum priuilegium fisci
10 est, vt euictionis nomine nõ nisi in simplum conueniri potest: non enim potest procurator duplum promittere, nec si promittat, fiscum obligat, l. si procurator. ff. de iur. fisc. Negu. de pignor. 1. membr. 6. par. nu. 40. Afflict. de iur. prothomisc. §. 4. num. 26. Laudens. de fisco. quæstion. 91. Luca. 1. par. nu. 57. quod priuilegium magis ex eo apparet, nam & rem alienam fiscus vendere potest, vt latius videbimus infra glo. 34. verbo, incidencias, §. 1. num. 26. & special. 7. num. 48.

V. PRIVILEGIVM.

11 EST & quintũ fisci priuilegiũ quòd nõ tã fiscus, quàm ab eo causam habens fruitur: emptor enim, qui à fisco emit rem alienã, vt fisci quadriénij præscriptione fruitur, ita vt eo termino elapso, inquietari nõ possit,

Docet Roger. de diuers. præs. c. 1. num. 11. estque l. bene à Zenone C. de quadr. præscript. & videbimus etiam infra glos. 34. §. 1. quin statim securus est emptor, licet fiscus teneatur, vt ibi nu. 23. & 29.

VI. PRIVILEGIVM.

12 ET cum in exemptionibus reus actoris partibus fungatur, & actor rei, hoc casu potest sextum priuilegium notari, nā licet in priuatis actori agēti possit obijci compensatio, vt in toto titulo, de compēsationibus, quin ipso iure compensationē fieri multi voluerunt, ex l. fi. C. de compensation. Sed hoc aliquibus casibus solùm procedit, secundùm Bald. qui eos notat in l. si constat. C. de compensat. aliàs secundùm cum compensatio non fit ipso iure, & Alber. in l. si quid. D. de compensatio. glo. 1. in l. 25. tit. 14. par. 5. & allegat legem 20. illius tituli: mihi autem expressior videtur. l. 25. vbi compensatio non admittitur, si opponatur à non habēte mandatum, nisi datis fideiussoribus. Neque quis mihi obijciat, fideiussores ibi accipi ad admittendum quem sine mandato, ex l. 1. cum alijs. C. de procurator. textus enim ibi intelligi debet secundùm rubricam, cui subiacet, vt communiter notatur ex l. Imperator. 19. de in diem adiectione. Cùm ergò lex illa Partitæ non sit sub titulo de procuratore: fideiussio
13 illa non ratione mandati, sed ratione compensationis intelligi debet, & vtcunque sit, certum est in omnibus causis priuatorum locum esse compensatio. l. in summa. de compensatio. At in fiscalibus causis in diuersis stationibus nequaquam locus est compensationi. l. aufertur. §. qui compensationem. de iure fisc. l. in ea. C. de compens. l. 26. tit. 14. par. 5.

VII. PRIVILEGIVM.

14 PRæterea fiscus non conuenitur redhibitoria, vel quanto minoris, docet Bald. in l. 1. nu. 7. circa fin. C. de hæredit. vel actio. ven. per l. 1. §. illud. de ædil. edict. Sed de venditionibus fiscalibus videbimus infra glo. 34 §. 1. & de redhibitoria specia. 6.

VIII. PRIVILEGIVM.

15 OCTAVVM priuilegium est, nam contra fiscum nullatenus potest ferri sentētia, nec ei nocet, nisi aduocatus fiscalis præsens sit. l. 2. & ibi gl. fin. C. si aduers. fiscum. l. 3. §. diuus. de iure fisc. Sed contra hoc videtur, fiscum semper præsentem esse, nec posse allegare absentiam, Bald. in l. notum. in princ. C. de quadrien. præscr. Capel. Tolos.

quęst.

quæst.288.in addition. Mascar. de probation. vol.3. conc.806. num.7. Peregr.lib.1.tit.1.num. 22.& 42. Sed illud, quoad præscriptionem procedit, non verò quoad iudicia, nisi sententia in fisci fauorem feratur, tunc enim etiam absente fisci procuratore valet, docet Ias. in l. si furioso. num.3. de re iudi. glo. ver bo, restitutione. in l. non intelligitur.3.§.diuus. de iur. fisc.
17 Cùm tamen in priuato id secus sit, vt docet d.glo. & est l. ex celamento.C. de postuland. & vide supra glo.16.priuil.65.n.210.

IX. PRIVILEGIVM.

18 Nonum priuilegium est, nã fiscus non tenetur ad pedagia, nec conuenitur, vt ea soluat Guid.Pap.sing.848.dicemus infra glo.35.§.2.circa fin.

X. PRIVILEGIVM.

Decimum priuilegiũ, quod
19 in fisco, siue actore, siue reo notari potest, illud est, nam cõfessio officialis inopis de recepto, non nocet fisco; secus si diues sit: ita eleganter distinguit Bald. post glo. in l. in contractibus.§.sed quoniam.C. de non numera.pecun. & ita debet intelligi Ias. in l.2.§.fin.num.20. si cert.pet. & pro hac parte facit l. fisco.2.C. de conuen.fisci.deb. lib.10. Nam si solutio non rectè fiat, prius debet officialis conueniri, quàm soluens: in quod & videtur incidere.l.1.eod. Vnde fit comprobata remanet Baldi doctrina, imo latius loquitur Chassan. in catalog. glo. mundi. cõsid.24.specia.200.& supra glo.16.special.43.num.163.

XI. PRIVILEGIVM.

20 Vndecimum, & quidem notandum priuilegium est, nã licèt fiscus succedens teneatur ex obligatione contracta, ex cõtrahenda verò, nequaquam tenetur, quin licèt causa sit de præterito, Bart. in l. quoties. n.2. de nouation. quod tam pro fisco, quàm contra fiscum considerari potest, nam inde etiam dicitur fisco succedenti non acquiri legata conditionalia, docet Boer. decis.251. nume.7. quod qualiter & quomodò fiat, infrà videbimus. glo.20. verb. Patrimonio.§.10. num.253. & 337. & aliis.

XII. PRIVILEGIVM.

21 Duodecimum & quidem generale priuilegium est, nã fiscus dicitur inhabilis ad conueniendum, & ideò numeratur inter eos, qui soluendo nõ sunt, Afflict. decis.88.nu.2. Et inde, etsi debeat excuti, antequã pignorum possessores, vel fideiussor, vt docet Lauden. de fisco.q.

230. l. inter. 53. §. bonis damnatorum. & ibi Bar. num. 3. de fideiuss. Roman. cons. 93. num. 4. licèt antiquitus secus. l. non recte. & authen. de qua ibi. C. de fide. tamen id intelligitur, si faciliter fieri potest, aliàs secus, Bald. in cap. cum super. de re iudic. num. 26. & ita faciliter excusat iudicium: & de hoc vide, quæ dixi supra glo. 9. nume. 12. & glo. 16. num. 128. Sed hodie apud nos nullus priuatus facilius conuenitur, quàm fiscus.

XIII. PRIVILEGIVM.

22 DEcimumtertium priuilegium notari posset ex l. aufertur. 46. §. qui compensationem. de iur. fisc. & Ias. in §. in bonæ fidei à num. 73. inst. de action. & Becio ibidem: nam casu, quo fisco potest obijci compensatio, idest quando est ex eadem statione, intra bimestre debet probare debitum, sed apud nos hoc priuilegium non est considerabile, cùm etiam inter priuatos summatim, id est intra dicendium debeat debitum probari, vt cópensationi locus sit. l. 20. tit. 14. par. 5. vide supra glo. 16. priuilegium. 37.

XIIII. PRIVILEGIVM.

23 POtest & aliud priuilegium considerari, nam fiscus non tenetur creditoribus responde re de bonis, tanquam suum interesse habitis, docet Ludouic. Montalu. de reprobatio. sententiæ. Pil. artic. 3. num. 46. Quod parum priuilegium ego existimo, idem enim teneo, & in priuato, sed potest hoc augere, vt in pœna idem intelligatur, quàm postquam fiscus adipiscitur nemo, & si anterior creditor sit cei petere potest, ex dict. l. quod placuit. de iur. fisc. vt dixi supra gl. 16. priuil. 40. à nu. 135. Si enim fiscus æqualis est in pœna cæteris creditoribus, bene potuit sibi præuidere, & sibi debitum recuperare ante primum creditorem. l. absentem. §. ait prætor quæ in fraud. cred.

XV. PRIVILEGIVM.

24 DEcimumquintum priuilegium, & non paruum illud est, nam cùm contrahentes cũ fisco ad vsuras teneantur, & conueniri possint, vt vidisti supra glo. 16. priuil. 55. num. 190. ipse tamen fiscus nequaquam ad vsuras tenetur, nec pro eis conuenitur. l. cum quidam. §. ex locato. versi. fiscus. de vsur. cuius ratione inęqualis contractus est, nec eodem modo vtrumque ligat.

XVI. PRIVILEGIVM.

25 ET licèt Cynus & alij existiment, non posse fiscum restitui

tui,vt refert Lauden.de fisco.q. 219. verius est eum restitui posse,vt docet Lucanus 1.par.num. 129.& alij,quos retulimus supra glo.16.priu.56.nu.191. etiã si de lucro agat,vt docet Afflict. decis.340.nisi pro modico vel-
26 lit restitui,idem ibi num.4.Sed hoc extende pro decimosexto priuilegio,vt possit etiam testi tui fiscus contra factum,ex quo deterior eius conditio ad iudicium facta est,& ita factum in Cancellaria Granatensi refert Otalor.de nobilit.3.par.c.1.nu. 8 & est extraordinarius casus, quem ibi refert.

XVII. PRIVILEGIVM.

27 EST & decimumseptimum notabile fisci priuilegium, & fiscali multum vtile, vt scilicet eo protestante, ne ei terminus currat, donec processus ad domum eius deferatur, ita fit, nec terminus currit à die notificationis sententiæ, vt ex vltima ordinatione Cãcelariæ Granatensis refert Otalor.de nobil. 3.par.tertiæ par.princ.c.5.nu.5.

XVIII.PRIVILEGIVM.

28 DEcimumoctauum priuilegium est, quod & pendet à quarto supra hac glo. relato,illud est,nam nonsolum emens rem alienam à fisco non conuenitur vltra quadriennium,verũ nec ipse fiscus potest conueniri, quadriennio transacto, docet Costa in §.& quid si tantum.l. Gallus,de liber.& posthum. 2. par.nu.70.adducẽs l. bene à Zenone.C.de quadrien. præscrip. & §.fin.inst.de vsucap.

XIX.PRIVILEGIVM.

DEcimumnonum priuilegiũ est,vt taciturnitas interesse-
29 tis liberet hipothecam, fauore fisci vendentis,docet expres.gl. per tex.ibi in l.hypothecas.8.C. quib.mod.pig.vel hypot.solui. Euerard.in cent.legal.capit.26. fo.92.E. Soci.reg.484.fallen.2. Nec immerito,cùm enim obli
30 gationem in fauorem reipublicæ inducat taciturnitas.l. 2, C. ad municip.& in l. honores. §. fin.D.de Decurion.& in l.1.C. ne filius pro patre.libro. 10.per quæ iura ita tenet idem Socin. regul.486.fal. 1.& facit,nam alias exemptus, qui passus est se scribi in libro soluentium collectas,nisi intra decendium appellet,obligatus manet, vt ex Angel.in l.1.§. si quis. quando appellandum sit,& ex Alex.cõsil.101.tenet Marant. de ordin. iud.6.par,nu.314.à fortiori & liberationem inducet,ne scilicet fiscus conueniatur.

XX. PRIVILEGIVM.

31 VIgesimum priuilegium est, vt possit donatarium defendere à turbatione,quæ ei infertur,

tur,docet Matth.de Afflict.decis.2.num.3.& aliqua vidisti supra glos.2.à nu.4. & de hoc de foro latius supra glo.16.priuil.1.nume.21. Sed illud maximũ est,vt id posit in suo foro, etiã contra Ecclesiasticam personã, docet Additionator dictæ decisionis,vbi pro hac parte aliqua adducit,& ita concludit,saltem quoad possessorium, sed decidat,ad quem id spectat,& vide supra glo.16.priu.60.nu.204.

XXI. PRIVILEGIVM.

32 Vigesimumprimum priuilegium est,nam fiscus non cõuenitur ratione rescripti ei dãnosi:talia enim nec possunt impetrari,nec impetrata valent.l. nec damnosa.C.de precib.Imper.offeren.cap. nec damnosa, 25.q.2.l.fin.C.de precibus Imper.offer.Peregr.de fisco,lib.1. tit.3.nu.33.

33 Si verò secunda emanauerit iussio, obedire debet,ex vi geminationis actus, docet Menchac. de successión. creation.lib.1.§.3.nu.13. & infra glo.proxima à nu.13.

XXII.PRIVILEGIVM.

34 ET licèt ob delicta fiscus succedat delinquenti, vt videbis infra glo.20.verb. patrimonio.§.10.& ita tñc teneatur creditoribus,tamen si non in quota bonorum succedat, sed cõdenatio fiat in aliqua certa quãtitate, tunc fiscus non tenetur creditoribus respondere,refert Peregri.lib.5.tit.1.nu.59.sed in defectum posse conueniri fiscũ, tenet ibidem ex Socin.Iun.cõsil.74.tom. 3.nu.23. Ego verò

35 contrarium existimo ex rationibus,de quibus supra glos. 16. priuil.26.à num.117. & glo. 17. à nu. 42. vbi de hoc late, & ita & nunc existimo,si fisco solutũ semel fuit,ab eo repeti non posse,etiam ab anteriori creditore, vt ibi resolui.

XXIII. PRIVILEGIVM.

36 Vigesimũtertiũ priuilegium fit,tã fisco actori,quã reo cõmune,vt non posit in expensis condemnari,docet Boer.decis. 324.nu.1.Pereg.lib.7.tit.3.nu. 14.& ita nec eas ab aduersario

37 cõdemnato petere potest,vt docent ipsi,quin nec officialis aliquis Cancellariæ tales expensas petere potest,etiã à condénato, cũ à principio nõ debeantur: ita expresse decisum extat.l.30.ti. 20.lib.2.reco.& de primo sunt leges.12.tit.13.22.ti.2.& 20.ti. 20.lib.2.recop.Sed si a-

38 liquis priuatus ad vtilitatẽ priuatã egerit expẽsas ab eo factas ei debent refici à fisco,docet Palac.Rub.in c.per vestras,de donat.inter.§.39.ampl.18.n.6.vbi iura & DD.pro hac parte allegat,& facit l.1.& 2.tit.14. lib.2. Recop.Et hæc de fisco rei partibus fungente dicta sufficiant.

GLO.

GLOS. XIX.

Todas aquellas cosas y cada vna dellas, que cumplan a mi seruicio.

1 *Seruire Regi tenemur, id est obedire & agnoscere.*
2 *Magis tenentur, quos rex honorat.*
3 *Fiscalibus mandata est cura obseruantiæ mandatorum regis, & Indorum cura.*
4 *Regia mandata ad vnguem debēt obseruari.*
5 *Non obediens præcepto Principis secularis, peccat.*
6 *In foro exteriori punitur etiam vltimo supplicio.*
7 *Regia mandata seruanda sunt, in quantum iuri & æquitati consona sunt.*
8 *Ex regis mandato nil contra religionem faciēdum.*
9 *Disputare de potestate Principis, est instar sacrilegij.*
Sed æquum est vt Princeps iure regatur.
10 *Principum mandata habent præsumptionem pro se.*
11 *Mandato per importunitatem extracto supersedendum est.*
12 *Princeps præsumitur nolle iniusta.*
Secundæ iussioni Principis est obediendum.
13 *Si Princeps exequi mandet primā iussionem, absque dubio faciēdū.*
14 *Plures sunt causæ differendæ executionis mandat. Regij.*
15 *Etiam executor habet aliqualē cognitionem.*
16 *In causa præcisa mandata exequēda sunt.*
17 *Princeps non excusatur, si iniusta iubeat.*

DE VERBO, SERVIRE.

1 SERVIRE Regi, id est agnoscere & obedire, videtur intelligere, glo.4. per tex. ibi in l.16.tit.13. part.2. id est, quæ Rex iubet facere, venire, scilicèt, ad Regem vocantem, ire ad Curiā, vel extra Curiam, & alia id generis, vel aliàs potest dici, Regem & Regnum
2 custodire, defendere, & liberare Reginam, & filios, & cætera quæ Regalia sunt, siue ad Regem, vt Regem, siue vt Petrum spectantia, docet l.6.tit.4.par.3. refert Auiles in cap.1.præt.glo. verb.seruicio. Ad hoc autē quilibet tenetur, & de hoc sunt integri tituli.2.par. & l.4.tit.15. lib.2. Ordin. & aliæ quam plurimæ in iuris corpore sparsæ; sed licèt id ita videatur, tamen specialiter ad id tenentur, qui beneficia à Rege habuerunt, ij autem specialissimè, quibus à Rege hæc cura demandatur, vt videre

dere est in præsenti. Et præter
3 illud generale, vel vt melius dicam, declarando specialiter, iubetur ordinatio.78. huius Cancellariæ, & cæterarum harum partium, quæ est 1. sub titul. de fiscali, vt fiscalis curam habeat, vt mandata Regia ad vnguem obseruentur, præcipuè quæ in fauorem Indorum, & ad eorũ conseruationem, bonum regimen, & vitam politicam diriguntur: & quoad Indos attinet, nulli non patet, quam conueniens, & rationi consonum sit, omnem illis vtilitatem parare & quęrere: sed nescio, quo huius generis malo plura ad ipsorũ bona tendentia, vel respuũtur, vel ex aduerso eis cedunt: nec fiscalium cura sat est, cui malo, ni Deus medicinam præstet, plura incommoda, quæ ex huius gentis diminutione sperari
4 possunt, euenient. Sed & cætera Regis mandata custodiri debent, & fiscalis id curare, Regia enim mandata debēt ad vnguē obseruari, authen. de mandat. Princip. in princi. ibi: Nil ex his audeant preterire: debemus enim Regi subiecti esse, ex autoritate Pauli, relati in cap. omnis anima. de censib. cap. solitæ. de maior. & obedien. cap. Cōstātinopolitana. 22. dist. in fin. Nō enim obediens præcepto Principis, etiā secularis, peccat
5 mortaliter. Bar. in l. is cui. in fin. de verbor. & in l. si quis pro eo. & in l. cum lex. de fideiussor. Feli. in cap. nam concupiscentiam. de constitu. & innumeri relati ab Henrico Bot. de synod. Episcop. 16. concl. nu. 255. Chassa. in catal. 5. par. consi. 24. spec. 173. aliàs nō obediens sibi, iudicium acquirit. c. Imperatores. 11. q. 1. Anton. de Rosel. de conci. §. 30. nu. 6. Et quoad forum ciuile e-
6 tiam sunt magnę pœnæ statutæ contra non seruantes pręcepta regia, inter quas est etiam vltimum suppliciũ confiscationis bonorum, & priuationis dignitatis. l. 1. in fi. C. de offic. præf. Afri. §. iubemus ergo. capit. 2. de maior. & obed & refert Paris de Pute. de synd. §. quia sæpè. nu. 1. & ita præceptum Principis inducit iustum, præsertim si fiat cum comminatione, docet Paris. cons. 2. nu. 30. & 31. 4. par. Sed ne hoc sine scrupulo
7 sit, sunt qui putent, non omnia regis mandata seruanda: in tantum enim seruari debēt, in quātum iuri & æquitati nitantur, tenet Anto. de Rosel. de concil. §. sed ex prædictis. num. 76. & ex S. Thom. & alijs refert Auiles in procem. cap. prætor. verb. acordado. nu. 15. & latius idem in cap. 1. pretor. ver. mandamientos. per tot. Roderic. Suar. in l. post rem. vers. est & alius casus, si Rex. notab. 9. licèt ibi contrarium videatur sentire: nec hæc opinio, de qua in hoc nu. 7. est ita nuda, quin pro ea plurimæ

sunt

sunt leges.l.2.§.si quis à Principe.D.ne quid in loco public. l.si testamentum.10.C.de testam. in l.ex facto.de vulg. ibi:
8 Etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis. In qua quæstione illud pro resolutione tenendum est, in primis enim plusquam notum est, nil contra Religionem faciendũ, etiam ex præcepto Principis: Bald.in authen.habita.nota.5. C.ne fil.pro patr.glo.3.l.25.ti. 13.par.2.Nec hoc apud nos disputatione indiget, aut probatione apud nos, qui Christianissimo & Catholicæ Religionis obseruantissimo Regi subiecti sumus, qui sicut & prædecessores, & præcipuè Secũdus Philippus eius pater nihil contra fidem statuit, nec statuerunt, sed quæ eius prædicationem, propagationem, conseruationeq́, respiciant, in alijs autem, quæ
9 extra religionẽ à Principe mãdantur, instar sacrilegij est, de potestate Principis disputare.l. disputare.C.de crimin.sacrile. authen.vt iudices sine quo,suffragio §.eos autem.cap.nemini.30.17.q.4. & licèt Princeps, qui est lex animata, Chass. in catal.consi.24.spe.182.dicitur authen.de Consul.in fin. debeat iure regi: ipsa enim iura cupiunt, vt iure regantur, & ita etiam Princeps, in l. digna vox: C.de legib.l.Cæsar.de Public. & vectigali. & ideo rationem reddere teneantur: tamen quo ad nos habet pro se præsumptionem, Abb.in cap. nisi specialis.nu.6.de offic.deleg. Auiles supra relatus, cap.1.præt.verb. seruicio.num.5.licèt contrariũ velint aliqui relati à Pinel.1.p.
10 rubric.C.de rescind.vendit.c.1. 2.nu.7.& faciũt quæ supra dixi,glo.4.num.4.& glo.13.nu.6. Sed Abbatis opinio magis iuri consona est, nam vt alias dicitur de Summo Pontifice, huiusmodi dignitas vel facit, vel præsumit sanctũ.cap. non nos. 40.dist.Chassanæ.in catal.glo. mũ.5.par.consi.22.in fi.Quin & pro iudice eadem est præsumptio, nam res iudicata pro veritate habetur.l.res indicata. 208.de regul. iur. præcipuè in Principe, qui maximo cum cõsilio omnia facere præsumitur
11 vt videbis infra glo.48.& supra numer. 10.Sed quia aliquando importunitate petentium, vel alia causa forsan non concedenda mandantur.l.1.versi.quoniã plerumque.C.de petitio. bon. subla.lib.10.quam ad pulchrũ casum inducit Palac.Rub.in repet.rub.de donat.§.81.in prin. cap.si aliquando.de senten.excommun.cap.ñc in iuuentute. de purgatio.canonic.cap.final. & ibi glo.de rescrip.lib.6. tunc si ita videatur mandatario, supersedendum est, Chassanę. in catal.glor.mund.5.par.consi.5 vers.ex quibus.fo.107.& supra

relati

relati.l.1 2.3.& 10.tit.14.libr.4. Recop.l.11.tit.4.lib.2. Recop. Hoc autem non tam ex defe ctu potestatis Principis, sed ex præsumpto voluntatis defectu, vt in iuribus supra allegatis, docet laté Alcia.reg.3.præsumpt. 11.Chassan.in catal.glor. mun. 5.par.consi.24.cas.107. fol.116. sentit Rom.consi.433. Decius consil.626. ita Princeps consu lendus est,& ad hoc latè traditur forma dict.tit.14.lib. 4.Re-

13 cop. Vnde si adhuc Princeps exequi mandet primam iussio nem,id absque dubio faciendū est,d.authen.de manda. princ. in princ,cum alijs iuribus supra num.4. adductis tenent plurimi,quos refert Couar. practic. cap.35.nu.6.Auiles in proœm. cap.prætor.nu. 23. Vantius de null.in rub.de nul.ex defe. iur. deleg. à n.54.cū 4.seqq.Mēch. de succesion.creation.lib.1. §. 3.numer.13.à septimo effectu quin si expresè mandetur exe cutio statim fieri,obediendum est,ex supra dictis, & refert Ro der.Suar.supra relatus in l.post rem iudicatam.notab.9.versic. est & alius casus, si Rex. supra

15 glo,18,priuil.21. Casus autem, in quibus supersedendum est, nec literæ Regiæ statim exequendæ,referuntur.d. tit.14.li. 4.Recop.& notari possunt, si præsumitur falsitas, vt refert Vanti.d.num.54.tit.de nullit. ex defect.iurisd.deleg.Item,si mandatum præsumitur proces sisse calore iracundiæ,l. si vendi cari.C.de pœn.cap. si quando.

16 de rescrip.cap.cum apud Thessalonicam.11.q.3.Chassa.in catal.5.par.consid. 24. special.96. Item,cùm quis iubetur recipi ad officium,in quo prius deliquit,auth.de manda. princip. §.deinde.Item,si aliquid iubea tur contra iustitiam,vt in iuribus supra allegatis, & docet Chassan.in catal.glor. mundi, consider.24. casu.103.fo.115.& Mencha.supra relatus.Et ideò semper is, ad quem mandatū dirigitur,habet aliqualem cognitionē causæ,saltem an preces veritate nitantur.l. & si nō cognitio.C.de precib.Imperat. offeren.cap.2.de rescr. cū alijs. Et his omnibus adeendum est, nam licêt mandatum debeat exequi,vt supra diximus,quia in casu necesitatis præsumitur Princeps dispensare.l. quidam consulebant.57. de re iu. & refert Vanti. supra relatus d.nu.54. Omnia enim iura in scrinio pectoris sui censetur ha bere.l.omnium.C. de testam. ca.1.de cōst.lib.6.docet Castal. de Boncomp.de synd.nu.37.ta men Princeps non excusatur, qui de eo rationē tenetur redde re,Nauar.in c.inter verba.11.q. 3.corol.53. pluribus enim casi bus & Principes delinquunt, quos congerit Paris de Put. de synd.c.1.cū seqq.

GLO.

Glos. XX.

T. Patrimonio Reali.

1 *Patrimonium quid sit, & vnde dicatur.*
2 *Patrimonium sumitur pro quibus vis bonis.*
3 *Debita non comprehenduntur nomine patrimonij.*
4 *Serui non dicuntur habere patrimonium, sed peculium.*
5 *Regis patrimonium, quotuplex sit.*
6 *Quo ad nostrum tractatum non est differentia patrimonij Regis.*
7 *Quae hinc pertineant ad Regium patrimonium.*
8 *Causae criminales, etiam fiscales dicuntur.*
9 *Iura fiscalia, vectigalium appellatione continentur, & infra n. 22.*

De his, quae de Regis patrimonio sunt, vel ei bursale commodum afferant.

INITIVM.

De verbo, Patrimonium.

HÆC glossa omnium latissimam materiam complectens, omnium amplissima est, quia dimidium operis consumit, nec id ab re videbitur, cum
1 id nostrum sit institutum, vt
Regis patrimonium defendamus, & ideo ratione commodioris expeditionis patraphis distinguemus, licet, vt glossarum ordinem sequamur, & principio ad finem vsque glossę ijdem numeri prosequentur. Ad rem igitur deueniendo, patrimonium propriè dicitur, quod liberi ex paterna hereditate accipiunt; dicitur enim patrimonium à patre: & ita Cicero in oratione pro Posthumo inquit: Qui vero duo lauta & copiosa patrimonia accepisset, remq; praeterea bonis & honestis rationibus auxisset: duo patrimonia Posthumus acceperat, alterum à naturali, alterum ab adoptiuo patre: idem Cicero pro Domo sua: Liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostrae memoriae relinquemus. Affert & alia loca Calepinus, verb. patri-
2 monium. Sed communi loquendi vsu, bona, siue á patre relicta siue alio modo aduenientia, co nomine censentur. l. bona. de bonor. possess. Bonorum possessio (inquit text.) est ius prosequendi, retinendiq; patrimonij. l. cogi. in princ. ad Trebel. Cardin. Paris. in rub. sol. matri. num. 223. & Iuuenalis:

Non propter vitam faciunt patrimonia quidem,
Sed vitio caeci propter patrimonia viuunt.

Idem probat l. si quis stipulat. 112 in fin. de verbor. oblig. ibi: Plerumq; idonei, non tam patrimonio, quam fide existimantur, & ita pro partis & quæsitis bonis vsurpatur, l. cogi. §. Titi. ad Trebel. l. 1. de vsufruct. earũ rerum, quæ. & l. 1. §. item solẽt, de offi. præfect. vrb. l. denique. 3. §. sed verum. de minor. l. sed etsi. §. 1. de petitione hæredit. & ita hæreditas dicitur patrimonium, l. quantitas. 72. ad legem Falc. Et dos vxoris eius patrimonium dicitur. d. l. deniq; 3. §. sed verum. in fin. de mino. & generaliter pro omnibus bonis apud Hispanos sumi, scimus omnes, & ita esse apud nos & apud Gallos testatur Matiẽ. in l. 7. ti. 11. lib. 5. Rec. gl. 1. n. 51.

3 Hoc autẽ intelligi dbet, cũ quis apud se habet, non cũ adhuc in manibus debitorũ est: differũt namque realiter inter se, quid deberi, & in patrimonio esse. l. cũ pupillus. 9. D. rem pupil. sal. fo. qua ratione sæpe dixi in hoc regno, vix vllũ diuitem inueniri, cũ plerumque nil nisi nomina debitorũ habeat. Prætereà,

4 & intellige in libero homine: seruus namque peculiũ habere dicitur, non patrimoniũ. l. si ex duobus. 33. in fi. prin. l. 48. in. fi. de pecul. ibi: Quia quasi patrimoniũ liberi hominis, peculiũ

5 serui intelligitur. Patrimoniũ igitur Principis multipliciter consideratur, nã triplex esse patrimoniũ, docet glo. 4. l. 1. ti. 17. p. 2. & gl. 2. l. fi. ti. 19. p. 6. distinguit enim iura introitus, & exitus cameræ fiscalis, itẽ & ea, quę sunt in perpetuo Regis patrimonio, præterea & illud, quod Princeps habet, tanquã Titius. Pirrh. autẽ de magist. Rom. a. p. n. 13. duplex patrimoniũ solũmodo cõsiderauit, alterũ, quod ad Principẽ, tanquã talem: alterũ, quod ad ipsum, tanquã priuatũ spectat, idque ex duplici officio, comitis scilicèt rerũ priuatarũ & procuratoris Cæsaris deducebat: sed id non multum probat, cũ & duos Comites rerum priuatarũ ex Ias. referat Pirrhus vbi proximè. Confirmabitur ex eo, quod omne Regis patrimoniũ ad eũ, siue tanquã ad Regem, siue tanquã ad Phi-

6 lippũ spectat, quoad nrũ institutum, cũ de fiscalis officio sermo est, nulla est differentia, dummodo ad regem spectet, vnde originem trahat illud ius: quod libet enim & fiscalis defendere tenetur, & ad officiales Reales, ita enim eos vocamus, receptio & custodia bonorum spectat vt latius dixi, & iuribus cõprobaui supra gl. 9. à n. 4. Et similitudo in omnib' inuenitur, nã fundi patrimoniales omnes qui ad principẽ spectãt, vocãtur in tit. C. de fund. patri. lib. 10. itẽ & etiam diuersitas, nã in diuersis stationibus compensatio non datur, vt l. 1. C. de compens.

compensa. Et ita superflua est huiusmodi disputatio, & quæ-ná res de regalibus, & fisci patrimonio sunt, enumerantur.l inter.§.vectigalia.& ibi Alci. & Cœp.& verború significa. l.1.C.de iu.fisc.c.1.quę sunt re. in vsib.feud.l.11.tit.28.p.3.Bal. in rub.C.de priu.fis.nu.1.& 2. Pitth.de magistr.Roma.2.par. nu.2.remissiuè Cepha.consil. 154.nú.5.Chas.in cat.glo.mú. 5.p.con.24.vbi plura nomina cumulat. Item qualiter res dicatur fiscalis, idem in consuet. Burgund.rub.2.des confiscacions.n.15.comulat etiá plura nomina Otal.de nobil.1.p.c.2. per tot.& videndus Suar.alle. 17.& est l.1.Bald.in d.c.1.vlti. col.quę sint reg.D.Per.in l.8. tit.1.lib.6.Ordi.glo.las fuentes.Pereg.lib.1.tit.1.n.8.& 28. Et cum fisci commoda in pecuniarijs cósistant, docet Peregri.vbi suprà, appellatione fiscaliú, etiam causæ criminales continentur, docet Luc.de Pe. in l.omnes.C.de delator.libr. 10.Pereg.lib.1.tit.2.num.1.& supra glo.17.n.53. Omnia autè iura fiscalia, vno vectigaliú nomine comprehendit lexicon iuris à Pandulphio compositus, verb.vectigal. Sed vt aliqua nomina numeremus, illa sunt, ius salinarum, fluminum, viarum portuum, riparum, piscationú metallorum, thesaurorú, bonorum vacantium confiscationum, vectigaliú tributorú, collectarú pœnarú, siue multarú ex criminibus pœnarú ex contractibus, & si quæ alia iura sút, ad hæc reducuntur, quin & inter se horú aliqua confundi possent, quod facilius deducetur ex his quæ infra dicemus, & specialiter enumerabimus per tot. hanc gl. & forsan extra eá aliqua pauca dicemus, quæ suo loco notabimus.

§. PRIMVS.

Puertos.

10 *Portus, quid sit.*
11 *Mare & portus omnibus cóe est.*
12 *In publicis ius habet Princeps, & quidem cessibile.*
13 *Mare dicitur de territorio, cui magis appropinquat.*
14 *Principi ius competit in mare.*

DE PORTV.

LEx 11.tit.28.p.3. suprà alle-
10 gata, & alia iura inter rega-
lia, & primo loco portus enu-
merat. Portus autem est locus
conclusus in mari, quo impor
tátur merces, & inde exporten
tur.l.portus 59.de ver.sig. do-
cet Strac.de expos.§.vidi.n.2.
fo.mihi.223.lexicó Pádulphi,
ver.port. Sed quà ratione port.
11 ad Regè pertineat, difficultatè
habeat, præsertim l.par.vbi di-
citur, rétas de los puertos, vtili-
tas autè particularis, qualiter

Regi debeatur, non videtur, cū portus, vt dixi, & omnes scimus, in mari sit: mare autem & eius ripa omnibus commune est, l. riparū. §. de rer. diuit. § riparū. inst. eod. & est l. 1. vt in flumi. publi. nauig. lic. ibi: Quominus illi in flumine publico nauem, ratē agere, quominus per ripam onerare, aut exonerare liceat, vim fieri veto, & gl. ibi: Quod ad instar vtile interdictum, etiā dabitur de mari, ne quis prohibeatur onerare, aut exonerare in eius ripa. l. 2. §. in mari. ne quid in loc. publ. facit l. 1. C. de littor. & itiner. custod. lib. 12. ibi: Nullam concussionē sustineant naues, quæ ex portu dimittuntur. l. 4. cum tribus seqq. tit. 28. par. 3. vnde per abusum maris ius potius, quam consuetudine, aut præscriptione Principibus competere, antiqui magistri cōtra Venetos & Genuēses proclamāt. Sed nihilominus aliquod pe-
12 culiare ius Principibus in his publicis, etiam cessibile & trāsmissibile competere, inducit l. sacra. §. in prin. vers. sciendū. de rer. diuis. quam ita intelligūt, Bal. & Cyn. & per eundē tex. Bald. in rubr. de rerum diuis. nu. 11. Principem posse concedere flumina, facit l. cōtinuus. §. cum quis. & ibi glo. de verb. oblig. l. sed Celsus. de cont. emptio. l. 2. §. si quis à Principe. ne quid in loc. pub. Bar. in d. l.

cod. late Suar. 1. cons. ex duo-
13 bus ab eo cōpositis de vsu maris, pro qua parte facit: nā mare dicitur de illius territorio, cui magis appropinquat. gl. in cap. vbi periculū. §. porro. ver. territorio. de elect. lib. 6. quam Canonistæ sequuntur, Bald. in c. 1. 2. col. qui. mod. feu. amit. & aliàs Petr. Gerar. sing. 1. 5. & alij plures relati à Roder. Suar. vbi supra, quæ est aliàs allegatio 17. nu. 1. & ita iure optimo aliquod vectigal, vt ita loquar, Princeps in mari, sicut & in terra potest imponere, & docet Chas. in cat. glo. mund. 5. part. cons. 24. spec. 3. 4. & 5. Sed licèt
14 nullum ius in mari haberet, adhuc exactionē posset facere, & iustè, cū ad Principē littorū & itinerum custodia pertineat, & etiam, vt notū sit, quæ merces vehuntur, an nè ex prohibitis sint vt in l. vnic. C. de littor. & itiner. cust. lib. 12. & vt manifestatio fiat iure exercetur iurisdictio, ea quæ Latinè dicitur professio. l. professio. de public. & vect. & apud nos dicitur registo, & nisi fiat, merces publicantur, & incidunt in cōmissum, de quo nos infra tractabimus hac gl. §. 3. præcipue n. 56. & 63.

§. SECVNDVS.

Portoriū dicitur merces vectura.
15
Portorium est, quod Principi debe-
16
tur pro mercibus portandis.

Porto-

17 *Portorium, vectigal est.*
18 *Portorium soluitur etiã extra mare, & de puertos secos.*
19 *Et conuenit portorium maris aut terræ.*
20 *Differt etiam & in quantitate, & in loco vbi soluitur.*
21 *Regulariter debetur portoriũm terræ pro animalibus salmus portantibus.*

DE PORTORIO.

15 SEcundo loco lex nostra Partitæ refert portazgos, Latinè portoriũ. & quoad legẽ Partitę id non recipit dubitationẽ licet Calepinus in suo dictionario verbũ, portoriũ, intelligat de mercede, quæ domino nauis soluitur pro eius onere. Sed verius est, portoriũ esse
16 vectigal, siue ius vectigalis, qđ debetur pro mercibus portandis, vt prædicta iura innuunt, quẽadmodum & vectigal pro personis soluitur, vt meminit l. si quis pro vxore. 22. de don. int vir. & vxo. Et licet verbũ, vectigal, varias habeat significationes, tamẽ verbũ, portazgo, siue, portoriũ, quod & pedagiũ dici potest, est pars, siue functio, quę debetur pro rebus quæ de vna ciuitate in aliã portantur: docet Franc. Luc. de fis. 4. p. n. 2. & Bertachi. in tract. de gabe. in præl. n. 2. & quẽadmodũ præstationes præstãtur in mari, vt vidimus supra §. proximo, ita & etiã extra mare sol-
18 uitur pensio, docet Bertachin. vbi proxime. 1. p. n. 19. Bal. in l. 3. C. de nau. fœ. & sunt plures ex numeratis per Otal. de nob. 1. p. c. 2. ad similitudinẽque & portus appellantur oppida, in quibus huiusmodi pẽsio soluitur, vt videre est in quãpluribus legibus huius regni, præcipuè in l. 9 tit. 27. lib. 9. rec. & cõmunis vsus loquẽdi accepit, vt vocentur puertos secos, aliqui horũ locorũ, qui regna n̄ro potentissimo Regi subiecta diuidũt, multifariẽq. huiusmodi vectigalia appellantur, vt in toto ti. 27. lib. 9. reco. pręcipue l. 15. & congerit Otal. d. tract. de nob.
19 d. c. 3. 1. p. Et cõmunio horũ iuriũ, quę mari aut terra capiuntur, etiã in d. l. 15. cõprobatur, eorũ autẽ, quẽadmodum & spe
20 cierum, ita & locorũ, vbi debẽtur, & quantitatũ debiti maxima est differẽtia, vt videre est l. 9. rec. & in ordinationib⁹, & in structionibus datis regiæ pecuniæ susceptoribus, vulgo officiales Reales, quę differentia & de iure cõmuni poterat inueniri, vt colligitur ex Bertach. in prælu. & probat c. super qui
21 busdã. §. præterea. de ver. sign. Illud autẽ certũ est, huiusmodi portoria, quæ non in mari, sed in terra debentur, tunc solui, cùm quid causa negotiationis portatur, glo. in d. cap. super quibusdam. verb. pedagia, & infra latius dicetur a nũ. 76. & in pluribus Hispaniæ oppidis,

& locis obseruari solū hæc juxta solui pro animalibus salmas portantibus, quod in idē incidit: quod generale est, nisi cum de regno in regnum Regi nostro subiectum iter fit, vt cū è Castellæ regno in regnū Nauarræ, siue Aragoniæ trāsimus, tūc enim & etiā pro animalibus sellas portantibus, siue ad itinerātiū vsum deputatis aliquid soluitur: est autē non quarta pars rerū, quæ portantur, vt docet Bald. in l. si cū pecuniā. n. 3. C. de priuil. fis. sed longe minor, & vix considerabilis: & variæ huius vectigalis species vix numerari, aut congeri possunt, prætérquā quod eius cōgestio vix vtilitatē aliquam afferet, & ex varijs priuilegijs, legibus, & cōstitutionibus elici poterūt.

§. TERTIVS.

Puertos y Portazgos.

22 *Vectigalis appellatione portus & portatium continetur.*

23 *Duæ maximæ vtilitates proueniunt ex vectigali.*

24 *Pro portorio quid debeat solui.*

25 *Quis primus vectigal induxerit.*

26 *Est ius maximi imperij.*

27 *Superior sine iusta causa imponēs peccat.*

Inferior non potest vectigal imponere.

28 *Vectigalium iura non possunt præscribi.*

29 *Vectigalia saltem tempore immemoriali præscribuntur.*

Et confirmatur argumentis numeris seqq.

30 *Quæ priuilegio, possunt & præscriptione acquiri.*

31 *Fiscus & Ecclesia æquiparantur.*

Contra Ecclesiā currit præscriptio.

32 *Longissima præscriptio non censetur exclusa.*

Præscriptio triginta annorum purgat omne vitium.

33 *Argumentum sumitur ex c. super quibusdam. de verb. sig.*

34 *Consensus Principis validus est ad priuilegium.*

Qualiter immunitas præscribatur remisiuè.

35 *Vectigal fisci secundū aliquos præscribi non potest, & cōfirmatur numeris seqq.*

36 *Cum lex resistit præscriptioni, non sufficit bona fides.*

37 *Data incapacitate, præscriptio nō procedit.*

38 *Occupans regalia iura, bona amittit.*

39 *Titulus requiritur in fiscalibus.*

40 *Iuribus eadem pars cōprobatur.*

41 *Succinctè secundæ partis argumentis respondetur.*

42 *Vectigalia de iure regni non præscribuntur.*

Idem iure cōmuni confirmatur.

43 *Argumentis respondetur numeris sequentibus.*

44 *In præscriptione vectigalium non potest esse bona fides.*

45 *Etiam in immemoriali præscriptione desideratur bona fides.*

Responsio

46 Responsio ad secundũ argumentũ.
47 Finitua actione personali, realis per manet.
48 Caput, super quibusdam. de verbor. sig. explicatur.
49 Vectigalia, quæ fiscus possidet, nõ prescribuntur.
50 Aduersus populum tempore immemoriali præscribuntur.
51 Cõtra priuatum possidentẽ cõmuni tẽpore hæc iura præscribũtur.
52 Dos restituta, non dicitur dos.
53 Res fiscalis vendita non gaudet immunitate.
54 Fraudans gabellam priuato debitam, non tenetur.
55 Gabella non nisi per Principẽ imponitur, alias verò peccat.
56 Vectigal Principi debitum non potest fraudari, & numeris seqq.
Et iure diuino confirmatur.
57 Iure naturali vectigal debetur regi
Quæ onera Princeps ferat.
58 Vectigal Regium fraudans tenetur in foro conscientiæ, & peccat m.
59 Tria requiruntur, vt vectigalia petantur. (possunt.
60 Non iusta vectigalia fraudari
61 Vectigal impositũ ab inferiori principis, sine dubio fraudari potest.
62 Donationis causa vectigal impo-ni non potest.
63 Pro distribuente præsumptio est.
64 Clericus negotiator corã seculari conuenitur pro vectigali.
65 Res cadens in commissum, statim fisci fit.
66 Pœna commissi cum re, ad successorem transit, si pereat, fisco perit.
67 Res ante sententiã nõ pertinet fisco.
68 Commissum est idem, quod delictũ, & vt sit fisci, requirit factũ.
69 Ob vectigal non solutũ, quadrupli pœna est in regno.
70 Ex non professione, vulgo, falta de registro, res cadit in cõmissũ, & amplia, & limita nu. seqq.
71 In foro conscientiæ tenetur quis ad vectigal non solutũ, nõ ad pœnã.
72 Delictũ quomodo probetur.
73 Pœna comissi & forenses, & ignorãtes tenẽtur, secus pœna personali.
74 Potestas non potest permittere, vt res prohibita feratur.
75 Ex capite pœnitẽtiæ non liberatur à pœna commissi.
76 Res, quas quis portat pro vsu suo, non amittuntur.
Et quæ dicantur pro vsu suo.
77 Prohibitio non extenditur de similibus ad similia. (illicitis.
78 Licitæ merces non amittuntur cum
79 Deuians malo animo punitur, ac si non fuisset professus.
80 Forẽsis prohibẽtur ad has Indorũ partes venire, vel in eis negotiari
81 Gabellarius potest apothecas aperire & videre.

DE VECTIGALI.

1 Licet §. proximo & superiori hæc duo verba, vt diuersa fuerint pòsita, in aliquibus cõueniunt, præcipue Latino verbo, vectigal, quod cõmune vtriq; est, & ideo in §. hoc, de verbo, vectigal, noster futurus est sermo, qđ cõmune est omnib' iurib', ex quib' fisco solutio fit: refert Calepin. in suo diction.

 quod

quod augeri potest ex l. si fi-
nita.§.si de vectigalibus. de dā
no infect. Ibi enim fundi tribu
tarij vectigales dicūtur, ac prop
tereà & tributum vectigal pos
set appellari, cùm aliàs tantùm
differant. gl. ver. pendant. in l.
1.§.hic titulus. de pub. & vecti.
tam lata est huius verbi signifi
catio, & nimis frequens in di-
cta significatione, & ideò ni-
mis attendenda, argum. l. lega
23 ui. 26. de libe. legat. Præterquā
quod maximi momenti est, ve
ctigalium namque non parua
functio est. l. omniū. 6.§. si quis.
de vectigal. & glo. ibi interpre
tatur, non parua functio, id est
valdè vtilis, quia vtilitas maxi-
ma Reipublicæ inde prouenit,
vt latè tradidi supra glo. 9. à n.
14. & præter pecuniariam vti-
litatem, de qua ibi, prouenit e-
tiam maxima ex professione
portandarum mercium, ne sci
licét res prohibitæ, vel ad pro-
hibitum locum deferantur. l.
vsurpationem. 9. C. de vectig.
Vectigal igitur sumptum, vt
24 diximus, pro portorio, seu pe-
dagio, apud nos, puerto, o por
tazgo, est octaua pars eius
quod vehitur, fisco soluenda,
ita ex l. vniuersi. l. à legatis. &
l. ex præstatione. C. de vectig.
& communiter deducūt d. gl.
& DD. in d. l. 1.§. hic titulus, de
publica. glo. 1. in l. cum qui ve
ctigal. de verb. signifi. Salicet.
in l. vectigalia. C. de publican.
Azo in sum. C. eod. Bertachi.
in tract. de gabel. in prel. nu. 2.
Et hoc ius vectigalis primus in
25 duxit Caius Caligula, seu au-
xit, vt ex Suetonio tradit Ber-
tachin. vbi supra: sed siue ipse,
seu alius hoc ius induxerit, id
certum est, ius vectigalium ma
ximi imperij esse, vt non obs-
curè innuit d. l. parti. adducta
supra nu. 7. l. deprecatio. ad le-
gem Rhod. de iactu. l. cum qui
26 vectigal. l. inter publica. §. fin.
de verbor. signifi. Salic. in l. ve
ctigalia. C. noua vectigalia in-
stitui non pos. num. 2. Azo, &
cæteri relati à Bertachin. de ga
bel. 1. par. in prin. & nu. 13. Pe-
trus de Vvald. de collect. nu. 3.
Et ita solùm Regem, nec sine
magna causa posse facere, aliás
peccare mortaliter, refert Lau
den. de fisc. quest. 37. 6. to. car.
2. & ita inferiorem, qui, scilicèt
27 superiorem recognoscit, non
posse vectigalia imponere, pro
bat expressa l. vectigalia. 10. de
public. & vect. & communem
dicit Curti. Iun. cons. 24. nu. 1.
relatus à Bellon. inter singula.
lib. 19. pag. mihi 240. commu.
opin. tom. 1. & infra num. 55.
Quin nec huiusmodi iura à
28 quolibet præscribi posse, ex l.
2. C. de fund. limit. fisc. lib. 12.
probat latê Igneus in §. non a-
liàs. l. necessarios. ad Syllania. à
num. 988 cum plurib. seqq. &
infra nu. 34. Verùm, pro con-
29 traria parte, huiusmodi scilicèt

iura præscribi posse, videtur l.omnibus. D.de diu.& temp. præscr.l.omnes.C.de præscri. trigint.annor.tradit Ludouic. Montalu. de reprob. sentent. Pilat.artic.3.nume.11.quod & fieri posse, saltem tempore immemoriali, probatur sequentibus fundamentis. Primò, nam
30 quidquid priuilegio acquiri potest, id etiã longi tẽporis præscriptione potest acquiri: æquiparantur namque præscriptio, & priuilegium. l. hoc iure.§. ductus aquæ.de aqua quotidi. & æstiu.ibi: Vetustas enim vice legis est.l.1.C.de seruituti. & aqu. At nemini venit in dubiũ, iura hæc Regalia posse Regali priuilegio acquiri.l.1.ibi, Cęsaris consensu.de offic.Procura. Cæsar. & alijs infra adducendis num.39. Ergò præscriptione, saltem immemoriali huiusmodi iura acquiri poterunt.
31 Secundò, & pro eadem parte facit tale fundamentum, fiscus & Ecclesia pari passu ambulãt. l.fin. C. de sacrosanct.eccles. authent.de non alien. aut permutan.§.finimus.iuncta glos. cap.quid ergò.23.q.4.& ibi gl. in cap.auditis.vbi notat Panormita.de in integr. restitution. Euerar.in centur.lega.cap.26. Tiraq.de priuil.piæ causæ.per tot. & vidilli supra glo.16.vers. pedis.special.56.& 58. At contra Ecclesiam Romanam currit centennalis præscriptio, authen.quas actiones.C. de sacr. Eccles. Ergo & contra fiscum huiusmodi præscriptio procedet.
32 Tertiò, & pro hac parte facit, nam si à lege omnis præscriptio excludatur, tamen longissima non censetur exclusa.l.fi. C.de fund.limitrophis.lib.11. Boer.decis.39.num.11. & 12. Qui n longissimi temporis præscriptio, triginta scilicet, vel quadraginta annorum malæ fidei vitium, etiam furti & violentiæ crimen purgat, si credẽdum est Boer.decis.42.nu. 38. Ergò præscriptio centennaria etiam in huiusmodi iuribus exclusa non debet censeri.
33 Quartò, pro eadem parte facit text. expressus in cap.super quibusdam.de verbor.signific.
34 Quintò, consensus Principis, titulus validus est ad priuilegium.d.l. 1.de offic.procurator. Cæsaris. At in præscriptione consensus est eius contra quem præscribitur: vix enim est, vt no patiatur alienari, qui patitur vsucapi.l.alienationis verbum.28. de verbor.signific. & videntur tenere aliqui relati à Menchaca. quæstion.illustr.lib.2.cap.73. à num.11. Ergo ex tali consensu ficto præscriptio proueniẽs iure optimo procedet, & ex aliquibus ex his fundamentis tenet Bertachin.vbi supra num. 26. Et ita qualiter præscribantur hæc immunitatis iura, vel, vt melius dicam, immunitas

ipsa docet, Mascard. 2. tom. de proba. concl. 883.

Verùm contrariam partem, id est, huiusmodi iura nequa-
35 quam præscribi posse, tenent Cephal. consil. 54. num. 5. lib. 2. vbi præscriptionem in successorum præiudicium non procedere, affirmat & tenet Didac. Perez in l. 6. tit. 13. lib. 3. ordin. verb. los pechos y tributos. & Igne. relatus supra hac glo. & §. num. 26. vbi tenet, vectigal, quod fisci est, nequaquam præscribi posse: quæ singularis limitatio est ad id quod habetur in cap. super quibusdam. §. præterea. de verbor. signif. & per Petr. de Raben. singul. 349. & Igne. in d. §. non aliàs. nu. 62. & Bertachin. de gabell. d. 1. p. nu. 26. & pro hac parte sequentia possunt considerari fundamenta.

36 Primum, nam huiusmodi centennaria præscriptio vicem tituli & constituti est. d. §. ductus aquæ. l. 1. C. de aqua quot. & æstiu. & licet titulus inducat bonam fidem. l. fin. C. de præscriptio. at, quoties lex prohibet vsucapionē, bona fides præscribenti nihil prodest, vt habet iuris regula, & l. vniuersas. C. ne rei dominic. Ergo huiusmodi titulus, nec quicquid ex eo sequitur, ius aliquod potest tribuere.

Secundum argumentum
37 ita formatur, nam huiusmodi vectigalium iura sunt de regalibus, vt ex lege Partitæ, & cæteris iuribus relatis supra in principio huius glo. num. 7. & seqq. At data incapacitate, etiā centennaria præscriptio non procedit, vt docet Boer. decis. 32. num. 6. cum seqq. ergo huiusmodi iura per particularem præscribi non possunt.

38 Tertium ex eo deducitur, nam per l. 2. & totum tit. 8. lib. 9. Recopil. maximum delictū committit, qui iura Regalia occupat: at lex delictum abhorret. l. meminerint. C. vnde vi. ergo talis legali auxilio præscriptionis frui non debet: & augetur difficultas ex eo, nam in dictis legibus, qui Regalia occupat, punitur amissione bonorum, vt ibi, & cùm iura bonorum appellatione contineantur. l. bonorum. 49. de verbor. signification. consequens est necessarium, eorum acquisitionem & præscriptionē nequaquam posse subsistere, ne videatur lex in suis actibus contraria, quin in eodem met actu, qualiter enim poterit quis ius aliquod de nouo acquirere, ipsumque & cætera bona antea acquisita simul & semel amittere.

39 Quarto facit, nam titulus necessarius est in hisce rebus fiscalibus. d. l. 1. de offi. procu. Cæsar. prosequitur late Gutie. lib. 1. pract. q. 86. n. 6. pag. 161.

Titulus autem nullus dari potest, vt videbimus infra glo. 34. §. 1 num. 8. & §. 4. nu. 106. Ergo à fortiori sine titulo huiusmodi acquisitio nequaquam fiet.

40 Quinto & vltimo pro eadem parte facit l. fi. C. de fund. patr. lib. 11. l. 2. & fin. C. de fund. limitrophis. & apud nos l. 1. tit. 1. lib. 4. recop. vbi huiusmodi iura præscribi prohibentur, & sunt alia plura: ergo supra prior dicta pars sustineri nequit.

41 Et licet forsan sane responderi posset fundamentis huius partis, quin remota legis nostri regni autoritate quamlibet ex dictis opinionem in stricta dispucatione auderem defendere, cum ad primum huius secundæ partis fundamentum responderi posset ex tertio contrariæ partis, eodemque modo tertio & quarto; Ad secundum autem nullam dari intractatum, cum privilegio & præscriptione hæc iura acquirantur, vt in eius super quibusdam, & in quarto primæ opinionis fundamento; tamen apud nos saltem, quin & absolute hæc secunda opinio tenenda est, quæ pluribus fundamentis confirmatur.

42 Apud nos sine vlla difficultate hæc opinio procedit, ex pressa l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopi. vbi postquam iurisdictionem ordinariam tempore immemoriali posse præscribi respondit textus, excepta maioria Regibus competente, quod his verbis exprimit. Pero la juridició ciuil, o criminal suprema, que los Reyes han por mayoria, o poderio Real, que es de la fazer e cumplir, donde los otros señores y juezes la menguaren, declaramos, que esta no se pue de ganar ni prescriuir por el dicho tiempo, ni por otro alguno: & subijcit statim: Y assimismo lo que las leyes dizen, que las cosas del Reyno no se pueden ganar por tiempo, se entiēda de los pechos y tributos a nos deuidos. Ecce textum apertè probantem, huiusmodi iura immemoriali præscriptione acquiri non posse. 44

43 Quin & remota etiam dictæ legis autoritate, idem defendi potest ex §. res. instit. de vsucap. & l. quamuis. 18. D. de vsucapio. quæ addi potest iuribus quarti argumenti: & pluribus rationibus hanc partē probant Lucas de Pen. in l. viros. 8 C. de diuersis offi. lib. 12. & Ignetus in d. §. non alias. l. necessarios. ad Syl. nu. 988. Nec hoc solum inuenitur in his regalibus, nam & alia sunt omnino non præscriptibilia, etiam si bona fides, vel titulus adsit, vt videre est in libero homine. l. fi. 45 C. de præscrip. lon. temp. quæ pro lib. in re furtiua. l. scies. 7. C. de vsucap. pro emptore. l. 4. 9. & 29. ti. 29. par. 3. in re sacra.

l.vsucapionem.ff.de vsucapi. & l.6.d.tit.29.par.3.& in alijs, Quin generalis regula statuitur, vt quęalienari nō possunt, non posśint præscribi, Bartol. Alex.& Ploc.& alij plurimi relati à Iulio Clar.lib.5.recepta. §.fin.q. 2.statuto.5.nu.6. Neque pro contraria parte adducta aliquatenus obstant, nō primum, verum namq; est, quæ priuilegio, eadem & præscriptione acquiri posse, vt in dicto argumento, & etiam proxime retulimus, id autem debet in-
44 telligi, suppositis terminis habilibus: cùm ergo præscriptio absque bona fide non procedat, præsertim de iure Canonico, cui in hoc standum est regula, possessor, de reg.iur.lib. 6.cap.fin, de præscrip. Bona autem fides in hoc casu non posśit dari in priuato, consequens est, præscriptionem impediri. Quod autem bona fides nō detur, probatur, nam pręter quā quod meum non est, scire debeo, modis omnibus ad alium pertinere.l.cum quærebatur, §.omnes.C.vnde vi.

In nostro casu melius procedit, nam dictæ leges ignorari non possunt, saltem præsum-
45 ptiuè, arg.l.leges sacratisśimę. C.de legib. præsertim cùm inducant ius quasi naturale, recognitionem scilicèt maioriæ & recognitionis superioris & Principis.c. in apibus.7. q.1. Hæc autem ignorantia neminem excusat.l.2. C. de in ius vocan. Cum ergo malafides adsit, pręscriptio impeditur, nam mala fides non purgaretur immemoriali præscriptione: verius enim est, etiam in præscriptione immemoriali bonam fidem desiderari, tanto enim sunt grauiora peccata, &c.c.fi. de consuet. & ita bonam fidē requiri, contra Salic.in l.2.n.8 C.de seru.& aqu.Deci.consil. 496.& alios, cū glo.in c.1.ver. nisi de præscrip.lib.6. & Affli. decis.368.n.10.Capi. & alios, concludit Couar.in reg. possessor.2.parte.§.8. nume.4.ecce ergò qualiter hæc vitiosa possesśio non procedit, nec præscriptio.

46 Non etiam obstat secundū argumentum, nam præterquā quod ęquiparatio non semper procedit in omnibus, & per omnia etiam si in hoc casu procedat, præscriptio contra Romanam Ecclesiam non procedit in ijs, quæ pertinent ad maioriam & cæteris dependentibus: cum ergo hæc vectigalia eo spectent, nil mirum, si pręscriptio, quæ aliàs procederet, impediatur: non enim ideominus dicetur procedere æquiparatio.

47 Non etiam obstat tertium fundamentum, cui satisfit ex verbis legis Regię, & ex supradictis ad primum: nec verū est, quod

quod de immemoriali præscriptione dixi, ex Boer. cum contrarium verius sit, ex Couar. vbi supra, & ex Auendaño de exequend. mand. 2. par. cap. 4. nu. 20. Nec contrarium innuit l. vnicâ ad hæc. C. de annal. except. ibi: Nec furti, nec vi bonorum raptorum: nam præterquam quod textus ibi loquitur de præscriptione triginta annorum non de immemoriali, vt in textu patet, tex. solum loquitur de personali actione, quæ illo tempore finitur, rei autem persecutio remanet adhuc: nec mirum, vt finita actione personali, realis remaneat: id enim ordinarium est, vt in tit. ne ex delictis defunctorum. & alibi sæpe.

48 Ad quartum autem argumentum de cap. super quibusdam, recte respondit Igne. vbi supra, videlicet textum ibi loqui, cum præscriptio non aduersus fisci vectigalia tendit, sed contra ciues, vel aliquam particularem dirigitur, ita vt nullum inde fisco præiudicium generetur: tunc enim præscriptio procedit, vt contra municipes l. si finita. §. si de vectigalibus. de damno infect. quæ interpretatio ad d. §. mihi magis bene audit quam tradita à Cuiac. in l. sequitur. § fin. de vsucap. Reuard. de var. vsucap. different. num. 8. & lib. sing. ad l. Scriboniam, à quibus non dissidet Connan. lib. 4. comment. cap. 12. n. 11. & seqq. Et ita cauendum est à Platea in l. 1. nu. 5. C. de bon. vacan. libr. 10. vbi generaliter præscriptionem aduersus fiscum, contra l. quamuis. 18. de vsucap. & glo. per tex. ibi in l. cum sponsus. 14. §. in vectigalibus. de publician. in rem act. permittit, præterquam in via publica, & similib. quæ in breuioribus temporibus præscriptionem admittit, quin via & cætera similia non possunt absolute dici fiscalia, vt vidimus supra glo. hac §. 1.

Vnde vt tam longa disputatio facilius comprehendatur, tres constituo conclusiones.

49 Prima conclusio sit: vectigalia, quæ à Principe exiguntur, ita fisci sunt, & fisco incorporata, vt nullo vnquam possint tempore præscribi, ex d. l. Recop. & alijs iuribus supra adductis hac glo. n. 41.

50 Secunda conclusio: Huiusmodi iura, & eorum exactio aduersus populum, vel ea soluentes possunt præscribi tanto tempore, cuius initij non sit memoria, ex adductis supra n. 36. quod & apud nos augetur, nam quoad proprietatem hæc iura impræscriptibilia sunt, etiam contra subditos: & quod magis est, hoc procedit, etiam si allegetur Principis tolerantia, vt decidit l. 2. d. tit. 15. libr. 4. Recop. Quoad possessionem autem quadraginta annis præ-

scri-

scribuntur.l.8.eodem titul. & libr.

51 Tertia conclusio. Priuatus contra priuatum potest præscribere huiusmodi iura iam priuato, acquisita eodem tempore, quo priuatorum iura acquiruntur & præscribuntur: nam licet à principio iura publica sūt mutatione personę, & naturā mutarunt, quod suaderi potest l.per procuratorem.89.de acq. hæred.ibi: quia castrensia esse,

52 mutatione personæ desierunt, quod & videmus in dote. Nā postquam restituta est, amplius non dicitur dos, nec priuilegijs gaudet.l.cum pater.79.§.dotale.de leg.2.l.etiam.de fundo dot. docet Anto.Go.in l.80 Taur. sicut nec hæreditas, aut patrimonium, Cardin.Paris.in rub.solut.matr.num.44.& nu. 70 Mutationeq enim personæ, mutatur nomen rei d.l.per procuratorem.l.1.§ si is.de collat. bonor.l.sacrilegij capite.§.fin. ad legem Iuliā peculatus. Bal. in l.tullar.nu.3.C.de iur.fis. li. 10.& in ipsis rebus fiscalibus fa-

53 ciliter possumus demonstrare, nā res fiscalis, ac propterea immunis, si priuato vendatur, immunitatem amittit, ita vt priuatus talis rei ratione ad onera teneatur.l.locatio.§.fin. de Public.& vect.& augetur ex Bertachin.de gabel.par.9.num.37

54 Vbi renet, fraudantem gabellæ iam priuato debitæ, quia ad eum pertinet aliqua ratione, ex quibus potest non teneri in foro conscientiæ, licet teneretur, si gabella ad ipsum Principem pertineret, nec esset priuato concessa. Ex quibus etiam intelliges, quam proprium Prin-

55 cipum sit vectigalis impositio, nam per alium quam Principem imponi non potest.l. deprecatio ad legem Rhod. de iactur.l.1.C.noua.vecti.imp.nō. pos.Bert.de gabel.1.par. nu.1. & 13.& supra num.2.ita vt aliter exigentes peccent mortaliter, vt docet ipse Bert.nume. fin.& alijs referendi infra à n. 49.& apud nos idem decisum extat.l.9.tit.9.lib.6.Recopila. Nec æquum est, vt prætereamus, quæ proxime num.47.retulimus, non scilicet licere gabellam Principi debitam, seu vectigal fraudare, id enim pluribus confirmari potest fundamentis: & vt à iure diuino incipiamus, nonne ea solutione subiectio demonstratur, & ita necesse est solui, ex autoritate Pauli relati in cap. omnis anima.de censib.ibi: Cui vectigal, cui tributum tributum, &c. Et extat Saluatoris nostri testimonium Matthęi 22. Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, id est nūmum & tributū, vt diuus Hieronymus docet: item & Matthæi 17.iussit Petro, vt ad mare iret, vt piscaret, & nummum inueniendum in ore piscis primó

mo capiti pro ipso Dei filio, & Petro, exactoribus tributorum offeret: & licet omnium Dominus ad solutionem tributorum non teneretur, tamen ratione vitandi scandali, quod ex generali obligatione oriri poterat, iussit solutionem fieri; si ergo Dei filius vectigal non debitum soluit, quis illius solutionem recusabit? vt recte ponderat Anton. de Rosel. in tract. de potestat. Imperator. ac Pap. §. plus videtur. nu. 3. Iure etiã
57 naturali hæc obligatio fundari potest, tum ex recognitione superioritatis, de qua supra, iuncto cap. in apibus, 41. 7. q. 1. & alijs iuribus adductis supra gl. 2. verb. por la gracia de Dios, Rey. num. 5. tum etiam, vt Saluator ait Lucæ 10. Dignus est operarius mercede sua, nec debet claudi os bouis trituranti, Deuter. 21. & cap. 1. 13. q. 1. ac regum. etiam cap. extirpãdæ. de præbend. Cùm ergo Principes excellentes sint ad Dei honoré & populi vtilitatem seruientes & pro illo laborantes ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, d. capi. omnis anima. de censib. & Paulus ad Roman. cap. 13. Quis ergo pascit gregem, & de lacte eius nõ manducat? Paulus 1. Corinth. 9. & quę late adducuntur in c. Ecclesia. 13. q. 1. Cùm ergo tot, & tanti labores Principes circumitent pro Republica gubernandas tenentur enim Principes purgare territorium á latronibus, cap. vnic. verf. viæ publicæ, vbi etiam Affl. num. 25. verf. vectigalia. num. 108. titu. quæ sint Regalia. tenentur & ius reddere, c. vnic. §. iudices. vbi etiam Afflict. ti. de pace teneud. & eius violator. versic. si quis aliquem. nu. 12. 16. & 17. & ad alia quamplurima, quæ enumerantur 2. par. præcipue titul. 1. l. 8. & tit. 3. 4. 5. & præcipue titu. 10. & per Chas. in cat. glor. mund. 7. par. consid 15. & Parid de Pute. de syndic. & Cephal. consi. 150. num. 23. & 24. lib. 1. Tenetur etiam & pacem conseruare, subditos defendere, inimicos debellaré, & ad quamplurima alia, quæ ad Principem spectãt: quid enim regna essent, nisi insignia latrocinia? vt refert diuus Augustinus de ciuitat. Dei. lib. 4. relatus à Chas. vbi proxime, nisi Reges essent, & iudices vice eorum omnes, & quemcunque contineret in officio, absquedubio maior minorem premeret, & consumeret: iure igitur optimo pro exercitibus, pro iudicibus, pro cęterisque omnibus ab ipsis dependentibus, Principi licet stipendia sumere, ex S. Thom. de regim. Princip. c. 11. quem refert glo. 9. l. 2. tit. 1. par. 2. quin & pro labore, & opera a se impensa, vt subditis requiem paret. Si enim homini

cuiuis quantumcunque vili & abiecto mercenario, quin & animali stipendium debetur, vt proxime probaui, quanto magis supremo Principi & Regi
58 debetur. Cùm ergo hoc ita sit, sequitur necessariò, vectigal, vt probauimus, debitum fraudantem, furtum committere: conuenit enim ei furti definitio: furtum enim est contrectare rē alienam, vsum, vel possessionem, eius lucri causa. l. 1. in fin. de furtis. & ita hunc fraudatorem vectigalis mortaliter peccare, docet Caietanus in summ. verbi vectigalia. Bertachin. de gabel. 2. par. in prin. Castr. de potestate legis pœnal. cap. 10. lib. 1. fol. 83. lit. D. & lib. 2. cap. 2. folio 14. D. Otalor. de nobilit. 1. par. cap. 3. num. 8. Couar. in reg. peccatum. 2. par. §. 9. num. 5. plures refert Mexia in pragm. panis. conclus. 5. num. 42. qui omnes tenent, cum ab eisdem relatis, tales gabellas fraudātes, præter pœnam, ad quam in exteriori foro tenentur, etiam in interio-
59 ri conscientiæ foro ad restitutionem teneri. Hoc autem vt contingat, iustam vectigalium impositionem requiri, tenent omnibus latius Castro & Caietanus proxime relati. Ad impositionis autem iustitiam tria requiruntur, secundum ipsos, autoritas scilicet ex parte imponentis, necessitas ad imponendum, æquitas etiam ad distribu-

tionem, quorum leges nostræ non fuerunt oblitæ; nam duo prima, vt scilicet imponantur ab habente potestatem, & pro vtilitate communi, docuit l. 8. tit. 1. par. 1. Tertiam verò, vt sit secundum necessitatem, retulit l. 3. tit. 22. par. 1. & videtur titulus de censib. & censitoribus
60 & peræquatoribus. C. libr. 11. Quod si prædicta non concurrant, illicita vectigalia esse, ac perinde non debita, & iure optimo fraudari posse, docent supra dicti, & præter eos ex Luc. de Pen. in l. 1. C. de superindicto. lib. 10. docet Alcia. in l. placet. 5 C. de sacrosanct. eccles. n. 12. quod pro confessarijs adducit Caietan. verb. illicita vectigalia. ne aliàs confitentes ad iuste vectigalia defraudata, restitutionem inducant: quæ sanè doctrina, licet in se vera sit, & ad consulendum Principibus maxime necessaria, & tenenda cùm non legitimè vectigalia, nec imponi possint, nec imposita debeantur, nec soluta Principes possint retinere in animæ iudicio: tamen ad subditis consulendum, periculosa nimis est hæc resolutio, & dictarum qualitatum ponderatio.
61 Et sane, quoad primum requisitum intrepide transire possumus: omnibus enim patet, quādo in imponēte autoritas subest, vel non, cùm vt prædiximus n. 27. & 55. non possint hæc ve-

ctigalia

ctigalia imponi, nisi á superiorē non recognoscēte, & si de facto aliqui inferiores domini vectigalium nomine; quid extorquent, iure optimo fraudari poterunt, imò non tam fraudari domini dicentur, quam cæteri non iniuriam passi, & eam propulsare dici poterunt: quoad cęterás vero qualitates scrupulus est manifestus, & peccati plusquam manifestum periculum, si quilibet proprio capite caussam & distributionem taliũ vectigalium allibraret. De secundo autem forsan constare posset, veluti sicut donatio fieret
62 Principi, ciuitas collectam imponeret: ibi enim non diceretur necessitas, & ita constitutio vectigalis mero iure non teneret, vt docet Petr. de Vbald. de collect. n. 2. quod & in facti cõtingentia vidi anno 1600. cum enim inuictissimus noster Rex vt dixi supra gl. 9. verb. seais mi fiscal, iusserit in his regnis sibi petigratiosum seruitiũ, vt apud nos dicitur, siue donationē á vasallis suis fieri, quoad oppidũ de Potosi hæc postulatio demandata fuit dño Doctori Arias de Vgarte huius Regalis Audientiæ Auditori, & dicti oppidi, & huius prouinciæ correctori dignissimo, mihiq; multis nominibus charissimo, qui cum id munus, sicuti & omnia sibi demandata, maxima cum omnium laude expleuisset, postquam illius oppidi vicini, & habitatores, siue commoratores voluntariè, & sine aliqua vi adhibita, quin dicti domini Doctoris prudentia & benignitate aducti, sigillatim pro facultatũ copia aliquid Regi nostro promitterent; posteà illius oppidi concilium siue Senatus, ratione seruitij, seu donationis quinquaginta milia ponderũ, & nostro idiomate de pesos ensayados promisit: ita enim apud nos appellatur, quæ summa deduci debebat ex quadam gabella, seu vectigali, escis & alijs rebus imponenda à Senatu: hæc tamen Argentina Cancellaria, nec dominus Ludouicus de Velasco horũ regnorum dignissim. Vicerex consultus hoc fieri nõ permisit, nec dictā collectā imponi, Iustumq; Regio fisco vtili præposuerũt: iustũ enim semper dñus Vicerex præposuit, & cũ rei dominicæ diligentissimus, & fuerit & sit acquisitor & custos, nil tamen contra conscientiā aut Reipublicæ dānosum amplexus fuit, vt & hęc regna agnoscũt, & ego testis sum, nā sicut dignitatis regiæ, ita & regię pietatis vicarius est, & licet aliquando etiā idē casus euenire possit, non tamē
63 est sine periculo. Talis veró qualitatis examinatio, absque dubio nõ sine maximo periculo à priuatis poterit examinari: cum enim concilium ciuitatis

per commissarios ad id deputatos, perq; calculatores vectigalium faciat distributioné, quomodo obsecro, vel cófessarius, vel alius quiuis de hac calculatione ex se ipso disputabit sine maximo & errádi, & decipiendi periculo, ná no semper verú est, quod Caietanus & Castro considerant, ná forsan vectigalia pauperibus imposita, ipsis magna & exorbitantia videtur, quia non animaduertunt, quæ magnatibus & diuitibus alio modo imponuntur, ná quemadmodú plebs ad certa oneratenetur, ita & nobiles ad alia, magnates ité ad alia: quod plebs, vel confessarius non animaduertit, nec etiam scit, quin etsi sciat, & inter ipsos contribuentes vix & ne vix quidem computationem facere, aut factam reprehendere poterit, cú semper pro Principe & officiali, cui id demandatur, præsumptio sit, l. res iudicata, de sent. & re iud. Et si cuilibet liceret disputare de vectigalis iustitia, vel iniustitia, deque cæteris Principis mádatis, nunquam executioni mádarentur, & ita eis intrepidè obedire, mihi semper securius visum fuit, quàm quod Castro tenet, mediam, vt ipse dicit, viam eligendo inter antiqua & noua vectigalia, & etiam alia quarta causa adducta per Guidonem Pap. singular. 726. de collecta imposita causa custodiendi vias, & itinera. Et antequam hinc discedamus, illud

64 obiter notare placet, quod refert Aufrerius de seculari potestate. reg. 2. numer. 32. clericum negotiatorem posse pro vectigali coram seculari iudice conueniri: sed hoc non tam fit fauore vectigalium, quam odio clerici negotiatoris: id enim non licet, vt in toto tit. ne cleric. vel monac. & de clerico negotiat.

Præter pœná auté, ad quá

65 in foro conscientiæ fraudanté teneri diximus, etiam in exteriori foro teneri, non est qui dubitet: communior autem est commissi pœna, de qua in titulis D. & C. de Publican. & vectigalib. & commissis. Commissum autem táti effectus est, vt rescadens in commissum, statim fisci dominium subeat, vt docet Lucanus de fisc. 2. par. num. 8. quod qualiter debeat intelligi, videbimus infra hac glos. num. 436. Illud autem cer

66 tum est, hanc pœnam rem semper sequi, quemadmodum & vectigal ipsum. l. imperatores. 2. de publ. & vecti. & ita ad hæredem, & ad tertium possessoré transit. l. coté. § dominus. l. fraudati. 8. de public. Definit enim res fraudantis esse, simul atq. fraus commissa fuit. l. commissa. 14. eodem titu. & ita dominus rei, qui fraudé commisit, ité emere poterit. d. l. coté. § cá

§.eam rem.eod.tit. & cum res semper domino pereat.l. pignus in bonis.de pignor. actio. Res quę in commissum inicidit, si pereat, perit fisco, docet Bertachin.dict.tract. de gabel. 9.par.numer.9. & videbis hac
67 glo.§.10.num.315. Hoc tamē videtur non absolutè verum esse: ita enim demum ad fiscū res pertinet, si intra quinquennium petatur.l.2. vbi Bartol. C.de vectigalibus.l. commissa.& ibi Bartol.nume.4.de Public.& vectig.Bald.Salicet. & alij relati à Bertachin. vbi supra quæstion.9.num. 8. estque apud nos l.6.titul.7.partit.5.vbi cauetur, ita demum ad fiscū huiusmodi res pertinere, si intra quinquennium petantur: ergo non absolutè, & statim res fisci dominium subijt, vt proxime dicebamus. Præterea quælibet res quantumcunque fisco debita, non statim eiusdē fisci fit ex delicto, nisi & sententia sequatur.capit.cum secundum.de hæreticis.libr.6. ergo non potest dici commissum statim fisci esse. Sed licèt quoad hoc maxima sit difficultas, vt videbimus hac glo.§.10.à numer.181.& videre est per Castr.vbi supra de potestate.l.pœ
68 na.libr.2.cap.10 & Simancas de Catholicis institutionibus. cap.9. tamen, quoad nostram disputationem breuior fieri potest resolutio. Dicēdum igitur est, commissum propriè dici idem quod delictum, vt notat Calepinus in suo dictionario, & lexicon iuris Pandulphi, estque l.1.§.cum vrbem.de off. præf.vrb.& ita sumitur pro pœna facti, vel non facti, vt notant ijdem ibidem: hæc autem pœna relinquitur arbitrio eius in cuius fauorem apposita fuit, vt videre est in l.commissoria. l.nam lege.3.l.de lege.6.de lege commissor. quod & videmus in emphiteosi.l. in emphiteuticarijs 2. ibi, Si dominus voluerit.C.de iur.emph. & ita dicitur cōmissum fisci esse, quō admodum & legatū dicitur esse legatarij.l.à Titio. de furtis, quia scillicèt ei debetur, ita vtcō modū & incōmodum statim, mortuo testatore, ad legatariū pertineat, nō autem aliàs: quin etiam si confiscatio fieret ipso iure, tamen facto opus esset ad deijciendum quem de possessione, ex eodem Bertachi. vbi supra q.9.n.10.in fin. Hoc au-
69 tem iure nostro cessare videtur, nam ob vectigal non solutum res non cadit in cōmissum, sed vectigal quadruplicatur.l.7.ti. 11.lib.6.recop. quod & forsan iure cōmuni innititur: nam regulariter fraudans fiscū in quæstus, in quadruplum punitur, si autē fraudet in quęrendis, punitur in duplum.l. aufertur.§. 1.de iur.fis.l.1.C. de ijs qui ex publicis rationib.lib.10.docet

Lucan.de fisco.1.par.nume.75. & Peregr.lib.4.tit.7.n.18. Prædicta autem lex solum intelligitur de vectigali non soluto: tunc enim vectigal quadruplicabitur. Si veró fraus, siue deli-
70 ctum fiat in non professione, & apud nos dicitur falta de registro, res cadit in cōmissum, quod pluribus ordinationibus cauetur, & mandatis regijs, & ad ea, quæ ad has Indiarum prouintias ducuntur, extat ordinatio 157.& 203.inter ordinationes Domus Contratationis Indiarum, quæ Hispali est, & de iure communi probatur etiam l.interdum.§.ijdem. de Public.& vectigal. Sed quia supra hac glo.& §.numer. 54. dixi, fraudatores vectigalium teneri in foro conscientiæ, id intelligere debes, non ad pœnam, sed ad vectigal solummodo: vnde qui fiscum defrauda-
71 uit, tenetur in foro conscientiæ ad vectigalis solutionem, non autem ad quadruplum, ex regula generali, legem pœnalem non obligare in foro cōscientiæ, vt per glo.in cap. fraternitatis.12.quæstio.2. Castrū & cæteros supra relatos, & Sūmistas, Otalor.de nobilit. 2. p. cap.3.num.8. Probatio autem quoad nos in mercibus satis patet: cum enim professio seu registro fieri debeat, ex eiusdem inspectione satis clare fraus & delictum probatur, nec alia probatio apertior fieri potest: quoad cætera autem sat est probare, ducentem rem prohibitam, extra itinera esse, vel in confinio, ita vt animus satis cōstet, probat Gandinus in tractatu de maleficijs, titulo de rebus portandis contra debitum numer.6.Iul.Clar.Rip. & Alber.referens lib.5.receptar. §. fin.q.82.statut.7.n.8. quod quidem notabile est, nam cum affectus non nisi in atrocissimis puniatur, vt notatur in l.si quis: non dicā rapere.C.de Episc.& cler.& per Feli.in tract. de cognat.& nos aliqua dicemus hac glo.§.10.á num.319.tamen in hoc casu hoc fit, ne via aperiatur fraudibus, quę aliàs faciliter committi possunt, & ratione publicę vtilitatis a regulis iuris communis deuiare licet, vt docet Gandin.vbi supra.

74 Quod amplia etiam, vt forenses liget, Gandi. vbi supra n.7. & Iul.Clar.n. 2.

Quin & ignorātes ligat, saltem quoad rei amissionē, licet nō quoad alias pœnas, vt docet idē Gandi.ibi. Ex quo cōprobabis quæ supra dixi, pœnā hanc rem ipsam non personā sequi, nā cū necessaria sit voluntas, vt maleficiū dicatur committi. l. verū est.41.l.qui iniuriæ.55. de furt.l.diuus.14 de sicar. Antonius Gomez in l.8. Tauri. numer.45. Iulius Clarus §.raptus. numer.5. & idem in hoc casu

requiratur in pœna personali, tamen ad realem pœnam, id est rei confiscationem, hoc necesse non est. Amplia tertiò, vt po-
74 testas non possit contra hanc pœnā dispensare, aut remittere, nec licentiam concedere, vt res prohibita portetur; nec ex tali licentia portans, excusatur à pœna.l.1.C.de commeat.lib. 12. Gandin.vbi proxime nu.9. & videtur idem incidere in rub.de multis quæstionibus de pendentibus à statutis, n.35. & Bar.in l.iuste possidet.in fi.de acquiren.poss.Carth.cons.141. nu.16.vol.4.Montalu.in reper tor.versi.pœna seu calumnia. fo.83.col.1. Amplia & quartò,
75 etsi velit portans pœnitere, nā vbi semel in pœnam incidit, pœnitere non potest, Iul.Clar. plures referens vbi supra nu. 8.& Gandinus num.6.dict.tit. de reb.non portand. allegans l.1.in fin.ad l.Pomp. de parric.
76 Limita autem primò, vt nō publicentur res, quæ ducuntur pro suo vsu, Iulius Clar.nume. 4.& Gandinus, licèt Clarus dicat seruari contrarium. Illud autem scio apud nos in his partibus seruari, vt merces dicantur pro vsu suo portari, cùm vestis iam facta est, & iam eā portans vestiuit, nisi ratione quantitatis, contrarium videatur.
77 Limita etiam secundò, vt huiusmodi prohibitiones non extendantur de similibus ad si-

militia, Clarus num.3. & Gandinus num.9.
78 Limita & tertiò, vt afferens res licitas & illicitas, solummodo illicitas amittat, Clar.in fin. & Gandin.num.1.l.1.§.Trebatius.de aqua quotidiã.& æsti. quod tenendum est cōtra Boerium decis.178.nu.25. Et idem videtur aliquo casu sentire Suarez.consi.2.de nauib. transuehend.in causa.num.6. nam vtile per inutile non vitiatur, & aliqua alia apud Clarum &
79 Gandinum reperies. Illud autem aduerte, quia si ducens res, deuiet malo animo, punitur, ac si non fuisset professus: secus verò, si vi tempestatis alium appulerit portum, Suar.vbi supra num.2. Sed quia hac de causa multę committebantur fraudes, eis prouisum fuit ordinationibus anni 1591.& vna præcipuè, quā cautum extat, vt si aliqua nauis alium intret portum, quàm adquem ibat, quod ex registro apparebit, dicatq; Rector nauis, vi tẽpestatis, aut necessitate cogẽte illum intrasse, nulla ratione aut causa concedatur nauis exoneratio: sed ei præstentur necessaria, & itẽ rum cogatur portum exire cum omnibus mercibus, siue in eadem, si commodè possit, siue in alia naui, non enim professio facta proficit, nisi in portu, ad quem in tali professione dicitur nauis proficisci;

quo & reducenda sunt, quæ circa hoc Gandinus proxime relatus, tradit, de equo fugiente sine mulieris voluntate: illud autem quod num. 73. tradidimus, vt prædicta prohibitio li-
80 get forenses, augetur in ordinationibus Domus Contratationis supra sæpe citatis: nam in tantum verum est, vt nullatenus forenses, siue extranei à Regnis Castellæ, Legionis, aut Aragoniæ possunt in has veni re partes, aut merces, aliquatenus adducere sub pœna amissionis omnium bonorum. Illud autem pro Coronide hic referre placuit, nã licet in causa gabellarum licitum sit conductoribus inspicere apothe-
81 cas & tabernas, & merces inspicere & annotare, vt sciatur, quæ nam debeatur gabella, vt videre est in tit. 19. lib. 9. recop. tamen in causa vectigalium mercatorum aliter dispositum extat, ne scilicet balisię ac sacci mercatorum inspiciantur, ad videndum, vtrum ne amplius quã professus est mercator, adducat: quod quidem rationi & æquitati, & nostri Regis clemẽtiæ mirè conuenit, licèt plerũque Doctores teneant contrarium, maximi enim esset incõuenientis & molestię, mercatores cogere innumeras balisias aperire, & res etiã minutas ostẽdere, sine aliquali, saltem semiplena fraudis præsumptione:

& ideo Regiũ mandatum maximæ æquitati nititur, & illud ego practicaui non semel, cùm anno 1596. in portu, qui dicebatur Nominis Dei, regio præcepto ad classem expediendam essem, eamq; commodissimè, meo autem maximo labore expediui, & è portu ejeci: illa autẽ fuit vltima classis, quæ ad illũ portum peruenit, nam aliæ postea ad portum bellum Sancti Philippi paulò ab antiquo distantem veniunt.

§. QVARTVS.

Salinas.

82 *SALINÆ sunt de regalibus, & contra, nu. 86.*
83 *Salinaria, quæ sunt, & quot.*
84 *Salinaria etiam dicitur, vbi sal venditur.*
Salinaria Regi competere in hoc regno declaratum fuit.
85 *Sal vendi non potest, nisi de Principis licentia.*
86 *Salinæ etiam priuatorum inueniũtur & nu. 89.*
87 *Salinæ sunt domini fundi, ius autẽ vendendi regium, & nu. 89.*
88 *Salinarij debent interesse mensurationibus.*
89 *Salinæ in domibus priuatorum eorundem sunt, at in loco publico, Regis, nisi Rex concedat.*
90 *Salinæ Regi applicantur, dato cãbio priuatis.*

DE

DE SALINARIIS.

INTER cætera, quę enumerantur in d.l.par.& cę-
82 teris iuribus supra citatis enumerantur Salinæ, eas autem de Regalibus esse, probat. d. l. inter publica. 17. §. publica. & d.c. super quibusdam. & cætera iura, Petr. Antibol. de mune-
83 rib. § 4. num. 46. Isern. de feud. quæ sint regalia. Alci. & Cœp. in d. §. publica. Salinæ autem sunt loca, in quibus sal nascitur (si nascitur ex more) vel sunt loca, in quibus ex aqua fit sal, sicut Clodiæ esse probat Cœp. in d. §. publica. nu. 6. per l. forma. §. salinæ. de censi. & vtriusque naturæ plures sunt salinæ in multis huius Regni prouintijs. Præterea & tertium genus vidi, sunt enim prata, vt ita dicam, lõgissima, latissimaq;, ita vt finis perspici non possit, qui omnes salinæ sunt, vnde nomẽ traxit populus Indorum Sancti Petri de las Salinas, ibi autẽ specialissima sunt quædã, quæ referre non curo: tum, quia nõ mei est instituti: tum etiam ne mendacia videantur, tum pro-
84 pter sui exorbitantiam, tum etiam propter consuetudinem plurimorũ in his partibus commorantium. Salinaria autem, de quibus in cap. super quibusdam. §. præterea. de verbo. sig. secundum Innocentium sunt quę dantur, vt dominus permittat sal vendere, vel dicũtur domus, in quibus ponitur sal, vt vendatur sub prohibitione ne alius vendat: & fieri etiam solet, vt nullus vltra certam taxã vendere possit, quod, alios referens, probat Cœpo. vbi supra: & in mea Hispalensi patria seruari scio, vbi & domus est salis, & officialis ad id deputatus, suntq; ordinationes quãtitatis & pretij, tam respectu meorũ conciuium, quàm & etiam alienorum. Salinæ igitur, siue maris salinaria, Principis sunt: & ita schedula Regia ad has Indorum partes destinata nouissimè declaratum fuit: quod quidem executioni demandatum non est, tum propter magnitudinem salinarum, quæ nec custodiri possunt, nec pro-
85 hiberi omnino incolæ extrahere, tum etiam, quia cum sal maximè sit necessarium ad minarum beneficium, & argenti extractionem, dissimulatione quadam illius schedulæ executio omissa fuit. Ex prędictis autem iam colliges, nemini licere sal vendere sine Principis licentia, vt notatur in dict. capit. super quibusdam. §. pręterea. de verborum signific. per Inn. qui dicit, nulli ibi alias reperiri prohibitum, vt refert Cœp. vbi supra n. 8. Sed præterea probari eadẽ prohibitio poterit, Machab. lib. 1. c. 10. ibi: Pretia salis indulgeo, qui tex. apert' est,

si iungamus vulgare prouerbiũ, Frustra precibus impetrari, iure communi concessum. l. 1. C. de thesau. lib. 10. & ita prędictam conclusionem tenent Bertachin. de vectigal. 7. part.
86 nu. 33. Alciat. vbi supra num. 4 estque expressa l. si quis. 11. C. de vectigal. & commiss. Sed contra superius dicta, Salinas scilicet esse de regalibus, videtur, nam etiam salinę priuatorum inueniuntur. l. is qui puteum. quod vi aut clam. l. forma. §. salinæ. & ibi Alberic. de censib. l. magis puto. in princ.
87 de reb. eor. Cœp. vbi supra nu. 7. Did. Perez in l. 8. tit. 1. lib. 6. ordina. Sed pro hac difficultate dicendum est, salinas posse esse & Principis & priuati: sequuntur enim naturam fundi,
88 in quo inueniuntur, vt in iuribus supra adductis: at salinaria, siue ius vendendi sal, & domus vbi venditur, & redditus inde prouenientes, de regalibus sunt, Innoc. & Cœpol. vbi supre. Ius enim salis vendendi, Principi acquisitũ est, vnde sa-
89 linarij debent interesse mensurationibus, alias venditio non valet, docet Bald. in d. l. si quis. C. de vectig. & ita supra dicta debemus intelligere de salinariis, id est domibus, vbi officiales præpositi sunt, ex Canonistis in d. cap. cum super. & Cœpol. vbi supra. Vnde resolutiuè tenendum est, puteos vel salinas in domibus priuatorũ repertas ad eos pertinere: sed quia plerũque in publicis prædijs sunt, ad Principem pertinere dicuntur, & ita intelligitur mandatum Regium, de quo supra. Ius autem vendendi sal, id sine dubio ad Principem pertinet, quin & aliquando commoda publicæ salis alicuius oppidi ciuibus concedit, & ita ego vidi, dum in ciuitate de Panama fiscalis essẽ, anno 1595. concedi, sal publicum, quod ex aqua maris ibi naturaliter fit, vidi inquam concedi incolis oppidorum de Nata, & de los Santos illius prouintię: & vt prædicta difficultas priuati salis ces-
90 saret, cautum fuit. l. 19. tit. 8. li. 9. Recopil. vt salinæ omnes etiam priuatorum Regi applicarentur, dato sufficienti cambio earũdem possessoribus, & plurima in hoc §. dicta, ad §. 6. de mineralibus proderunt.

§. QVINTVS.

Pesquerias.

91 *Piscationis ius est de Regalibus.*

92 *Mare dicitur de territorio cui adhæret.*

93 *Maris & fluminum vsus, communis est.*

94 *Venari in aliena garena non licet.*

Piscari nemo potest prohiberi.

Clericus prohibetur venari, non piscari.

piscari.
95 *Prohibitus piscari, agit iniuriarũ.*
Impraescriptibile est ius piscationis.
96 *Piscari commune, nisi Princeps id sibi reseruauit.*
Redditus piscationum regiũ, & nu mer. 98.
97 *Piscationis prohibitio, vel permissio à consuetudine pendet.*
98 *Redditus piscationis sine dubio regium est.*
99 *Vectigal olim piscationi erat impositum.*
Quanto tempore praescribatur.

DE PISCATIONE.

PEsquerias etiam, siue piscatio inter caetera regalia enu-
91 merantur in nostra lege parti. quasi de patrimonio Regis sit, quasi mare etiam Regis nostri sit; quod forsan inde euenit,
92 quia mare dicitur de territorio populi adiacentis, glo. notabil. in cap. vbi periculum. §. porro. verb. territorio. de electio. lib. 6. Bald. in cap. 1. in princ. 2. col. quib. modis feud. amitt. in l. penult. ad fin. C. de institution. & substitutio. sub condit. fac. tex. optim. in capit. licet. de ferijs. quem adducit Roder. Suar. in consi. 1. quae est allegatio. 16. de vsu mar. incip. Cadavno. num. 2. & supra hac glo. §. 4. nu. 13.
93 Sed in contrarium nimis vrget, nam vsus maris & fluminũ ipsumq; mare & flumina communia sunt. l. 2. & l. nemo igitur. de rerum diuision. §. littorum. instit. eod. totus titulus de fluminib. l. 6. tit. 28. par. 3. latè plures referens Dyn. in procem. de regul. iur. in addition. fol. 3. Et ita licet venari in aliena guarena non sit licitum, ex Guidon.
94 Pap. q. 218. num. 1. piscari saltem in fluminibus licitum est, nec quis prohiberi potest. d. l. nemo igitur. & l. partit. & licet clericis venatio prohibeatur, vt in tit. de cleric. venator. piscatio nunquam, Cardin. in Clement. 1. §. porrò. de statu mo-
95 nachor. vnde quilibet piscari prohibitus, iniuriarum agere potest. l. iniuriarũ. 13. §. si quis. vbi Budeus, de inur. & Alcia. lib. 13. dispunctio. cap. 13. Vnde & impraescriptibile hocius existimat Suar. vbi supra num. 14. Huic difficultati respondet Coepo. in d. §. publica. n. 5. haec omnia iura, cum de regalibus loquuntur, intelligi debere de redditu piscationis, non de iure piscãdi. Id enim commune est; at redditus inde prouenics
96 ad Regem spectat, quẽadmodum & redditus salinarum & portuum, vt dixi supra §§. proximis, & pro hac parte adducit Aluarot. Gregorius vero in d. l. par. verb. pesquerias. intelligit, supra dicta iura procedere,
97 cùm ea Princeps sibi reseruauit. Piscationis enim prohibitio, vel permissio ex consuetudine depẽdet. l. si quisquam.

D.de diuers. & tempor. præscription. §. flumi num. institu. de rerum diuision. Aluarot. & Paduanus in cap. 1. quæ sunt regal. Cœpo. in dict. §. inter publica. quarum interpretationũ vtraque potest sustineri in se: sed quoad prædicta iura & legem Partitæ, prima debet defendi: in ijs enim iuribus de redditibus, siue gabellis, aut
98 vectigalibus sermo est, vt ex pluribus cõcludit Suat. vbi supra num. 11. & 12. & in dict. l. partit. quę est 11. tit. 28. par. 3. recte ponderat initium illius legis, las rentas. De redditibus enim loquitur, ad quod etiam conducunt, quę in superioribus §§. tradidimus. Eodẽ modo & salinæ & portus de regalibus dicuntur, vt late prosequitur Suar. proxime relatus, & late etiam patet dicto tit. 28. par. 3. Sed prædicta non excludũt, posse Principem, vtpotè omnium dominum id sibi reseruare: sed plerunque communia sunt, vt supra citatis iuribus patet, vnde quadraginta annis prę scribi existimat Bald. in l. 1. n. 13. C. de emancipationib. liber. ex l. si quisquam. 7. vbi glos. de
99 diuers. & tempor. præscriptio. quod aliqui & de ipso iure piscandi intelligere voluerunt. qua de causa onus, siue vectigal graue olim aliquibus impositum erat, vt videre est per Alciat. ad Tacitum lib. 1. Sed quoad præscriptionem huius iuris idem dicendum est, quod de vectigalis præscriptione dixi supra §. 3. à num. 28.

§. SEXTVS.

Minerales.

100 *AVRI & argenti fodinæ possunt ad priuatum pertinere.*
101 *Metalla quilibet potest fodere secũdum formam legis.*
Dimidium thesauri reperti in loco Cæsaris habet priuatus.
102 *Duæ solationes ad prædictam difficultatem reijciuntur.*
103 *Vectigal metallorum est de Regalibus.*
104 *Ratione vtilitatis publicæ Rex cõcedit licentiam faciendi metalla.*
105 *Iure Regni mineralia Regi sumuntur, data bono cambio.*
106 *Quintum argenti in hoc regno ex auri & argenti fodinis soluitur, & quare.*
107 *Extenditur ad cuiuslibet metalli fodinas.*
108 *Extenditur & ad lapidicinas.*
Quas sicut & metalla quilibet quærit.
109 *Inuentor fodinæ ad professionem tenetur.*

DE MINERIS.

INiuria potius, quàm iure videntur leges supra adductæ inter regalia cõnumerare auri &

& argenti fodinas, & cętera huiusmodi, cùm & ad priuatum possint pertinere. l. sed si pe-
101 cunia. 3. in fin. cum duab. seqq. de reb. cor. & c. l. diuortio. §. si vir. soluto matrim. l. forma. de censib. & alia iura supra relata ab Afflict. decis. 321. nu. 4. Metalla namque quilibet potest fodere secundum formam. l. perpensa. C. de metallar. libr. 11. & ibi Batto. num. 1. Metalla enim sunt ad exemplũ thesauri, & ideo inuentori quærũtur,
102 docet Crauet. cons. 209. num. Et augetur difficultas, si animaduertamus, dimidiũ thesauri in loco Cæsaris reperti, fiscũ habere, l. non intelligitur. 3. §. si in locis. de iur. fisc. tenet Luc. 2. par. de fisco. nu. 16. quas difficultates vt vitaret Aluarotus tertiam inducens opinionem, existimauit, iura prædicta non debere intelligi de potestate fodiendi metalla, sed de potestate creandi argentarios, qui intellectus etiamsi in se verus sit, tamen nostris iuribus non con-
103 uenit, non etiam cõuenit alius intellectus. gl. l. 15. tit. 15. part. 2. existimantis, dicta iura debere intelligi de potestate dandi licentiam ad fodienda metalla. Verior enim intellectus est, qui ex dictis in superioribus §§. deducitur, vt scilicet ius hoc Regale intelligatur de gabella, siue tributo Regi debito, de decima scilicet ei soluẽda, ex metallis in alieno loco inuentis, ex l. cuncti. 10. C. de metal. lib. 11. vt tenet Afflict. decis. 321. nu. 5. Chassan. in consuet. Bur-
104 gund. tit. des iustices. §. 1. verb. espabes. num. 14. fo. 22. & Gregor. proxime citatus, Chassan. item in catalog. glor. mund. p. 5. consid. 24. casu 16. Intelligitur etiam respectu dandi licentiam ad fodiendum metalla, quod ius Regi competit, ratione publicæ vtilitatis inde resultantis, & ita hodie apud nos hæc potestas est generaliter cõcessa. l. 3. tit. 13. lib. 6. Recopilat. Et opiniones circa hoc, iam apud nos hodie sedatæ sunt, nã præter quã quod in his Indiarum regnis huiusmodi auri, & argenti fodinæ in mõtibus, aut cauernis reperiũtur, qui in nullius sunt bonis, & vtpote pars soli huius regni, ad Principem spectant. Tamen vt omnis cesset difficultas, omnes auri & argenti fodinæ Cameræ Regiæ
105 sunt incorporatæ, Chassan. in catal. 5. par. consi. 24. cas. 16. optimis rationibus & iuribus. l. 8. tit. 1. lib. 6. ordin. l. 4. cap. 1. titu. 13. lib. 6. Recopil. Ita tamen, vt bonum cambium detur, si in priuati solo inueniantur, vt in dictis iuribus, quod iure fieri potuit, vt alios referens tenet Gregor. verb. buẽ cambio. gl. 23. l. 2. tit. 1. parti. 2. Et ex supradictis deducitur ratio, quare
106 hodie apud nos quintum auri & ar-

& argenti deducti ex fodinis Regi nostro soluatur, nam de iure communi decima soluebatur, & cum ratione dominij quod hodie habet Rex noster, vt supra dixi & probat l. 4. d. titul. 13. lib. 6. Recopilation. alia debeat solui, ex vtraque decima quintum efficitur, quod ex ordinationibus huius Regni datis ad fodinarum beneficium, constet, quintum Regi deberi, licet varie hoc ius constitutum fuerit in dict. l. 4. Nec dictum quintum magnum tributum censeri debet, licet detur ex argento iam mundo, nō detractis expensis, vt ordinationibus cauetur: nam praeter quam quod fodinae ad Regem spectant, vt supra dixi Inde ad earum beneficium autorit ate regia dantur: praetereà, & per multi officiales ad ius dicendum, componendasque lites à Rege creantur, & eius mandato stipendia percipiunt: tum etiam nullum aliud tributum
107 per fodinarum dominos soluitur, cùm plura antiquitus soluerentur, quae enumerantur in dict. titu. de metallar. & dicta l. 3. titu. 13. libr. 6. recopilation. Sed quae supra dicta sunt, ad 110
quaslibet fodinas, siue auri, si- 111
ue argenti, aut plūbi, aut aliorū 112
metallorum, quin & salis fodinas, quales sunt in hoc regno, debet extendi, vt probat Affli. 113
d. decis. 321. num. 5. & Coepol. in dict. §. inter publica. nume. 9. & in rubro & nigro, praecipue l. 3. dict. titul. 13. lib. 6. reco- 108
pilation. Vnde licet Coepola proxime relatus maximam ingerat disputationem, an cotes infra domum alienam quaerere liceat, ex ratione publicae vtilitatis, & caeteris, de quibus iura fa cile suadetur, & apud nos expressè extat decisum. dict. l. 3. vbi & generaliter & specialiter licentia conceditur quaelibet metalla & lapidicinas quaerēdi. Et illud pro Coronide animaduertendum est, quae & supra in alijs §§. animaduerti, ra- 109
tione huius iuris Principi competentis, & ratione proprij iuris inuentoris, conseruandi delationem, siue professionem faciendam. l. non intelligitur. 3. §. vltim. in fin. de iure fisci. l. 1. dict. titul. 13. lib. 6. recopila. & in ordinationibus fodinarum, quae in hoc regno factae fuerūt, sub titulo 1. est ordinatio 4. & quinta.

§. SEPTIMVS.

Pechos y tributos.

TRibutum vnde dicatur. *Tributi nomen generale. Tributum ob necessitatem publicam Rex imponit pro libito. Ad Regem solum spectat liberatio à tributis.*

DE

DE TRIBVTIS.

110 TRibutum dicitur, quod ex priuato in publicum tribuatur, vt ex Cicerone refert Calepinus in dictionario, & lexicō iuris Pratei, vel etiam dicitur tributum, quia militibus tribuebatur. l. ager. 27. de verbor. signifi. & ea causa à principalibus tribuebatur, Alcia. in d. l. ager. nu. 4. vel generaliter dicitur tributum à tribuendo, & ita videtur tributum dici, quidquid quomodolibet fisco tribuitur, vt ex lata significatione colligit Otalor. de nobil. 1. par. capit. 2. num. 4. & meo videri ita capitur in nostra lege Partitæ, vbi post peculiaria verba generale verbum subiunxit: vel etiā potest intelligi in particulari significatione, vt ex Cicerone supra relato intelligamus, quoties ob bellorum necessitatē aliquod indictum, vel superindictum constituitur, & cum super rebus ius aliquod reale imponitur, id tributum appellatur. l. 2. ti. 31. par. 3. Cùm autem personæ imponitur, pecho appellatur, cuius multa nomina refert Otalora proxime relatus. De huiusmodi ergó impositionibus (ita enim apud nos vulgariter appellantur) loquitur dicta lex Partitæ, de eisque

111 intelligenda sunt, quæ supra latè diximus hac glo. §. 3. á nu. 22. Cùm gabellarum maximū ius apud nos specialiter nō exprimatur, quód generali tributorum nomine omnia comprehenduntur in l. 3. §. in causa. de quęstionib. Ibi enim tributum generaliter pro omni redditu fiscali intelligitur, secūdùm lecturam mei Codicis, vbi dicitur: In causa quoque tributorum, in quibus Reipublicæ neruos esse constat, quod de quolibet commodo pecuniario fisco proueniente intelligēdum est. Illud autem, antequā hinc discedamus, repetere oportet, tributum, siue exactionem ob patriæ defensionem, vel aliam instantem necessitatem à Rege pro libito imponi,

112 & de hac necessitate soli Regi creditur, eiusq; verbo, vt notat Corset. de potesta. regia. nu. 42. de quo nos latius supra hac gl. §. 3. à num. 59. Et quia verbum hoc, vt prædiximus, generale est, quæ hic desiderātur, in §§. vbi de specialibus iuribus verba fecimus, quærenda sunt, & ideo non moror. Illud enim sat ex supra dictis deducitur, nam cum ad solum Regem tri-

113 butorum impositio spectet, Chassan. vbi supra, cas. 6. & 48. & ex supra latè dictis hac glos. præcipue §. 1. colligitur, & ex toto tit. 11. lib. 6. Recop. sequitur etiam, & immunitatem tributorum solùm Principem cōcedere. 1. Reg. cap. 17. vbi dicitur, & dicit Dauid: Vnus quispiam

piam de Israel, qui percusserit Goliam, ditabit Rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei (sequitur & facit) & domum patris eius faciet absque tributo in Israel, tenet Chassan. inca talog. gloria mundi. 5. par. consideration. 24. casu. 40. Et ita de iure communi videmus plures exemptos à tributis in l. 1. & final. de censibus. & in nostris legibus Recopilationis etiã sunt plura immunitatum priuilegia, vt in l. 18. & 20. & alijs titu. 14. libr. 6. Recopilationis, & alibi sæpe: is enim absoluere potest, qui & condemnare. l. qui condemnare. 3. D. de re iudic.

§. OCTAVVS.

Alcaualas.

114 Gabella tributi appellatione cõtinetur.

115 *Gabella est decima pretij rei venditæ.*

116 *Fiscus ad gabellas nõ tenetur, etiã pro bonis confiscatis.*

117 *Res postquam dominium fisci exiuit ad gabellas tenetur.*

118 *Hoc intelligitur, si id fisco expediat.*

DE GABELLIS.

Licet gabellarum ius specialiter non exprimatur in dicta lege Partitæ, tamen maxima commoditas ex gabellis Regi nostro resultat, vt nulli non patet, nec omnia omnino fiscalia

114 iura in dicta lege Partitæ expressã sunt: plura enim alia inueniuntur, quæ infra suo ordine explicabimus, quin verbũ, gabella, siue Hispanè, alcaualas in verbo, tributo, comprehendi, probaui §. proximo, quemadmodum & verbũ, vectigal, supra §. 2. & 3. verb. puertos y portazgos: quin ad ius hæc omnia concurrere animaduertendum est, & dictum in vno casu, & de cæteris dictum censetur.

115 Sed vt aliquid de gabellis dicamus, præsertim quoad nostrum ius, sciendum est, gabellam dici decimam partem pretij rei venditæ aut permutatæ fisco soluendam. l. 1. & 2. titul. 17. li-

116 bro 9. Recopil. ex quo & ex supra dictis §. 2. & 3. iam colliges, fiscum ad gabellã pro sua venditione non teneri, docet Peregrin. de fisco lib. 6. titu. 5. nu. 24. quod etiam ex bonis cõfiscatis intelligitur, vt docet Petrus de Val. de collect. in princip. num. 49 & Boer. q. 279. numer. 2. videbis infra glo. 4. §. 1. special. 10. num. 58. Fiscales namque possessiones ad onera extraordinaria non tenentur, quod & in prædijs emphiteoticis procedit, docet Luca. de priuileg. fisc. 1. par. num. 26. Sed postquam res á fisco exiuit, e-

117 mens ad gabellas tenetur, & emptorem salinarum Principis,

pis ad gabellam teneri, docet Bertachin. de gabellis. 7. part. num. 72. & faciunt, quæ dixi supra hac glo. §. 3 nu. 53. quemadmodum & de vectigali dicitur per Salicet. in l. vniuersi. C. de vectig. & cōm. num. 2. Ioa. de Amic. consi. 18. nu. 4. Did. Perez in l. 12. tit. 4. lib. 4. ordin. verb. no passen. Quod tamen intelligitur, dum tamen id fisco expediat, vt notaui supra gl.
118 16. special. 35. num. 141. quod in vectigali accidit: si enim res in commissum incidat, vt non solutum vectigal, propterea; confiscetur, licet fiscus non teneatur ad vectigal, tamen quia vtilius est, vt ei soluatur ex capitali, seu principali pretio, postea que partes fiant, ideo vectigal soluitur ante omnia, & ita mandatis Regijs, quæ ego in Audientia de Panamá vidi, decisum extat, quod & de gabellis dicendum est: neq; hic moror, cùm quoad nostrum institutum hæc dixisse sufficiat, cū cætera ex dictis in dict. §§. 1. 2. & 3. facile liceat mutuare: quod si quis longiores de hac re quærat tractatus, consulat ex externis Bertachinum, qui amplum tractatum instituit de gabellis, & ex nostris Lalarte, qui & nō contemnendum tractatū hac de re edidit.

§. NONVS.

Bona vacantia.

119 *Tribus modis res vacare dicuntur.*
120 *Bona dicuntur vacare, cum sine domini voluntate vacant.*
121 *Bona dicuntur vacare, cum quis moritur sine hærede.*
122 *Fisco bona vacantia pertinent, cū ascendens, nec descendens est, nec collateralis.*
123 *Non succedit fiscus in bonis maioratus & nu. 135.*
124 *Caduca non quæruntur fisco.*
125 *Vltra decimum gradum admittitur fiscus.*
126 *Apud nos quintum gradum non excedit consanguinitas.*
127 *Bona intestati vltra quartum gradum fisco quæruntur & numero. 128.*
128 *Familia vsque in infinitum extenditur.*
129 *Conciliatio quarti & decimi gradus.*
130 *Fiscus ad successionem vocatur edicto prætoris.*
131 *Voluntate defuncti, fiscus succedit sicut & consanguinei*
132 *Refellitur Angeli opinio de consanguineis.*
133 *Probatio specifica consanguinitatis requiritur.*
134 *Vt fiscus excludatur.*
135 *Vir & vxor fiscum excludunt.*
136 *Concubina non excludit fiscum.*
137 *Sponsa non excludit fiscum.*
138 *Nec habet dimidium lucrorum:*
139 *Præter consanguineos & coniuges nullus*

nullus excludit fiscum.

140 *Clerico ab intestato Episcopum suc cedere, ut bona distribuat, & quæ ad id requirantur.*

141 *Clerico ab intestato fiscus regius suc cedit.*

142 *Ubicunque bona sint,*

143 *Idem & communitate destructa, regius fiscus succedit.*

144 *Non requiritur aditio in fisco in vacantibus.*

145 *Contrarium, & confirmatur nume ris seqq.*

146 *Proclama debet fieri, ut cõstet, an aliquis hæres sit.*

147 *Fiscus excluditur quatuor annis à petitione bonorum vacantium post denuntiationẽ, ante denun tiationem viginti.*

DE BONIS VACANTIBVS.

Licet aliqua sint iura minuta quæ possemus hic inserere, ea in finem remitto: & ideò hic de bonis vacãtibus tractare placet Hoc autem primum bonorum traditur à Chassan. in con suetudinib. Burgundiæ, rub. 2. in fine principij, inquit enim: Res fisci, aut vacantes sunt, aut in fiscum delatæ, aut per donationem incorporatæ. Bona igitur tribus modis vacare dicuntur, secundùm Plateam in l. 1.
119 C. de bonis vacantib. lib. 10. n. 3. Aut enim de iure vacãt, quæ nec alicuius fuerunt, aut esse possunt, & à nullo occupantur, vt sunt res sacræ. §. nullius. inst. de rerum diuision. aut quæ nec sunt, nec fuerunt: esse autẽ possunt quæ occupantis fiunt. §. fere. instit. de rerum diuisio. Si vero fuerunt, & esse desierũt, vt videmus in animalibus mãsuetis, qui reuertendi consuetudinem dereliquerunt, cum ad primam causam reducãtur, etiam occupantis fiunt. l. natura lem. in prin. & in §. in eis. de acquir. rerum domin. Si verò vacent ex aliqua causa, & dominus speretur, nemini concedũtur, sed conseruantur, vt capto. l. cum cognatos. C. de captiuis, & postlimin. reuers. Itẽ, si pro derelicto habitę sunt, tunc fiũt occupantis. l. 1. D. pro derelicto. Si autem de iure tantùm vacent, de iure possessoris quærendum est. Si autem de facto tantum, tunc capiens huiusmodi res, furtum committit. l. falsus. §. qui alienũ. de furt. quod enim meum non est, scire debeo modis omnibus ad alium pertinere.

120 Sed quoad nostrum titulũ attinet, bona vacare dicuntur, cum sine domini voluntate vacant, vt inquit Platea. Sed meo videri, solummodo bona vacãtia dicuntur, vt fisco quærantur cum morte. bona vacant sine hærede, & talia bona libera sunt, vt nullus alius possit intе

121 resse prætendere. l. 1. l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. l. si bo-

l si bona. 5. iuncta gl. C. de bon.
auth. iud. pos. Guillielmus in c.
Raynuntius, ver. & vxoré, dec.
5. nu. 270. & 385. & seq. 1. p. Ti-
raq. tract. le mort. 2. p. declarat.
14. n. 11. & declarat. 15. n. 14. Pe
regrin. li. 4. tit. 3. per to. & nu.
102. & est l. 6. tit. 13. p. 6. l. 12. tit.
8. lib. 5. Recop. & ibi Matienç.
D. Perez in l. 20. tit. 19. li. 8. ord.
Et cum de bonis vacantibus no
ster est sermo, nil de confiscatio
ne ingerere licet, vt voluit Pla
tea, & alij: bona enim quæ con
fiscantur, nunquam vacare di-
cuntur, vt videbimus §. proxi-
mo. Nec obstant aliquæ leges,
quæ in titulo de bonis vacanti-
bus etiam, & de confiscatione,
præsertim l. fin. quæ id videtur
nnuere: id enim pertinet ad se
cundam Republicæ partem: in
scribitur enim Rubrica de bo-
nis vacantibus, & de incorpora
tione: & ideo illud difficultaté
non mouet: nos igitur in hoc §
solummodo de vacantibus bo
122 nis verba faciemus. Bona igi-
tur vacantia fisco vltimo loco
quęruntur, cum defuncto ab in
testato succédit, nullo ex ascen-
dentibus, aut descendentibus,
aut collateralibus hærede reli-
cto, si bona libera sint, ad quæ
aliquis interesse non prætendat,
probant iura & Doctores
in principio numeri proximi
citati, & l. 1. § diuus, de iur. fisc.
authent. de heredib. & Falc. §. si
vero institutio, & ca. quæ sint
Regalia. l. 12. tit. 8. lib. 5. Reco.
D. Perez in l. 20. tit. 19. li. 8. ord.
glos. o de trauiesso. Bald. in l. 1.
per totam, & n. 3. C. de bon. va-
cant. li. 10. est & optimum con
silium pro exclusione natura-
lium & spuriorum per Gabr.
cons. 138. Corneus cons. 324. n.
123 7. vol. 4. Ex quo iam imprimis
patet, fiscum non succedere in
allodialib⁹ bonis, nec apud nos
in bonis maioratus: in his enim
vocatus interesse prætendit,
quin hodie apud nos succedit,
imo & possessio transfertur in
sequentem, sine vllo aliquo a-
ctu. l. 5. & 9. 10. tit. 7. lib. 5. Reco.
Guillielmus in d. cap. Raynun-
tius, verb. & vxorem. 1. p. dec. 5.
num. 385. Quod apertissima ra
124 tione procedit, de qua infra hoc
§. num. 129. Infertur etiam, ca-
duca non quæri fisco, nec in eo
posse dari ius accrescédi (in no-
stro casu scilicet bonorum vacā
tium loquor, neque enim de cō
fiscatione indigni, aut alio mo
do acquisitionis, quam vacatio
nis noster est sermo) in fisco e-
nim non potest dari ius accres-
cendi, cum de bonis vacantib⁹
loquimur, & ideò caduca non
fisco, sed coniuncto quęruntur.
Paulus in l. qui quartam. §. si
quis vnam n. 3. de leg. 3. Corne⁹
d. cōs. 324. vol. 4. n. 3. Cum enim
aliquis est, qui admittatur, fisc⁹
125 neceessario debet excludi. Suc-
cesio igitur fisci decimum gra
dum collateralium nō exedit:

probant omnes supra relati, et
ita ab omnibus sumitur tex. in
auth. de hæred. ab int. ven §. si
vero nunc fratres, & probat d.
l.6.tit.13.p.6.& ibi gl. fin. & li
cet in Regno vltra decimũ gra
du successionẽ admitti teneat
Io. Licirier de primogen. li.3.q.
129 2.n.5. tamen in cæteris cõmu-
nẽ admittit. Sed licet commu
niter ad decimum collateraliũ
gradum successio extendatur,
vt per omnes, de quibus supra
tamen me ad contrariũ inqui-
rẽdũ impulit, quod hodie apud
nos cõsanguinitas ad quartum
gradum solummodo extendi-
tur, c. non debet, de consang. &
affinit. quo forsan tendit. l.10.ti.
127 4.p.3.& ibi gl.3. Vbi cum agi-
tur de consanguineo sine mã-
dato admittendo; facultas illa
quartum gradum non excedit.
Mouit etiam me nõ parũ autho
ritas Licenciati Didaci de Atiẽ
ça, qui in eo, quod ad leges reco
pilationis collegit repertorio,
inquit, bona intestati, qui nullũ
vsque ad quartum gradum reli
quit hæredem, fisco applicari, et
licet l.12. supra allegata hoc nõ
dicat, vix tamen adduci possũ
vt credam id sine fundamẽto,
aut casuum experientia, tãtum
virum, Regiumque Cõsiliariũ
128 dixisse: existimo igitur, ius hoc
succedendi ab intestato, quar-
tum gradum nõ excedere, hoc
que in stricta disputatione au-
derem defendere, nec me in cõ

trarium mouet Tiraq. in tract.
de retra. lig. §.1.gl.9.nu.24. qui
129 ius retrahendi ad decimũ vsq;
gradum extendit, plura idẽ mo
re suo cumulans, nam potius
pro mea opinione ibi adduci
posset, cum id generale non es
se apud nos testetur: tum etiã;
quia idem ibid. n.4. consangui-
neũ eum solum appellat, qui se
cũdum ius Canonicum cõsan-
guineus est. Præterea licet i' re
trahedi generaliter extẽdam'
ad decimum & millesimũ gra-
dum, adhuc non obstat, cũ ius
retractus, nõ cõsanguineo, sed
familiæ tribuatur. l.7.ti.1.lib.5.
Recopi de Abolẽgo, & in fi. Pa
riente mas cercano, at familia
vsq; in infinitũ extẽditur ad om
nes, qui ex agnatione proditi
sunt. l. pronũtiatio. 195. §. com
muni iure, de verb. sign. Nec dif
ficiliter ad cõcordiam potest re
duci opinio. quæ ad decimũ vs
q; gradum successionem extẽ-
dit, & quæ in ẽ quarto coarctat
gradu huiusmodi successionẽ,
si animaduerta nus. l.3. tit.6. p.
130 4. constitutionem graduum de
iure ciuili ita facere, vt filios se
cũdũ, nepotes autẽ quartũ gra-
dũ cõstituere dicat; & sic de cæ
teris: cum ergo quem ius Cano
nicum, ius Ciuile duplicem
gradum cõstituat, vt expresse
dicitur in c. cũ ad sedem. 2.35.q.
5. parua aut nulla differentia in
ter prędictas successiones quar
ti & decimi gradus inueniri põ
terit,

terit, præsertim si verbum, vsq; cuijdc decimo gradu loquimur, intelligamus secundum verbi naturam, vt excludat dictū decimum gradum, qui secūdum ius Canonicum, quintus diceretur: suaderiq; poterit hæc mea opinio, si animaduertamus, ius hoc, quo fiscus admittitur, non odiosum esse, sed æquum. Et i-
131 ta edicto Prætoris, sicut & cęteri, vocatur fiscus. Tiraq. tract. le mort. 2. p. declarat. 15. n. 14. pluribus etiam iuribus supra adductis confirmatur, nec aliud maius ius consanguinei habent, si *descendentes excludat*, cum e*tiam ascendētes* non nisi iuris Ciuilis fauore admittatur. l. scri-
132 pto, vnde liberi. Quod si aliquādo decedentis voluntas consideretur, qui videtur decedens ab intestato, voluisse propinquos instituere. l. conficiuntur. 8. C. de iure codicillorum, vnde & ab intestato moriens disponere censetur, ita enim loquitur Card. Parisius in rubric. sol. matr. n. 163. & Matienç. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. glos. 14. n. 7. Eadem voluntas & affectio cōsideratur. In eo qui ab intestato succedens nullos habet consanguineos, cum affectio & perpensio semper sit erga naturalem Regem: quin vt experientia docet, propensiores homines sūt erga Regem, quam erga cōsanguineos, presertim longiores, qui fere nūquam de alijs sūt benemeriti, quę ratio me semper mouit, & postea reperi quāplures eadē sentiētes. Bal. scilicet in l. diuortio, n. 1. solut. matr. qui fiscum volūtario successori æquiparat: idem in l. scire 3. C. de bon. vac. li. 10. Guill. in d. c. Raynūtius, de testam. verb. & vxorē, dec. 5. n. 370. Tiraq. le
133 mort. declar. 15. n. 14. ex quibus iam deducitur, cauēdum ab Angelo, qui in §. mariti, inst. de nuptijs, licet se nō bene firmet, existimat, vel vt melius dicam, sentit, non solum consanguineos, sed & affines etiā fiscum excludere, id enim nec iuribus, aut rationibus cōfirmat, nec secundū prædicta inueniri possūt: vnde Tiraq. tract. de retra. lign. gl. 16. §. 1. n. 9. tenet, nō sat esse, vt fis-
134 cus excludatur a bonis vacātibus, si comparens probet se cōmuniter habitum pro cōsāguineo mortui, & tales inter se vocasse, nisi & gradum cōsanguinitatis, vel a cōmuni stipite, vel a primo fratrū gradū probet: quod ex aliquibus exēplis deducit, et patet ad sensum: cū enim qualitas necessaria est ad obtinēdū, eius probatio necessaria est, nec possessio sufficit, vbi titulus est necessarius: in elegāti casu Alc. de præsumptionibus, reg. 2. prędsumpt. 4. cum ex proximitate affectio cōsideretur. Ex qua voluntatis præsumptione deddu citur ratio ad ea quæ supra dixi-
135 mus nu. 117. Nā cum testatoris

voluntas sit causa huius acquisi-
tionis, sequitur necessaria con-
clusio, ad bona allodialia, non su-
biecta hanc successionem non
extendi, cum nec voluntas extendā-
tur, saltem vtiliter, vt fit in cō-
ditione: et latius hoc appare-
bit infra §. proximo à n. 27. Et
licet in iuribus supra allegatis
solum vocentur consanguinei
ascendentes, aut descendentes, aut
collaterales, tamen vltra illos fis-
co praeferuntur, vir in bo-
nis vxoris, et vxor in bonis vi-
ri, l. 1. et toto titul. ff. et C. vnde
vir et vxor, l. 6. tit. 13. p. 5. Guill.
vbi supr. n. 7. Platea in d. l. 1. num. 9.
C. de bon. vac. Lau. q. 239. D. Pe-
rez in l. 20. tit. 19. li. 8. ord. Ma-
tienço in l. 12. li. 5. Rec. gl. 2. n. 1.
et 2. Gutierr. li. 2. pract. q. 113.
Montal. in l. 3. tit. 5. li. 3. fori, gl.
el Rey. Castill. in l. 4. Tauri gl.
parte de sus bienes, vers. sed cō-
trarium, fol. 41. col. 2. et in l. 9.
verb. en la ley, fol. 58. col. 1. et li-
cet contrarium teneat Tell. Fern.
in 3. p. l. 5. Tauri n. 13. ex lege Re-
gia hodierna; tamē eum repro-
bat Matienço vbi supra, et Gu-
tierrez, vt etiam hodie vir et v-
xor excludant fiscum: et licet
stricta disputatione Telli opi-
nio posset forsan defendi, tamē
a tantorum, et tot virorum au-
thoritate et recepta sententia pe-
riculosum esset recedere, prae-
sertim cum legum correctio
euitanda sit, cap. cum expediat,
de electione, et videamus l. 1.
supra adducta, hoc ius inducē-
te, eāq; corrigi nec videmus,
nec ad id facile debeamus indu-
137 ci. Quin et ad legitimam concu-
binam hoc successionis ius ex-
tendit Platea vbi supra, et auth.
de triente et semisse, et idem sen-
tiremus. Sed ex proxime dictis sa-
tis apparet, hoc nullatenus de-
fendi posse, nam si in vxore est
quae contrarium, quanto
magis in concubina, praesertim
cum hodie apud nos nō solum
ex iure Canonico, cum sit in mate-
ria peccati fundatū est, sed etiā ex
iure nostro Regio nō potest da-
ri legitima concubina, nec acces-
sus aliquis, praeterquam ad vxo-
rem approbatur, et ita ius succes-
sionis solum in casibus notatur in
dictis iuribus, in tantum, vt nec
sponsa hoc iure vti possit: id e-
138 nim tenet Platea vbi supra, et
videtur in d. l. penult. ibi: Muger
legitima: legitima autem vxor
non dicitur, nisi post matrimo-
nium legibus contractum: l. si
Senatori 3. ff. de ritu nuptiarū,
et ita dimidium bonorum v-
xori concessum non lucratur
sponsa, vt docet Panormitan. in
cap. ex publico, num. 7. de con-
uersione coniu. Barbatia in ru-
bric. et capit. 1. de sponsalibus,
sentit Palacios Rubios in l. 16.
Tauri numer. 12. Praedicta au-
tem Telli doctrina erit admit-
tenda in alijs casibus, nam prae-
ter consanguineos et virum et
vxorem, nullus alius fiscum ex-
cludet.

cludet, ex pluribus quos enumerat Platea & D.Perez supra
139 relati. Tiraq. in tract. le mort. declarat. 15. an. 10. Matthesil. de succes. ab intest. art. 4 prin. n. 30 Guilliel. d. dec. 5. qui nec paupe ribus fiscum succedere tenet. n. 257. Sed iam hodie, neque Collegium, neque Patronus, aut cęteri similes fiscum excludēt, vt tenet Matien. & Tell. supra relati. Igneus in §. non aliàs. l. necessarios, ad Syll. nu. 445. Tales enim legibus nostri Regni nō vocātur, & ita nullatenus admittendi sunt. Illud autem maiorē
140 posset habere *difficultatem*, an *scilicet fiscus Regius succedere posset Clerico ab intestato defuncto sine consanguineis*: & fiscum Regium, aut Papā non succedere, sed Episcopum pro sua Camera, tenet D. Perez in d. l. 20. tit. 8. lib. 9. ordi. plures allegās. Greg. autem in d. l. pen. glos. 9. ver. del Rey, tenet, Episcopo loci talia bona applicari, vt ipse pro bono vniuersalis Ecclesiæ distribuat, *Platea autem* supra relatus tenet, bona applicari debere Ecclesiæ, cui erant assignati, per l. si quis Presbyter. 20. C. de Episc. & Cleric. vnde Alc. de præsumptionibus reg. 2. pręsumptione 4. ad hoc vt fiscus Ecclesiæ, vel Ecclesia succedat, tenet, non sat esse, Clericū pro tali haberi, ex veste, aut similibus, sed neccessarium esse titulum existimat, qui vbi necessarius est, possessio non proficit, vt supra hoc §. nume. 134.
141 In contrarium vero fiscum secularem tali Clerico succedere, videtur sentire Guillielmus in d. cap. Raynuntius. 1. p. verb. & vxorem nomine, dec. 5. nu. 292. vbi ita esse decisum, tenet Matienço in l. 13. tit. 8. li. 5. Recop. glos. 3. & apud nos id sine dubio videtur ex d. l. qua expresse cautum extat, vt Clerico, sicut & laicis succedatur, siue ex titulo, siue ab intestato: itaque iam hoc, & consuetudine, & iure apud nos seruatur: consuetudo enim sicut & lex ius tribuit, & in Hispania & Frācia recepta est, & custoditur, vt ex pluribus refert Matienço vbi supra glos. 1. n. 1. Nostramq; legem & consuetudinem eleganter defendit Couar. in cap. cum in officijs, de testamentis, num. 9. et expresse in bonis etiā intuitu Ecclesię acquisitis, saltem quoad titulū, Dueñas reg. 339. col. pen. Ad idque adducit extrauagantem quandam Iulij III. et cū successio in bonis Clerici debeat regulari secundum successionem in bonis layci, sequitur necessariò, in Clerico habere locum, quod supra de laico diximus, ex iure eadē ratione fundato, scilicet ex præsumpta illa voluntate, ex qua e-
142 tiam et satisfit aliæ difficultati, quam per transennam tangunt Platea et Guillielmus sæpius

pius relati, an ne bona in alio districtu sita, quam vbi defūctus decedit debeant quęri Principi destrictus, vbi quis moritur, an autē ei in cuius iurisditione bona sita sunt? & cum ex præsumpta volūtate, vt dixi, ius hoc quæratur, vna & eadem volūtas diuidi non potest, nec etiam vnicum ius, quod cum ex morte resultet ei in cuius districtu quis moritur, quęri debent bona. Et
143 quod de bonis vacātibus vnius priuati diximus, idem & de cōmunitate, populo, seu Collegio mortuo dicendum est, cum enim talis comm nitas destruitur, & reprobatur a Principe, bona eius sicut vacantia Principi quęrūtur. Chas. in cōsuet. Burg rubr. 2. des cōfiscat. §. 1. n. 20. casu 17. Sed meo videri, idem & melius dicetur, cū totaliter anihilatur cōmunitas, ita vt refici non possit, tunc enim propriè mori dicerentur, item & bona vacare, quod aliàs nō posset cōtingere. Ex eadē etiā præsūpta volūtate decedentis inferri etiā
144 poterit ad quæstionem, an in huiusmodi bonis vacātibus necessaria sit aditio, vt hæc bona fisco adquirantur, & in fisco necessariam non esse aditionem, tenet glos. in l. 1. ver. vendicandas. C. de bon. vacant. & D. Perez supra relatus, sed quoad nostrum de bonis vacantibus tractatum, contraria opinio verior est, aditionem scilicet requiri,
145 vt tenet glos. in d. l. 1. ver. ex permissu, gl. in l. 1. ver. an bona, de iur. fis. Platea in d. l. 1. C. de bon. vac. n. 4. Bart. n. 7. Quod vel ex eo confirmatur, nam cū ex præsumpta defuncti volūntate fisco, vt diximus, huiusmodi bona quęrantur, quemadmodum & alias hæredibus ab intestato, consequens est necessarium, vt eodem modo quo consanguineis, et fisco quoque quęrātur.
146 Facit et preterea, nā vt omnes supra relati tenent proclauma debet fieri, et ita demū fisco bona acquiruntur, si cōnstet, nullū alium hæredem esse, vt præter alios notat D. Perez. ergo non statim et absolute fisco acquiruntur. Cōfirmatur præterea alio fortiori fundamento, nam
147 fiscus excluditur a petitione horum bonorum vacantium post denuntiationem quatuor annis. l. 1. §. diuus, de iur. fis. l. intra quatuor. ₁o. de diu. et temp. prescrip gl. in l. in omnibus, eod. ti. Chas. in d. rubr. des cōfisc. in cō suet. Burg. nu. 10. Laud. q. 243. Platea et cęteri supra relati, dixi supra gl. 16. n. 171. ante denūtiationē autem viginti annis præscribitur. d. l. in omnibus. l. 1. §. præscribitur, de iur. fisc. at certum est bona fisci præscriptibilia, non minori tempore, quam quadraginta annorum præscri bi. l. omnes. C. de præsc. 30. vel 40. ann. l. 7. tit. 26. part. 3. ergo huiusmodi bona ante aditionē non

non possunt dici fiscalia: confirmatur præterea hæc pars ex ipsius vocabuli etymologia non enim possent dici huiusmodi bona vacantia, nisi aliquo tempore in nulli⁹ bonis esset, quod non potest alio tempore quam post mortem domini, & ante aditionem fisci: si enim statim post mortem domini fisco quęrerentur, nunquã appellari possent vacantia, et ita lat planè cõstat, aditionem in his bonis requiri. quę qualiter fieri debeat, videbis intra glos. 34. §. 7.

§.10. Cõfiscationes.

148 *Bona confiscata a bonis vacantibus distinguũtur.*

149 *Is confiscandi maximi imperij est.*

150 *Casus confiscationum de iure veteri remissiue.*

151 *De iure nouo ex tribus delictis confiscatio fit.*

152 *De iure Francorum pœnam mortis semper confiscatio comitatur.*

Confiscatio non potest fieri, nisi de mandato Principis.

153 *Confiscatio fit ipso iure.*

154 *In vacantibus necessaria est aditio, non in confiscatione.*

155 *Fiscus habetur loco hæredis in confiscatis, sed non hæres.*

Fiscus succedit non per repræsentationem, sed per anihilationem personæ.

156 *Fiscus non tenetur intra annum alere vxorem condemnati.*

157 *Fiscus, nec officiales bona delinquẽtis non inuadunt, possessa autem recte detinent.*

158 *Vendicat fiscus alienata ante sententiam declaratoriã. tutor perdit decimã a die malæ administrationis.*

Sententia trahitur ad præterita.

159 *Exemplificat ex facti contingentia.*

160 *Ex aduerso semel sententiatum.*

151 *Delinquens in foro conscientia tenetur bona fisco restituere. & confirmatur latè a num. 154.*

162 *Testari non potest.*

163 *Non tenetur restituere in foro conscientia.*

164 *Verbum Ipso iure efficit factum nõ requiri.*

165 *Hæres qui scit hæreticum defunctũ, non præscribit.*

165 *Licèt executio differatur, ius quasitum fuit.*

167 *Ius humanum pendet a diuino.*

168 *Legibus exprimitur obligatio in cõscientia.*

169 *Verbum, ipso facto, quid significet.*

170 *Dilatio executionis non impedit dominij translationem.*

171 *Casus hæresis, Ecclesiastici fori est*

172 *Cum lex ipso iure disponit, statim executio fit eorum quæ iuris sũt, quod exemplis comprobatur.*

Filij statim liberantur a patris potestate.

Clericus Sodomita statim est suspensus.

Fellonia qua feudum amittitur, ad filium transit.

173 *Regulariter quis non exequitur pœnam contra se.*

Pœna

174 Pœna debet cōmensurari delicto.
175 Ratione mortis vitandæ poßet dif ferri restitutio in duobus delictis.
176 In crimine læsæ Maiestatis pater te stificatur contra filium & sunt alia specialia infra n. 330.
177 Poßeßio ciuilis sine apprehensione transit.
178 Cum confiscatio non fit ipso iure, ad ministratio non interdicitur.
179 Leges ante probationem sunt.
180 Simancæ solutio reprobatur.
181 Confiscatio cōsideratur tempore de licti.
182 Consideratur tempus sententiæ.
183 Si bona soluendo non sunt, pot est fis cus abstinere.
184 Fiscus non est loco filij.
Ex confiscatione tertio non fit præ iudicium.
185 Bona hæreticorum filijs relinquen da secundum aliquos.
186 In crimine læsæ maiestatis bona om nia confiscanda.
187 A fortiori idem in crimine hæresis.
188 Filios bonis priuandos iuribus & ra tionibus comprobatur.
189 Pœna contra filios ad filias non ex tenditur.
190 Filiæ bannitorum non excluduntur de ciuitate.
Mitius punitur mulier, quam vir.
191 De iure filia etiam priuatur bonis, secus ex gratia.
192 Pœna infamiæ transit in filias.
193 Filius nihil habet in bonis matris de portatæ.
194 Peculium an confiscetur, nu. seq.
Peculium quid sit, & duobus seq.
197 Quadruplex est peculium.

198 Triplex peculium constituit lex Par tita.
199 Quid sit quodlibet peculium.
200 Ex delicto patris peculium profecti tium confiscatur.
201 In his delictis amittitur patria pote stas.
202 Dos profectitia non confiscatur ex delicto patris.
203 Ex delicto filij non confiscatur pecu lium profectitium.
204 Ex peculio aduentitio ex delicto pa tris, vel filij, vel vsus fructus, vel proprietas amittitur.
205 Castrense peculiū filij proprium est, quod multis argumētis cōprobatur.
206 Peculiū castrense, ob filij delictum non confiscatur.
207 Castrense & profectitium peculiū æquiparāt aliqui.
208 Confirmatio prioris partis.
209 Solutio antiquorū ad l. 3. refellitur.
210 Peculium confiscatur aliquando.
211 Solutio Canteræ refellitur.
212 De iure communi deportatio nō fie bat sine bonorū cōfiscatione.
213 Pater non habet peculium, sed actio nem.
214 Peculium non semper confiscatur.
215 In atrocissimis peculium cōfiscatur, non alias.
216 Maritus dicitur dominus dotis.
217 Dos nō confiscatur ob viri delictū.
218 Nisi cū hæretico scienter contraxit.
219 Vxor tenetur reuelare maritum hæ reticum.
Sed non reuelās non amittit dotem
220 Vxor sequendo maritum hæreticū, non amittit dotem.
221 Veram dotem, non fraudulenter cō fessatam.

Cum

Fiscus

Admotio

pœna, & quis dicatur effractor.
401 Sigillum Regium fraudantis pœna.
402 Mulieris cognitæ per alterius sectæ virum, pœna, & nu. seq.
403 Iudæi Christianam mulierem cognoscentis pœna.
404 Morientis sine Pœnitentiæ Sacramento pœna.
405 Falsans sigillum Prælati, vel Papæ qua pœna puniatur.
406 Fabricantis monetæ falsæ, pœna.
407 Vulnerans cum sagitta.
408 Receptans aleatorem.
409 Vulnerans causa depredationis.
410 Impediens executionē sententiæ.
411 Adducens mulierem nuptam per Lupanaria.
412 Extrahēs tormenta in rixa, & quæ dicatur rixa.
413 Occidens parantem domum Regi.
414 Adunans homines causa maleficij.
415 Insapiens hæresim.
416 Incestuosus dicitur quasi hæreticus, & de eius pœna.
417 Vsurarij pœna quæ sit.

DE AMISSIONE TERTIÆ partis bonorum.

418 Committens vim priuatam, tertiam bonorum partem amittit.
419 Inquietans funus alterius.
420 Vtens publica pecunia.

PVBLICATVR RES.

421 Hæreditas quæ aufertur ab indigno, & indignitatis casus statim.
422 Occidens defunctum efficitur indignus.
423 Vxor procurans mariti mortē, quid quid ab eo habet perdit.
424 Accommodans fidem defuncto de restituendo incapaci.
425 Non adhibens medicos defuncto.
426 Hæres institutus per metum.
427 Prohibens testari defunctum, hæreditate priuatur.
428 Cōcubina cum qua nō potest matrimoniū cōtrahi, relinqui nil potest.
429 Miles nil relinquere potest ei quam stuprauit.
430 Hæres non potest hæreditatem adire, non vindicata nece defuncti.
431 An hodie hæres possit pacē cum defuncto facere.
432 Lex eadem potest diuersis respectibus diuerse intelligi.
433 Hæres non tenetur remissionem ab occiso factam sequi.
434 Patronus tenetur deferre mortē liberti suspecto decēdentis. Alij indignitatis casus remissiue.
435 Domus confiscatur, in qua luditur Azardum.
436 Res cadēs in commissum fisco applicatur.
437 Plantatæ arbores circa aquæ ductū & prædium publicatur.
438 Naues vel plaustra occultata, ne respublica eis vtatur, publicatur.
439 Rem litigiosam alienans, & re, & pretio priuatur.
440 Deferens & non probans, ad tātundem fisco tenetur.
441 Legatū falsum dicens eo priuatur.
442 Contrahens incestas nuptias, quid. quid ob eā causam habuit amittit.
443 Limitatur & ampliatur.
444 Qui in crimen Maiestatis incidit, nil potest petere.

Miles

DE CONFISCATIONE.

Sequens §. omnium huiusgl. maximus vtilissimam confiscationum materiam continet, & in eo præterea, quæ ad commodum pecuniarium attinẽt, aliquã etiam maximorum delictorum materiam, læsæ scilicet maiestatis, diuinæ & humanæ, sodomiæ item continebit. Ante omnia igitur illud est animaduertendum, huius §. materiã
148 omnino distingui ab ea, quam superiori proximo §. tractabimus: nam licet aliqui bona vacantia cum confiscatis bonis permisceant, longe distant, diuersumque ius in vtrisque constituendum est, vt constituitur 1. tom. comm. opin. in collectis ex Iulio Claro per Raymundum Pium, verb. fiscus el 1. fol. mihi 539. Apparebitque facili' ex dictis superiori §. & in hoc § dicendis intuenti: cũ ergo quod ad hunc tractatum attinet, de bonis vacantibus fuerit sermo, nunc de confiscatione expedit
149 tractare. Scire igitur in primis oportet, ius confiscandi maximi imperij esse, ita vt non nisi summus Princeps, vel de eius mandato decerni possit. Chass. in cõsuet. Burg. rubr. 2 des confiscations, in princ. Iulius Clar. li. 3. receptarum. §. fi. q. 78 n. 5.

Capicius

Capicius dec.130 n.40.l.5.tit. 31.p.7.& alij in diſcurſu huius §.referẽdi. Quibus autem caſi

150 b⁹ hæc cõfiſcationis pœna impoſita fuerit, enumerare penè eſſet impoſsibile, ſi ius cõmune antiquũ animaduertas, & enumeratos per Chaſ. vbi ſup. §. 1.a n.20. Iul. Clar. lib.5. receptarum. §.fi.q.78.& 79.& Cap. vbi ſupr. Cephal. cõſ.79.n. 2.& 29.1.tom. Et pro hac etiã parte adduci poteſt.l. bona. 39. in prin. de iur. fiſc.& tot.tit. 26. li. 8.Rec. Sed ex nouo iure, & auth

151 bona damnatorũ, ad duplex de lictum, Maieſtatis læſæ, diuinę ſcilicet, vel humanæ, id reſtringũt ſupra relati, & qui Hiſpanũ ius profitemur, meli⁹ poſſem⁹ dicere, in tribus ſolũ modo delictis cõfiſcationẽ induci ipſo iure, in illis, ſcilicet duobus diuinæ vel humanæ Maieſtatis læſę, item & in tertio Sodomiæ, ſcilicet ei æquiparato, ex pragmatica Catholicorũ Regũ bonę memoriæ enumerãtur autẽ hęc tria delicta gl.3.ve. deſpues in l.16.tit.1.p.6.& l.4. Tauri, & ibi Caſtil. ver. ſus bienes. Auẽd. de eorũ æquiparatione, tractat 31. Neque quis mihi obijciat de eo qui ſibi mortem cõſciuit, aut de Agareno Granatẽſi, qui Mauors ſecum per dictũ Regnũ ducit, de quo loquitur. l.16. tit.26.li.8.Rec. Hos enim caſus facile ad ſupradicta capita reducã, vt infra apparebit, vnde prędicta confiſcationis pœna ad hæc tria capita reducitur: de hæreſi enim eſt.ca. cum ſecũdũ leges, de hęr.li.6.l. Manichæos, cum alijs, C. de hæret.l.1. titu.3. lib.8.Rec. De crimine vero læſæ Maieſtatis humanæ. l. quiſquis, cũ alijs. C. ad l. Iul. Mai.l. 4.tit.2.p.7.& de quolibet horũ criminũ plures ſunt integri tractatus, & quoad ius, & DD. qui de eorũ quolibet loquuntur, æqualiter procedũt, ternum autẽ Sodomię crimẽ eis duobus aſsimilatur, ex Catholicorũ Regũ pragmatica, quę eſt.l.1.ti.21.li. 8.Rec Et ita quoad ius cõfiſcationis, dictũ in vno, et in cęteris dictum intelligitur, et ſimul de eis omnibus loquemur. Ex quo

152 iam intelliges ceſsare apud nos ius Frãcorum, quod forſan ex cõmuni iure deduxerũt, vt ſcilicet pœnam mortis ſemper bonorũ confiſcatio, et publicatio comitetur, vt colligitur ex dicto Francorum iure relato per Chaſ. in d. rub. des confiſcationes: id enim apud nos non obtinet: ita ad naturalẽ mortem cõdemnatus, bona non amittit, imo et de eis, ſicut alius quilibet poteſt libere teſtari. l.3. tit. 4. lib.5. Rec. et reuocare vnum, et facere aliud teſtamentum. Telius Fernandez in l.4. Tauri num.2. Nec facile admitti debet bonorum cõfiſcatio, cũ nõ niſi principis iuſſu fieri poſſit, vt probãt ſupra relati num.149.

et l.

& l.5.tit.31.p.7. Nec eã vnquã, nisi in c sibus a iure expressis
153 imponi vidi. Illud autem certu est, in his delictis confiscationẽ, & incorporationem bonoru a die cõmissi delicti fieri, probat d.c.cum secũdum leges, & cætera iura adducta supra n. 245. Ioann. Andr. Anch. & Philipp. Francus in d.c. cum secundum, Alc. in c.1.n.74 de offi.ord. Cãtera quæst. crim. de quæstione tangente punitione &.c. 1.n.4. fol.373. Montal. in Repert. ver. pœna seu calũnia fol.83. Coua. in 4.2.p.c.6.§ 8.n.7. & alij statim referendi, probant præter prædicta iura. l. inter claras. C. de summa Trin. auth. Gazaros de heret. l.2. tit.2.p.7. li.10. ti.9. lib.5. Recop. d.l.1. tit.21. libr. 8.
154 Recop. Ex quo iã apparet, quã supra tetigimus differẽtiã, vt aliter sit statuendum de bonis vacantibus: aliter autem de bonis confiscatis, in vacantibus enim aditio necessaria est, vt vidisti supra §. proximo, a nu. 138. Hęc autem confiscata bona sine additione transferũtur, & incorporãtur fisco, vt notat Bartol. in l. 1. §. an bona, de iur. fisc. Platea in d.l.1. C. de bon. vacan. Tiraq. tract. le mort. 2.p. decla. 15.n.20. vidisti supra nu. proximo, et infra in sequenti, et in
155 multis. Et licet fiscus in his bonis habeatur loco hæredis. Bar. in l. capitis n. 2. de fideiussoribus, et in l. non intelligitur.3.§. cum ex causa, de iur. fisc. nu. 1 et actiones ipso iure confundi, existimet Paulus consi.209. 2. p. tamen non est fiscus propriè hæres, nec per omnia loco hęredis habetur. Bar. in l. si cõstãte. §. si bona. n 2. sol. mat. et in l. inter eos. §. boni damnati, n. 3. de fideiussorib. Salic. in l. bona.1.n.1. C. de don. int. vir. Tiraq. tract. le mort. p. 2. declarat. 15. per totam, et n.17. et 18. et vt inquit Chass. in consuetu. d. tit. des confiscationes. §.1. verb et
156 aparient. n.9. Fiscus non succedit in confiscatione per repræsentationem, sed per anihilatione personæ: quod inter alia ad singulare dictum deducit Castillo in l.4. Tauri, gl. de confiscar, in additione, post mediũ, vt scilicet licet hæres defuncti teneatur vxorem alere intra annum: ad id tamen non tenetur Fiscus, si bona mariti confiscẽtur, vt videbis infra hoc §. num. 239. Sed vt reuertamur, vnde digressi sumus, certũ est bona ipso iure fisco acquiri, l.1. §. an bona. de iur. fis. Clarus §. sodomia
157 n.9. et cęteri supra relati, et licet Fiscus bona inuadere non possit, vt docet Igneus in d. §. non alias. l. necessarios ad Syllania. num. 594. nec officiales capere non possint sine sententia, et mandato iudicis, vt per Castillum et Montaluum vbi proxime. Peregrinum de fisco li.5. ti. 1.n.140. et li.7. tit.3. n.9. videtur l. pro-

l. prohibitum. 5. C. de iur. fisci. lib. 10. Did. Per. in l. 5. tit. 12. lib. 2. ordin. glo. verb. meriere manos. Tamen si ex aliqua causa, ante condemnationẽ, siue (vt melius loquar) declarationem fiscus bona talis delinquẽtis occupat, recte detinet, docet Castr. de potest. leg. pen. lib. 2. c. 5. fol. mihi 137. estque pro eo. l. de pensionis facult. s. 7. C. de iur. fis. lib. 10. Hoc autem in tantũ verum est, vt etiam bona alienata post delictum commissũ, etiam ante sententiam declaratoriam vindicare potest, etiam pretio nullo soluto, docet Montalu. in dict. vers. pœna seu ca-
158 lumnia. Couar. in 4. 2. par. c. 6. §. 8. à num. 7. Tiraq. in tract. le mort. 2. par. declar. 15. à nu. 20. Clar. §. fin. q 78. nu. 18. Mier. de maiorat. 4. par. q. 23. num. 71. & 72. Gregor. glo. 2. & 3. l. 4. ti. 2. par. 7. plures etiam pro hac parte tenentes contrariũ, refert Pinel. 2. par. l. 2. C. de rescind. c. 4. nu. 73. Quemad. q. 7. & alijs: & fiscum agere posse remedijs reuocatorijs, tenet Peregr. de fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 185. nisi in solutũ darentur: hoc enim facere potest talis delinquens, Bar. in l. si debitor. de fideiussor. Syluest. verb. donatio. 1. nu. 13. de quo & videbis infra num. 309. & sequent. quin in alijs terminis scilicet in tutore male administ. à te, vt scilicet à die malæ administrationis salarium amittat, siue decimam, etsi multo post accusetur, aut sententia feratur docet Baeç. de deci. tutor. cap. 13. à n. 19. & ita á fortiori in nostris terminis, in his scilicet grauissimis delictis constitutũ est, & à nemine, quod sciã, hodie
159 dubitatur, sed quocunq; tẽpore lata sẽtẽtia ad anteriora tẽpora trahitur, & ego iã in alijs quo casu practicaui in hac Argentina Cancellaria, etiã in minus grauib' terminis: cũ enim quidã creditor debitorẽ fugiẽte persõ quereretur, cum mãdato de exequendo, ipsumque inueniens lictor, aut aliguazilus, qui cũ comitabatur, bona omnia secũ duceret ad populũ de Potosi inuentæ fuerunt quędã aureæ catenæ, ex quibus quintũ Regi debitũ solutũ non erat, & ita denuntiatæ fuerũt, & creditor opponebat se ante pœnã esse, ex vulgari regula, pœnis fiscalibus, &c. & sine pretio earũ catenarũ sibi integre nõ posse solui: ego autẽ ex aduerso dicebã, à me rẽpersequi, ab eo autem personam, quia simul atq; dictę catenæ factæ fuerant, vel aurũ exijt locum auri fodinarũ, sine quinti solutione, statim in cõmissũ inciderũt, & fisci fuerũt: & ita obtinui, & Cameræ Regiæ dictas aureas catenas pertinere declaratũ fuit. Bene etiã
160 verũ scio, in vno casu cõtra dictã cõmunẽ opinionem iudicatũ: cũ enim quidã de heresi fuisset

set damnatus in Sancto Officio Inquisitionis Hispalēsi, qui tēpore capturæ mercator publicus erat, & tabernā habebat: cū ergo declaratus esset in hæresim incidisse multo ante capturā, causa bonorū ad Didacū de Alfaro meū venerādū semper patrē delata fuit, & multi creditores apparuerūt, sibi debita solui prætendentes: ex parte autē fisci opponebatur, post crimen cōmissū illa debita cōtraxisse, at illo tēpore bona iā fisco delata & acquisita obligare nō potuisse: ex aduerso autē creditores allegabāt, mercaturæ exercitiū d. cōdēnato, ac propterea fisco vtile nimis fuisse, & multū fuisse lucratū ex illa negotiatione, & eā vnicā fuisse, & indiuisam, & nō posse fiscū debitorū dicti cōdēnati nomina velle persequi, itē & cætera lucra habere, creditoribus autē nō soluere, & hac de causa pater meus regiū fiscū ad soluendū dictis creditoribus cōdemnauit, eius autē sententia à dñis Regij Consilij sanctæ Inquisitionis cōfirmata fuit, quod æquitate quidem maxima subnititur, aliàs autē communis sentētia verissima est. nec quis mihi obijciat iniquū esse, bona fide contrahentē, & re & pretio priuari, sibi enim id imputare debet cōtrahens, qui vel scit, vel scire debet cōditionē illius, quocū cōtrahit. Ex supradicta autē cōmuni resolutione & alia quæstio deciditur, in tantū scilicet verū esse, fisco statim bona acquiri in his tribus delictis, in quibus loquimur, vt quodlibet eorū cōmittens, statim in foro cōsciētiæ teneatur, bona sua, tāquā fiscalia fisco restituere. quod tenet Conrad. li. de contract. q. 7. Lud. Gom. ca. 1. de rescrip. lib. 6 n. 9. Castr. li. 2. de iust. hęret. punit. c. 6. Abb. & Felin. in c. 1. de const. & plures alij relati à Tiraq. in l. si vnquā. C. de reu. don. n. 236. Chassan. in consuet. Burg. rub. 2. des confiscations, §. 1. ver. & apartient la confiscacion. n. 6. fo. 94. & ita eos testari non posse, tenet Chassān. vbi supra, rubr. 7. des succesions. §. 3. ver. a faire testament. num. 6. Guilliel. in cap. Raynuntius. verb. mortuo itaque testatore. el 1. n. 133. Tellus in l. 4. Tau. n. 34. & 35. Auēda. in diction. verb. sodomia.

161

162

Contrariam autem sententiā, imo nullū quēlibet horum, vel alio etiam crimine irretitū, cū maius nullū sit teneri in foro conscientiæ bona sua fisco restituere, sed potius ea posse retinere vsq; ad sentētiā, tenet Syluest. ver. hęresis. el 1. n. 13. Adr. & Victor. & alij ibi relati. Did. Per. in l. 1. tit. 7. lib. 8. ord. glo. 1. in fin. & in l. fi. tit. 3. lib. 2. gl. fin. Simanc. de Catholic. instituti. cap. 9. num. 27. Couar. in 4. 2. p. cap. 6. §. 8. nu. 10. & per eos alij multi, tam ex Theologis, quā ex Iu-

163

ex iurisperitis enumerantur, & licét inter tantorũ patrũ autoritaté, meã non debere ingerere sententiam, vt assumpto instituto satisfaciã, quid sentiã explicare non dubitabo: & licet, sicasus eueniret, forsan magis ęquã amplecterer opinionem, cũ aliud esset impossibile, tamẽ tutioré in conscientia esse, primã opinioné nulli dubium videri posset, eam etiam in stricta disputatione defendere nõ dubito, & ita affirmatiuã parté asserere, scilicèt tali crimine irretitũ, in foro conscientię restituere bona fisco, tanquã fiscalia teneri, pro qua parte inductione
164 non indigent iura supra n.151. adducta, & cętera, quæ hucusq; adduximus, quibus manifestè probatur ipso iure in fiscũ trãsire dominiũ rerũ talis delinquẽtis. verbi autẽ, ipso iure, ea est vis, vt nil aliud, nec extraneum actum ad sui consummationẽ requirat, laté Tiraqu. in l. si vnquã. C. de reu. don. ver. reuertatur. n. 180 sensit Mier. de maior. 1. p. q. 1. n. 60. Ergó sine aliquo extrinseco actu fiscus dñus fit taliũ bonorũ, et per cõmissioné horũ delictorũ est dñus fiscus, ergo delinquẽs tenetur in consciẽtia restituere, non enim differt aliena inuadere, vel iniustè retinere. c. sæpe. de rest. spo. & quemadmodum quilibet rei alienæ possessor, & hic delinquens tenetur.

165 Facit & secundo pro hac parte. c. 2. de præscrip. lib 6. vbi hæredes hæretici, qui norunt hæresim commissam á defuncto, nunquã pręscribere possunt: ergó id fit ex scientia rei alienæ; hi enim titulũ habent pro hærede, etsi bonã fidem haberent, nil dubiũ, quin præscriberent, vt in toto tit. de præscriptio. ergo præscriptio impeditur ex mala fide: mala autem fides nõ nisi ex scientia rei alienæ inducitur, quo argumento satis patet, huiusmodi res post delictũ cõmissum, iam non primi possessoris, sed fisci esse, mihiquè hæc duo argumenta sufficiũt, licèt alia adduxerit Castr. relatus à Simanc. vbi supra. n. 45. quib'
166 idẽ satisfacere conatur numeris seqq. & quę conducibilia videntur ad nostrũ propositum, dũ Simanc. argumentis respondimus, adducemus. Sed his argumentis Simãcas satisfacere conatur, & in contrariũ arguere, in hunc modũ: Si aliquo iure opinio affirmatiua procedit, id quidẽ est iure positiuo: sed nullum iustale est, cũ c. cũ secũdũ leges, & cętera supra adducta n. 151. impediant executioné ante sententiã: ergo non est ius aliquod pro hac parte, & sic destruitur hæc pars, ex vulgari regula, authen. de trien. & semis. §. consideremus. Erubescimus enim, cum sine lege loquimur: at huic argumento respondere

facile possumus, ex supradictis n. 164. & ante & post latissime: nam licet executio differatur, ius sané acquisitũ fuit, vt supra probauimus. Si ergo ius fuit obligatio perinde in conscientia, nec difficile erit ostendere, hanc in conscientia obligationẽ induci posse, si animaduertamus, ius humanũ à diuino iure procedere, Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legũ conditores iusta decernũt. c. si iustæ. 37. dist. l. fin. C. de præscr. long. temp. l. 1. §. sed neque. C. de vete. iur. enu. auth. vt hi qui se per hi. hab. res min. Vnde qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & eis debemus subijci: 1 Petr. 2. & 1. Reg. 8: & alibi sępe,
168 vt retulimus in glo. 9. præcipue n. 5. defendit late Castr. relatus à Simanc. Castro inquã de potestat. leg. pœna. lib. 2. c. 4. vnde quæ circa hoc inuoluit Simanc. vbi supra nu. 44. non multũ obstant, præter quàm quod videmus aliquibus legibus aliqua præcipi, ita vt contrauenientes in foro conscientiæ teneantur, vt refert idem Simanc. n. 31. & est expressa l. fin. tit. 3. lib. 2. Ordi. & l. 4. tit. fin. eod. lib. & alibi. Quod etiam considerandum ibi est, nã verbum, ipso iure. & verbũ, in foro conscientię conuertuntur, nec credendi sunt, Reges nostri dictũ verbũ, in foro conscientiæ, dixisse, nisi de doctissimorum virorum sibi astantiũ consilio & sententia id posse facere existimarent: at cũ de potestate id fit, nõ facilè est de Principis potestate disputãdũ. l. instar sacrilegij. de crim. sacril. De voluntate autẽ nulla potest oriri dubitatio, cũ d. c. cùm secundùm leges. & cętera supra adducta iura, verbũ, ipso iure, vel, ipso facto, addant magis ad energiã exprimendam, va- 169
lentemq; & determinatũ animum, quã quod necesse sit, vt docet Tiraq. in d. l. si vnquã. verbo, reuertatur. C. de reu. do. n. 185. quare iure optimo Mier. d. tract. de maiora. 1. p. q. 1. n. 61. dissentit à Simanc. vbi supra n. 56. qui vim eorũ verborum cõtra propriam eorum significationem coarctare contendit, & præterquã quod est expressa l. fin. tit. 3. lib. 2. Ordin. ibi: Ipso iure, de tal manera, que estẽ obligados en conciencia, vbi apertissime hi termini conuertuntur, vt aliquid verbum, ipso iure, operetur, aliquaq; differentia constituatur inter iura latæ & ferendæ sentẽtiæ, vt à Simã- 170
cas opinione diuertamus, necesse est, neque interest, executionem post sententiam relinqui, in dict. cap. cùm secundũ leges. & l. defensionis facultas. 7. C. de iur. fis. lib. 10. nã id non impedit dominij translationẽ, ius enim sine actu corporeo trãsfertur. l. cũ hæred. 23. de acquirend. poss. & acquisitio plena

na non fit ex ignorãtia iuris cõ
petentis: non enim deficit ius,
sed probatio, vt aliás l. duo sũt
Titij. de testamen. tutel. lex e-
nim dispones certa semper est,
licèt nos incerti eam non exe-
quamur: quin etiam si certi su-
mus, ratione rixæ vitandæ, a-
criter lex prohibet, nequis rem
suã absq; sententia & iudicis au
toritate capiat. l. si quis in tantã,
cũ vulgar. C. vnde vi. Ergò aper
tè in d. c. hæc opinio probatur,
nec executionis dilatio iuris ac
quisitionem tollit: quod & sen
tit Castr. & fatetur Simanc. n.
65. & 66. Nec quod de Papæ po
171 testate ibi cõmemorat, aliqua-
tenus mouet, cum casus hære-
sis ad Ecclesiasticum tribunal
spectet, & in hoc casu iudex ec
clesiasticus omnẽ in laicos po-
testatem habeat, præterquam
quod leges ciuiles in hoc casu
iuri Canonico cõsonant, vt su
pra diximus. Confirmatur etiã
hæc pars, nã in omnibus quæ iu
ris sunt, statim à die cõmisi de
licti, executio facta videtur, nã
filij statim liberãtur à patria po-
testate. cap. 2. §. fin. de hæretic.
172 lib. 6. Et clericus sodomita sta-
tim est suspensus, ita vt cele-
brans efficiatur irregularis, vt
ex communi, & additione ad
Bernard. Diaz in pract. crim. c.
80. refert Clar. in §. sodomia.
n. 5. & fellonia, qua feudũ amit
titur ipso iure, etiam ad hæredẽ
transit, quia secum trahit exe-
179 cutionem, Capic. decis. 130. n.
16. & fructus etiam statim de-
linquentẽ amittere, docet Tel.
in l. 4. Taur. num. 45. & ante &
post aliqua congerit de amis-
sione bonorum, & alia passim
in huius partis confirmationẽ
adduci possunt: in tantũ autem
prædicta procedunt, vt etiam
res, in quibus alius habet ius,
transeant in fiscum, vide rebus
venditis & non traditis tenet
Petr. Raben. singul. 122. quid-
quid enim in bonis delinquen
tis est tẽpore delicti, fisco quæ-
ritur, non quod postea euenit;
vt videbis infra nu. 182. ex quo
cautellam ad fiscum decipien-
dum colligit Hipp. sing. 316. &
ex supra dictis responderi po-
173 test nu. 31. & 32. Simanc. Nam
licet pœnæ regulariter non de
beantur in foro conscientiæ,
nec quis teneatur pœnã contra
se exequi, id fit, quia nec regu-
lariter leges id voluerũt statue
re: quod secus est in nostro casu
ex supra dictis, præterquã quod
in nris terminis iã nõ pœna, sed
res propria fisci est: multũ enim
differunt, esse quid mihi debi-
tũ, aut meũ esse: vidisti supra in
prin. glo. n. 3. Nec mirũ, aut ex-
orbitans hoc videri debet, qđ
de his delictis diximus: cũ enim
174 pœna delicto debeat cõmensu
rari. l. aut facta, de pœn. corre-
latiua enim sunt culpa & pœna:
cũ enim post sentẽtiã in leuio-
ribus criminibus bona veniãt

confiscanda, vt in l. 15. tit. 16. lib. 8. Recop. quin & ante sententiam in crimine incestus, si credendus est Tell. Ferdin. in l. 4. Tauri num. 40. Et ex alijs causis pars bonorum, vt videbis infra hac glo. à nu. 393. quin res simul atque in commissum incidunt, vt vidisti supra §. 3. nu. 65 & hoc §. nu. 15 . in atrocissimis, qualia sunt, de quibus nobis est sermo: nil mirum, si in modo pœna augeatur, & incorporatio sententiam aut condemnationem non spectet, imo id rationi maxime & iuri conuenit, vt quemadmodum delictũ grauitate, ita & pœna in modo à cæteris differat, & licèt nemo nisi conuictus debeat condemnari, vt Simanc. num. 3 . existimat. Idem in executione in nostro casu seruatur, quoad exterius forum: sed cum committẽti interius delictum pateat, tã graueq; sit, statim in interiori iudicio reus obligatur: ad 34. autem & 35. Simanc. numeros relatos, quod & si prodere nemo teneatur, & ita forsan in delicto Maiestatis humanæ læsæ, & sodomiæ ratione mortis vitandæ, aut infamię posset differri restitutio, nisi ea posset fieri cõmoditate, vt alias pœnã vitaret, nõ tamẽ ita ab ea quis liberaretur, vt ad solutionẽ nõ teneretur, data cõmoditate, & cessante dicto periculo: at in crimine hæresis, de quo Simanc. & cæteri loquuntur, non video quomodo excusari posset, cũ ratione peccati omnino debeat pœnitere, vt tradit Cant. q. crim. in quæstionibus tangentibus reũ. q. 6. n. 3. fo. 84. Pœnitẽtia autẽ in hoc casu Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vtpote Apostolicæ Sedis legatis reseruata sit: hocq; magis miror in cõtraria resolutione. Neq; quæ enumerat Simanc. à nu. 36. vsq; ad 40. quæ sibi absurda videretur, me mouent: hic nãq; ex enormitate criminis, & ratione publicæ vtilitatis, & ad tuitionẽ, & ad instantiã Principis id fit, quẽadmodũ & alia plura specialia, quæ hisce criminibus tribuũtur, & illud, vt patet, testificetur contra filiũ, & è conuerso, quod latè probat Nauar. in cap. inter verba. 11 q 3. corolla. 65. nu. 824. & alia quę enumerãtur supra relati, præsertim Capic. decis. 130. & vide infra nu. 330. Nec Simanc. plenè satisfacit cæteris argumẽtis, quæ pro sua opinione adducit Castro, nã præterquã quod d. ca. sæpe. de præscrip. nõ satisfacit, quod ibi dicitur, dominium scilicet in fiscum transire non posse, nisi certo modo à iure inducto, actibus scilicèt corporalibus, ex vulgari regula l. traditionis. de acquirendo rerum dominio. id quidem de naturali possessione & dominio pleno intelligi debet, at dominij ius, & possessio

175 (left margin, beside "nari, vt Simanc.")

176 (beside "ria resolutione")

177 (beside "de præscrip.")

Possessio ciuilis, etiam sine apprehensione transmitti potest, vt apud nos est l.8.9.& 10.titu. 7.libr.5.Recopil.& de iure Fraciæ scripsit Tiraquel in tracta. le mort. Et si id ibi fit ratione publicæ vtilitatis maiori ratione id in nostro casu dabitur, cùm & eadem publica vtilitas, & punitio delictorum versetur, quin & si fateremur, dominium nondum quæsitum fisco, sed ius ad rem, vt voluit Simancas numero.41.& 58. illud ita magnum est, vt cùm mala fide præscribi non possit: & ita militat Castri ratio, ne scilicèt possit retinere: ac proptereà non satisfit prędictę difficultati: Argumentum autem num.64. ablatum, dicta l. Aufertur. § in reatu.de iure fisci.& l.reo. de solu-

178 tionib.l.in fraudem. §. bona.l. aufertur.46.vers. in reatu.de iure fisc. tantum abest, vt me ab hac, quam defendo, opinione diuertat, vt potius pro eadem eam adducam: cùm enim à die commissi criminis administratio & vsus propriorum bonorũ impediatur per dict. cap. cum secundùm.& ca.felicis.de pœnis.elegantem.l.4.tit.2.par.7. consequens fit, differre hæc delicta, in quibus ipso iure confiscatio fit ab ijs quæ ex post facto punienda veniunt, cùm in illis dispositio non permittatur, vt prædiximus, in his autem secus quod concedimus. Cæte-

179 ris verò argumentis, vsque ad num.33.iam supra respõdimus nam nemo in particulari condemnatur, vt executio fiat ratione nostræ incertitudinis, nõ autem sequitur, legem in genere fieri non posse, alias enim leges non essent, ni fieri possent, ante generalem probationem. Et licet argumenta relata á nu.

180 74.non multum moueant, vsque ad num.81.tamen illi ibi argumento non plené satisfacit idem Simancas: argumentum autem ab eo sumitur, quod ab hærede recuperat fiscus talia bona.c.accusatus.8.§.in eo. de hęretic.lib.6. quod non fieret, si dominiũ in hæretico non remaneret, quod ad hæredes posset transire: respondet namq; hæredes repræsentare defũctum, teneriq; etiam ex defuncti delictis, si lis fuerit contestata, vel ex maleficio aliquid ad eos peruenerit, vel pœna fuerit ipso iure, ad quod est d.decisio Capic. 120.nu.17.sed quoad delicta repræsentationem nondari, plus quam manifestum est, hęredes enim tenentur solũmodo rei persecutione, quia quatenus de facto processit trãslatio, quod inde est, quia cõfiscatio ipso facto cõmissa fuit: qđ Castr. concedit, quib⁹ manifeste fit in stricta disputatione verisimã esse Cast.opinionẽ, eãq. defẽdi posse, licet Simãc.doctrinã non auderẽ ego omnino dãnare, qd &

sensisse videtur Simanc. vbi su
181 pra num. 83. & 84. Quod autē dixi, delinquentem omnia bona amittere, ad tempus delicti est trahendum, non autem postea, nam ad bona futura confiscatio non trahitur, vt docet Budeus in §. manet. insti. mandat. Paulus cons. 56. nu. 2. Guillielm. in dict. cap. Raynuntius. de testamen. ver. & vxorem nomine Adelasiam. decis. 5. num. 384. 1. par. fol. 130. Tellus latè in l. 4. Tauri nume. 47. & supra numer. 172. cum duobus seqq.
182 vbi eam tractat quęstionem, an tempus delicti commissi, an verò tempus sententiæ inspici debeat. Et saltē in crimine hæresis vtrumque tempus considerat, ita vt confiscata censeantur bona, quæ & delicti & sententię tempore delinquens habet, & in crimine læsæ maiestatis videtur l. 4. ti. 2. par. 7. expressior l. 77. Tauri, quæ est l. 10. ti. 9 libr. 5. recopilation. Et in illo delicto non est dubium, cùm in eo semper permaneat: absolutio enim reseruata est Inquisitoribus, vt supra dixi nu. 175. At in delicto sodomiæ relinquit cogitandum, & licet verū sit, tempus delicti inspici, ex supra dictis, tamen consuetudo
183 est, vt in omnibus his delictis sententiæ tempus cōsideretur, licèt l. certa forma. 4. in fin. de iur. fisc. lib. 10. contrarium probet, de quo vide latè per Tell. etsi commodè distinctio fieri posset, non dubito tempus delicti inspiciendum. Sed etsi bona ipso iure fisco acquirantur, abstinere tamen potest, si bona soluenda non sunt. l. 1. §. an bona. de iur. fisc. Si enim soluendo non sunt, hæredibus relinquuntur. Bald. in l. eius qui. §. si cui. num. 1. de testam. & Paulus
184 ibidem nume. 5. Sed cùm non teneatur fiscus vltra vires hæreditarias, nunquā à dictis bonis abstinet, & ita mihi contigit in bonis, quæ soluendo non fuerunt, & qualiter hoc fit, videbis infra glo. 34. §. 7. in fin. Et licèt ibi omnia, quæ ad fisci successionem spectant, latius sim⁹ tractaturi, aduerte, in huiusmodi bonis confiscatis fiscum nō haberi loco filij, Bald. in l. filiū. de his qui sunt sui, & c. num. 4. licèt sit successor vniuersalis, & habetur ad instar succedentis in prælatura, Peregrin. lib. 5. ti. 1. nu. 53. & videbis latè infra proxime. Succedit autem fiscus, tā quam in bonis alienatis ex delicto: & ita quæ poterat delin-
185 quens transferre & alienare: hæc & transferuntur, non alia, nec ex huiusmodi delicto tertio potest pręiudicium generari: ex quo forsan aliqui pietate meo videri non iusta moti existimarunt, bona parentum hæreticorum filijs relinquenda esse, nec à fisco debere occupari. Plures huius sentētiæ fautores refert

refert Simanc.cap.9. de Cath. institution.num.1. Corras.in l. qui liberos.nu.62.de ritu nup. & alij,vltra quos mihi videtur tangere idem Palac.Rub. in d. cap.per vestras.§.23.incip. Sed pulchrum est.nu.16.fo. 97.aliquos etiam citat glo.contrariũ tenens in l.7.tit.7.par.6. glo.2. & vide Capicium decis.1 o.nu 40. Quin cuilibet proximiori relinqui debere,tenet Cephal.
186 consi.79.num.10.lib.1. & pro his posset adduci l.Manichęos. l.cognouimus.auth. idem est. C.de hæretic.cap.Iudæi.1.q.4. d.lex Partitæ,& l.2.tit. 26.par. 7. In crimine autem Maiestatis humanæ semper statutum fuit bona omnia debere confiscari. l.quisquis.15.C.ad legem Iul. Maiestat. Authen. bona damnatorum.C.de bonis proscrip. l.2.tit.7 par.7.quo exemploidẽ statutum fuit Regia pragmatica.d.l.1.titu.21.lib.8.recopila. & ita testari non posse, etiam ante condemnationem, tenet Gutier.practicar.lib.2. quæsti. 5 .num.11.& 10.Guilliel. in d. cap.Raynuntius.verb.mortuo itaque testatore.el 1.num.193. Chassan.in consuet. Burgund. rub.7.§.3.ver.a faire testamẽt. num.3.Capic.decis.130. num. 62.& supra hoc §.relati.nume.
187 162. Quo exemplo idẽ & maiori sine dubio ratione statutũ fuit in crimine hæresis,d.capl. cum secundum leges. de pœn. lib.6.cap.vergentis. de hæretic.cap filij.& capit.quicunque.§ hæreticis,de heretic.lib.6. Authen.Gazaros.C.de hæreti. & facit l.de bonis.C.de bon.proscrip.tenet Hostien.in cap.excõmunicationis.& Alber.in l. cognouimus.C.de hæretic. Fortunius in l.Gallus.§. & quid si tantum.de liber.& posthumis. Palaci.Rub.in cap.per vestras. de donatio.inter.§.72. nu. 15. & alij relati à Simanc. d.cap.9. de Catho.instit.num.7. plures etiam referunt Canter. quæst. criminal.in quæstio.cogentib. punitionem delicti.cap.1. nu.
188 20.fo.mihi 378.Gregor.in l.7. ti.7.par.6.ver.Catolicos. quod pluribus rationibus,sacræq; paginæ autoritatibus comprobatur:& ita est vsu receptum cõmuniter ex supra citatis,ratione q; fortissima suadetur.Pater enim ludendo, contrahendo, & alias poterat omnia bona perdere,ita vt nil ad filium perueniat:eadem etiam ratione delinquendo poterit facere,ita vt nil filio relinquatur, præsertim cum filius res propria patris dicatur in lege duodecim tabularum,relata in l.21.duodecim tabularum,per Bald. Præiudicat enim pater his delictis famæ filij,vt in iurib, supra adductis vnde & à fortiori in rebus potuit præiudicare:vnde dixi,per commissionem delicti tertio non præiudicare, filio autem, qui

qui eadem persona cum patre
existimatur.l.fin.C.de impub.
& alijs substitution.l. cum sci-
mus.§.fin.C.de agricol.& cen
sit.lib.11.§.ei.& §.post mortẽ.
insti.de inutil.stipulation. vul-
gatã l.in suis.de liber.& posth.
Ioann.Licitier in tract. de pri-
mogenitur.lib.1.q.25. numer.
23.& seqq. Nepos de Montal-
uano in tract.de exemptionib.
artic.19.contra testes.num. 25.
& aliqua videbis infra glo. 45.
præiudicare iure potuit,vt do-
cet Simanc.& Canter. supra re
lati,Iulius Clar.§.læsæ Maiesta
tis.num.8.Nil præterea reipu-
blicę magis meo videri conue-
nit,quam taliũ filios,qui similes
patribus præsumuntur, priuari
diuitijs,& vt recte ait Plato lib.
4.de legibus:Bona externa si-
ne virtute,non modo nil iuua-
re,sed esse quoque damnosa,
& perniciei plena, & quæ in sce
leratis hominibus aliud nõ sint
pręter paratissima flagitijs,ma-
gisque malis instrumenta,ideo
que auferendas esse diuitias ma
lis hominibus , recte censuit
Aristoteles lib.2. mag. moral.
capit.3. quos refert Simanc.in
prin.dict.cap.9. Belli enim ner
uus est pecunia , vt dixi infra
glo.9.num.15. Ergo nil magis
conuenit,quàm filios eorum,
qui Deo, vel Principi rebelles
extiterũt,reddi inermes admo-
liendum, quod scelerati pa-
tres tentauerunt,& ita iure hęc
pars vsu prçualuit,tum his ra-
tionibus,tum etiam, quia ius
Canonicum, cui in hac parte
principaliter stare debemus,
hanc partem confirmat,& bona
189 filijs auferenda probat.Ex his
autem, quod de sceleratorum
filijs proxime diximus , fortè
ortum habuit,vt priuatio bo-
norum & cæteræ pœnę contra
filios,ad filias non extendãtur,
vt voluit Clar.vbi supra nume.
10.& pro eo facit l.2.in fin. tit.
2.par.7. & ita filiam ex bonis
patris debere dotari,docet Bal
dus in l.si pater dotem.num.9.
C.de dotis promis.Cepha.con
sil.160.num.10.lib.2. Peregri.
lib.5.tit.1.num.76. & est glos.
6.l.10.tit.2.par.3.& vide glos.
2.l.7.tit.7.par.6.Baeza idem te
net in tract.de non meliorand.
dot.ratio.filia.cap.13. num.25.
Et ita filias bannitorum nonde
190 bere eijci de ciuitate,docet Bal
dus in l.quicunque.num.13.C.
de seru.fugit.& delinquẽs mu-
lier non tam seuerè punitur,si-
cut & mas,refert Guiliel. in d.
cap.Raynuntius.verb.mortuo
itaque testatore.el 1.num.133.
191 Sed licet mero iure contrariũ
sit,& ita bona patris confiscen
tur,vt nil penitus patri relin-
quatur,nec filijs nec filiabus,vt
ex supra dictis deducitur. Ali-
quando tamen ex mera gratia
aliquid relinquitur,aliter enim
nisi ex gratia fieri non potest,
cum ius in contrarium sit, re-

fert Simanc num. 8. Et fortasse hæc gratia facilius filiabus fiet, prout se vidisse testatur Cante ca dict. num. 20. in fin. De iure autem, quod proxime diximus tenendum, nil scilicet relinqui bonorum, quod & ratione cō probatur: viuentis enim hæreditas non est, & ideo nil tunc debetur: at cum pater moritur, bona iam confiscata sunt, nec filij inueniunt quid tanquam
192 bona patris petant: & ita omnino exclusi remanent: quoad infamiam autem, quæ & iuris & facti est, vix est vt non æqualiter, & in filios & in filias transeant, licet filia transeunte in vi ri familiam facilius obliuiscatur, pro qua parte considerari
193 pot. st. l. de bonis. C. de bonis proscrip. vbi filius nil consequitur ex bonis matris deportatæ, ergo & eodem modo filię omnes incommoditates profluūt ex damnato patre.

Sed postquam bona publi-
194 cari diximus, an peculium confiscetur quærendum est, & ante huius quæstionis enodationem, præmittendum est, peculium dici, quasi pusilla pecunia, & pusillum patrimonium. l. depositi. §. peculium. de pecul. quod ita diffinit Tubero, quod seruus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet, deducto eo quod domino debetur, & licet Valla lib. 6. elegantiarum cap. 40. Tuberone reprehendat, cū tamen defendit Cotta in memorabil. verb. peculium. col. 402. Forcatulus dialog. 56. Ioann. Baptist. in re pet. l. frater à fratre. de condi. indeb. nu. 6. diciturque propriè res pauperis, vel à pecore, iuxta Virgilij Bucolicum carmen:

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Dicitur autem aliquando pro
195 pecunia reposita in repentinos vsus. l. si chorus. 77. §. 1. de leg. 3. ibi: Pecuniam sine peculio fragilem esse, quem tex. ita explicat Alcia. lib. 2. & 4. de verb. signifi. Socin. in l. 2. §. fuit quæsitum. ad Trebel. Corras. lib. 1. miscellanearum cap. 53. Rçuardus libr. 5. variar. cap. 17. Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 2. par. nu. 48. & Forcatul. vbi supra, & ex
196 supra dictis Cotta diffiniuit, vt peculium sit, quidquid labore nostro paratum est in quacunque persona, licet in seruis debeat dominorum, accedere cō sensus: peculium ergo in qua-
197 tuor cōmuniter diuiditur species, castrense, scilicet, & quasi castrense, aduentitium, & profectitium, notat glo. verb. excep tis. in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. & ibi Bart. num. 6. late Crot. in repetit. l. frater à fratre. num. 1. Corras. num. 55. Mayner. in l. filiusfamil. nume. 2. de regul. iur. Brison. Beruuc. & Prateius de verbis iur. verb. peculium. late Canter. in quęstionib.

stionibus crimina. quæstion. de 200 punition. delictor. cap. 1. nu. 33. Sed meo videri, cùm castrense, & quasi castrense peculium eũ-
198 dem habeat effectum, non immerito lex nostra Partitæ triplex tantummodo peculium constituit l. 5. tit. 17. par. 4. eleganti usque triplex constituit peculium, quàm l. fin. C. de inofficios. testament. vbi triplex itidem constituitur peculium, sed aduentitium & profectitiũ verbum paganicum comprehendit, cùm tam maxima inter hæc sit differentia: & quia nemo est qui nesciat, castrense peculium dici, quod in bello, vel belli ratione quæritur: quasi castrense, quod in aduocatione, lectura, aut iudicando quis
199 acquisiuit: profectitium verò, quod à patre, vel eius ratione: aduentitium vero, quod à matre, vel aliunde filius acquisiuit peculium dici, id enim & omnes sciunt & declarat dicta lex Partitæ, ideo hic non immorabor. Sciendum igitur est, an in confiscatione bonorum veniat peculium, & quale, & bonis paternis confiscatis in casibus, de quibus loquimur, & peculium profectitium confiscatur, vt pote, quod pleno iure ad patrem spectat: id enim regulare est, cũ amittitur ius patriæ potestatis, vt ex Bossio tract. de bonorum publication. num. 71. in fin. refert Clar. lib. 5. recepta. §. fin. q. 78. num. 14. licet vbi non amittitur ius patriæ potestatis, contrarium esse, vt ex Salicet. in l. si quis post. nu. 3. C. de bon. proscrip. refert idem Clar. ibidem. Quò forsan tendũt quæ docet Suar. in l. post rem iudicatam. notab. 13. vbi existimat, in confiscatione bonorum paternorum non venire peculium profectitium, & pro sua parte adducit l. denique. 3. §. sed vtrum. de minorib. & Barto. & Imol. in l. si finita §. de vectigalibus. de damno infect. Quod autem in his delictis ius patriæ potestatis amittatur, probatur plane, quia in crimine hæresis est expressus textus in cap. 2. in fin. de hæretic. lib. 6 & ex æquiparatione horum delictorum, de
201 qua supra, idem in cæteris statuendum est: quæ æquiparatio confirmatur l. 2. ti. 18. li. 8. recopilation. Probatur etiam, nam in his delictis bannitio fit, banniti autem amittunt patriã potestatem, Clar. d. § fi. q. 71. n. 12. facit & fortissime, nam cùm pœna mortis hisce in delictis sit imposita, certum est, & ius patriæ potestatis solui, l. 1. & 2. dict. tit. 18. ac propterea peculium profectitium sufficit, nãque pœnam tacitè induci. l. his solis. C. de reuo. do. ibi: Satis etiam tacitè cautum putamus, docet Tell. in l. 6. Taur. nume. 25. Vnde intrepide & latius in his delictis peculium profectitium

tium confiscari, docent Simancas dict.cap.9.de institu. Cath. num.15.quod tenendum est,licèt Fulgo.contrarium senserit, vt videbis infra num.201. Do-
201 tem autem profectitiã filiæ datam, delicto patris non confiscari, docet Salicet in l.3. num. 5.C.de bonis proscripto. Et licèt quò mouetur argumentũ, debile sit, nulli non patet, dotẽ ex parte accipientis onerosam habere causam: & cùm post traditionem dominium à patre recesserit, nec tertio præiudiciũ generandum supra dixerimus, *glo.17.n.44.* nil dubium, quin à marito non possit auelli. Ex eisdem etiam pater, quid è contra dicendum sit, an confiscatis
203 filij bonis, profectitium peculium confiscetur: & cum patris proprium sit, vt proxime resoluimus, certum est, patrem pro filio non debere grauari, auth? ne filius pro patr. & ita tali casu peculium profectitium non cõfiscari sine difficultate, ex multis resoluit Iul.Clar.d.§. fin. q. 78.num.11.late Canter. vbi supra à num.36. cum trib. seqq. pagi.394. Suar vbi supra num. 5. Idque eleganti argumento, nam si peculium castrense non confiscatur.l si filius.C. de bo. damna.& videbis statim. Ergo à fortiori nec peculium profectitium, in quo minus ius filius habet, confiscari poterit. Præterea & hoc per eum suadetur, nam cum tale peculium non possit per filium alienari.l.fina. §.filius autem.C. de bon. quæ libe. Ergò nec eius facto in fiscum transire.l. Imperator. in princ.& quod ibi notat Barto. de fid.com.lib.Bar.& Bald. in l.si quis in tantam.C. vnde vi.
204 Quid autem de peculio aduentitio dicendum sit, dubitatur: & idem quod de profectitio, & eisdem fundamentis sensit Suar.vbi supra nu.5.& 7. Sed cùm filius proprietatem, pater autem habeat vsumfructum, ex cuiuslibet eorum delicto, quod ad eum spectat confiscari, nec alterius facto alteri generari præiudicium, tenet Tellus in l.5.Taur.num.6 Canter.vbi supra num. 9.Simanc. nume. 15.ex illo toties repetito argumento: nam quod per testamẽtum, idem & per delictum potest filius, & ita quod suum est, alij autẽ non præiudicare, Matien.in l.4.tit.4.lib.5. Recopil. glo.3.nu.3.& glo.4.& si argumenta Clari num.12. consideremus, idem videntur persuadere, licèt ipse in contrarium inclinet, & Couar.& alios pro
205 hac parte adducat. Quid autẽ sit in peculio castrensi, longiorem habet disputationem, etsi prima facie sine difficultate videatur, cum in his delictis bona amittantur delinquentis, peculium autem castrense filij esse, & ei, non patri quæri, nulli in

in dubium venit, & probat l. ex nota. de castren. peculio. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. l. errat. 3. C. de castrens. pecul. mil. libr. 12. §. igitur liberi. insti. per quas pers. nec vllum ius pater in eo habet, vt probat dict. l. 3. & cętera iura: vnde castrense peculium proprium filij patrimonium dicitur. l. 3. §. Pomponius. de minorib. & in eo filius vice pat. isfamilias fungitur l. 2. ad Macedon. Et peculium castrēse filius alienare potest. l. filiusfam. 2. C. de castré. pecu. mil. lib. 12. l. 6. tit. 17. par. 4 vnde & testari de eodem poterit, vt argumento, de quo proxime, & l. 1. de testament. mil. & principio, quibus nō est per misc. facer. testamentum, vnde á fortiori, & mortis causa donare potest. l. filius. vers. fin. de donation. causa mor. l. hæc ratio. 3. §. videamus. vers. quam. de donation. inter. & ita filius præcipuum habet hoc peculiū nec communicare tenetur fratribus, aut conferre. l. 2. §. neq. castrense. de collation. bonor. ac propterea recte eius ratione in iudicio esse potest, & etiam cum patre litigare. l. lis nulla. de iudic. ergo nec vix quidem videtur posse excogitari, ob delictum patris tale peculium cōfiscari. ob delictum autem filij confiscari posse & debere, sine dubio videtur, ex argumento, de quo supra. Si enim & per contractū, & in testamēto de eo pōtest disponere, quod nā potest esse dubiū vt & per delictum illud possit alienari. Quod sine dubio persuadebitur proximiorem opinionem tenentibus, vbi affirmauimus, aduentitium peculium, ob filij delictum, quoad proprietaté, quā filius habet confiscari: ergo & á fortiori in castrensi peculio, quod argumentum á contrario formauit Suar. relatus supra num. 204. Hæc autem pars tot iurium argumento fulcita non est sine difficultate, imò maximam patitur difficultaté, ex l. si filius. 3. C. de bon. prosc. Si filius tuus (inquit tex.) cum esset in tua potestate, in insulā

206 deportari meruit, peculium eius, nec quod in castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. Ecce textum aperte probantem, peculium castrense non confiscari: ita enim intelligunt tex. vbi Cynus, Bald. Salicet. & alij relati á Coua. lib. 2. var. cap. 8. nu. 7. Iulio Cla. vbi supra nume. 13. Suar. in dict. l. post rem iudicatam. notabil. 13, nume. 1. Maranta de ordin. iudicio. 6. p. actu. 3. num. 34. cum tribus sequentib. Tantum autem argumentum deducitur ex dicta l. si filius. vt inde nullum ob delictum peculium vllum confiscari posse putent: quod necesse fatebitur, qui peculij castrensis

fis confiscationem fieri nõ posse existimauerit: si enim ob filij delictum non confiscatur, quod tam proprium filiorum est, vt supra numero proximo
107 diximus, à fortiori nec cætera peculia, in quibus minus, aut nullum ius filius habet, vt vidimus supra, & expresse hoc argumento Suar. & vtitur & mouetur: vnde Simanc. d.c.9. nu. 14. de peculio castrensi, idem quod de profectitio, non scilicet posse confiscari, tenet, licet aliquos referat contrarium sentientes, hocque æquitati conuenire existimat, Cantera vero num.40. affirmat, in iudicando & consulendo, ab hac non
108 esse recedendum opinione, cũ tamen posteà ipse contrarium obseruari dicat, ipsis autẽ duobus, circa huius puncti praxim credendum est, vtpotè in hoc expertis. Sed præterquã quod iuridicæ omnes rationes primã partem confirmant, ita vt etiã si cogeremur iure communi intelligere. d.l.3 prout supra relati vix possemus tenere, huiusmodi peculium non confiscari, præsertim cùm nostri leges Regni apud nos leges debeant ap-
109 pellari: quin Bart. pro contraria parte adductus in l. si finita. §. si de vectigalibus. num.13. de damn. infect. si bene animaduertatur, in hanc inclinat sententiam, quin pro ea adducit. l. eum qui. 3. C. de authorit. præstand. licet is tex. meo videri id non probet, vnde antiqui supra relati in d.l.3. vt eius decisionem defendant, respondeãtq; difficultatibus eius dicunt, filio fam. delinquente, eius bona cõfiscari, quæ iure communi, nõ quæ ex priuilegio habet: at cũ castrense peculium habeat ex priuilegio, nil mirum, si nõ cõfiscetur, sed profectò, aut quid ipsi velint non teneo, aut vellẽ interrogare, quod vocatur priuilegium iam in corpore iuris tot legibus insertum, aut si adhuc priuilegium contendant, quę alia bona præter peculiũ filiusfamil. vnquam potest possidere, facit etiam l.1. versic. sed etsi. quando de pecul. act. annalis sit. vbi fiscus vel hæres tenetur de peculio: ergo quia peculium ad fiscum peruenit, aliàs non tenerentur: ergo certum est, aliquando peculium ad fiscum peruenire: quod argumentum adeò forte visum fuit, vt ex eo profectitium etiã peculium confiscari, confiscatis bonis filij: eius tex. argumento defendit Fulgo. in l.3. §. sed
110 vtrum. de min. & in d. versic. si morte. Viglius in princip. quibus non est perm. nume. 21. & ibi Bald. ideo Canter. vt ad meliorem rediret frugem. d.l.3. respondere tentauit, & num.40. in ea residet opinione, vt textus ille non loquatur de confiscatione: sed quando solùm deportatur

tatur filius: & cùm ibi confisca
tio non fieret, nil mirum, si nec
peculium auferatur, exemplũ-
què ponit in multis casibus, qui
bus hodie videmus fieri depor
tationem, id est condemnatio-
nem ad triremes: hæc enim in
212 illius locũ successit. l. 7. tit. 1. li.
5. recop. & rubr. tit. 24. lib. 8. re-
cop. quibus omnibus nequa-
quam bonorum confiscatio fit.
Sed meo videri hæc interpreta
tio sustineri nullo modo po-
test: nam de iure communi nul
lo modo poterat fieri deporta-
tio, sine omniũ bonorum con-
fiscatione, sunt plurima de hoc
iura. l. de bonis. post duas se-
quens, & d. l. filius. C. de bon.
proscript. de bonis matris de-
portatę, inquit tex. filij nihil
deberi, iuris absolutissimi est.
Ecce tex. plùs quam manifestũ
pro hac doctrina: estque apud
nos l. 4. tit. 18. parti. 4. vbi cum
tractatur de interpretatione
verbi, banniti, & verbi, encarta
do, inquit: Ca si son encartados
para siempre, e les toman lo q̃
han, son contados entre los de
213 portados. Potest né expressior
textus inueniri? Cuius difficul-
tatis causa, & vt d. versicul. sed
etsi, ad concordiam adducant,
cùm videamus in l. 3. §. sed v-
trum. de mino. si bona patris
pro debito ciuili capiantur, se-
parari peculium filij: sunt qui
putent, distinguendum inter ci
uile debitum, & deportationẽ
propter crimen, nam in debi-
to ciuili peculium separatur, vt
prius fiat excussio in bonis pa-
tris, quam ad peculium perue-
niatur. At ex confiscatione, pe
culium etiam confiscatur, vt in
d. versi. sed etsi. licèt hæc inter-
pretatio sine dubitatione videa
tur, & possit procæ considerari,
quod licèt peculium profecti-
tium á patre possit repeti cum
voluerit: interim tamen a filio
possidetur, & non tam peculiũ
quam actionem ad eum pater
habere videtur, ac propterea
ordine executionis, de qua in
l. à diuo Pio. §. in executione.
de re iudicat. prius bona patris
mobilia & immobilia capien-
da sunt, quàm ad iura & actio-
nes deueniatur. Tamen vt no-
stra principalis difficultas omni
no cesset, animaduerto, omnes
Doctores supra nominatos eã
reddere rationem ad l. 3. vt sci-
licèt pietatis causa peculium fi-
lij eiusdem bonis confiscatis,
214 in solatium patri relinquatur.
Animaduerto etiã, quod licet
multi Doctores dubitent, an
possit peculium cõfiscari, mul
ti etiam contrarium tenent, &
tamẽ in his criminibus, de qui
bus nos loquimur, contrarium
obtineri videamus, imò in le-
uiori etiam casu post longam
disputationem obtentum te-
statur Boer. decis. 7. quod sine
maximo iure à tantis viris fieri,
adduci non possum vt credam:
in

in ea igitur sum sententia, vt licet regulariter in multis casibus, quibus publicatio fiebat, de quibus supra num.150.mentionem fecimus, & enumerantur à Chassan.& alijs, peculiũ seruaretur, vt dict.l.3.C.de bonis proscrip. tamen id non in omnibus fit. Aliquando etiam peculium publicatur, vt d.versicul.sed etsi.l.1. quandò de peculio actio annalis sit. Hi autẽ casus qui sint, non enumerantur, sed id ex dict.l.quisquis, & alijs iuribus supra adductis erit deducendum: quòd si aliquo casu id verificari posśit in ijs, de quibus loquimur, vt verificetur necesse est. in his enim solatiũ nullum relinqui debet, itaque & iura iuribus concordantur, quod maxime expedit, cap. cũ expediat, de electio. tantorũq; virorum autoritas defenditur, ex quibus & plurima vitabis inconueniẽtia, præcipue quod Salicet.num.2.vbi supra distinguit, quoad occupandum peculium inter ascendentem, & descendentem, quasi excludatur per ascendentem, per descendentem verò secus. Sed ex supradictis hæc cessant, & ita tenendum est, confiscatis bonis filij, & castrense peculium confiscari, ex rationibus, de quibus supra latè.

216 Ex supra dictis deducitur, quod etsi maritus dicatur dñus rei dotalis.l.doce ancillam.C. de rei vend.& inde forsan Guid.Pap. sing.719.n 3.ex Odofr.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marit.existimauerit, ob crimẽ læsæ Maiestatis à viro commissũ, 217 vxoris dotem confiscari. Tamẽ cum maritus dotem alienare non posśit, vt in prin.insti.quibus alienare licet, vel nõ.& præterea, cùm (vt prædiximus) ex confiscatione tertio nõ debeat præiudicium generari: consequens est necessarium, vxoris dotem ob mariti delictum confiscari non posse, docet Bart. in l.marito.nu.1.solut.matri. Bal. Nouel.in tract. de dot. in p 6. 218 de priuil.dot.constant. matri. priuileg.17.docet, plures referens Simanc.d.c.9.de Cathol. institution.num.10. & Cantel.te dict.tract.quæstion. crim. in qq.tangentib.punition. delictor.n.20.quæ doctrina adeò iuribus & rationibus cõprobata est, sicq; vsu recepta, vt superfluũ sit in ea morari, licet Gui. Pap.quã supra retulim' opinionẽ, sentiat, nisi eũ intelligas, ex c.decreuit.14.de hæret.libr.6. 219 quando vxor scienter cõtraxit cũ marito hæretico, tũc enim cõfiscatur dos, nõ tã ex mariti delicto, quã delicto ipsius vxoris cũ hęretico contrahentis, tali enim casu solũmodo punitur amisśione dotis, Ias. in l.si cõstãte.so.mat.n.187. Aliàs enim, etsi maritũ hęreticũ tenea tur reuelare, vt dixi supra hac

gl.n.117.Tamē ex eo quod nō reuelauerit, nō punitur amissione dotis, vt docet gl.fi.ibicō
210 muniter recepta, præsertim per Canter.& idē etiā, non amittere dotem mulierē in sequentē maritū rebellē, & ita esse sentē tialiter diffinitū, refert Clar. li. 5.receptar.§.fi.q.78.n.15. Hoc tamen intelligendum est deve ra dote & numerata: nā si dos cōfessata sit, præsertim post cō
211 missum delictū, vel ante proxi mè suspecta dos esset, ex Palac. Rub.in rub.de don.inter.§.33. ex prædictis nu.2.fol.mihi.18. & in §.51.limita tertio.nu.3.& 4.fo.31. Afflict.decis.402.n.11. Mascar.de probation.conclus. 362.num.5.Quemad.4.q Fisca li, & recurrendum est adea, quę per Doctores traduntur de do te cōfessata, præsertim per Co uar.lib.1.var.cap 7.nu.6. Cum enim id non sit nostri instituti, non moror amplius.Item si dos amplè æstimetur, excessum nō consequitur mulier. Couar. ca. 28.pract.num.9. Sed cùm non solū dotē mulier post diuortiū petat, de quo in cap.per tuas.de don.int.& l.2.in prin.sol. mat. l.si marito.eod.l.vni.§.exactio de rei vxor action.l.pen.tit.11. par.4.l.2.tit.2.p.7. Potest nāq; alia etiā petere, de quibus infra sigillatim suo ordine videndū etiā erit, an & hæc boni confiscatis petere possit, & ideo inci piamus.

Extra dotē vxor post diuortiū petere potest & bona para-
212 phernalia.l.hac lege.C.de pact conu.Dicuntur autē paraphernalia, omnes res mulieris extra dotem glo.in d.l.hac lege.ver. condici.l.si ego.§.fi.de iu.dot. Ias.in l.maritus.à nu.11. C. de procuratoribus.& est videndus Castill.in l.81.Tau.n.5.vel me lius paraphernalia dicūtur, quæ mulier secū ad domū viri addu cit, ex Alex. cons.42. volu.1. nu.3.cui consonare videtur. l. 17.ti.11.p.4.Huiusmodi autem bona in tantum vxoris sunt, vt si ius cōmune consideres, maritus non lucratur harū reru fructus, ex glo.ar.tep.in l. vbi. 29.
213 C.de iur.dot.& Ias. vbi proximè.Sed de iure Regio ia hodie cōmunicantur huiusmodi bona.l.fi.titu.delas ganancias.lib. 3.for.& l.final.eodē. titul. libr. 5.ordinamen.quæ est l.1.titul. 9.libr.5. Recopilat. Ex quibus quid in nostro casu seruandum sit, deduces ex supra dictis: parafernalia enim vir restituere tenetur, sicut & dotem mulieri,
214 imo fortiori ratione: licet enim dominus dicatur dotis, vt dixi supra nume.207. paraphernalium autem bonorum dominium non nāciscitur, & ita ob mariti delictū fiscus paraphernalia non capit, imo restituit vxori: ad fructus autem non tenetur, sicut nec maritus ex lege Regni.

Potest

Potest & mulier petere à vi-
215 ro, soluto matrimonio, bona ip-
sius mulieris aduentitia. Hæc
enim in solidũ sibi acquiruntur
nec marito communicare te-
netur, quemadmodum nec ma-
ritus eidem, quæ similiter mari-
to obuenerunt. l. nec adiecit. l,
sed quia. cum seqq. pro socio. l.
2. tit. de las ganancias. lib. 5. or-
din. l. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. & ibi
Matien. & Suar. in l. 1. tit. de las
ganancias. lib. 3. for. Ex quibus
216 ad nostrum deueniendo insti-
tutum, & eadem aduentitia bo-
na poterit vxor petere, non ob-
stante bonorum mariti confis-
catione, & ita alia bona à fisco
petere poterit mulier, sicut cre-
ditrix, si bona in pondere vel
mensura consistant, vel actio-
ne reali, si consistãt in specie.

Donationem etiã propter
nuptias, si ex pacto fuit conces-
217 sa, potest petere. l. ex morte. C.
de pactis conuen. c. & si necesse
& c. fin. de dona. int. Est autem
donatio propter nuptias, quod
à viro confertur pro matrimo-
nio sustentando, quod antiqui-
tus donatio ante nuptias dice-
batur. §. est & aliud. insti. de do-
nationibus. l. 1. titul. 1. parti. 4.
Idem igitur, vt in confiscatio-
ne dicendum est, vt tales dona-
tiones pacto debitæ vxori sol-
uantur, si in tempore habili fa-
ctæ fuerint, iuxta ea quę resol-
ui supra in principio huius. §.
num. 184.

218 Arthas Hispanè dicitur ge-
nus donationis, quæ à marito
vxori fit, ante, vel post consum-
matum matrimonium, vt eius
lucro cedant in honorẽ virgi-
nalis, vel vidualis pudicitię. l. 1.
2. & 3. titu. de las Arras. libr. 3.
for. l. 50. Taur. cum sequentib.
Hæc autem, etiam tanquã dos
confiscari non possunt, ob ma-
riti delictum, & ita vxori solui
debent, dum tamen legitimam
taxationem non excedant, quę
est decima pars bonorum ma-
riti. dict. l. 50. Tauri. quæ adeó
necessitatem inducit, vt renun-
tiari non possit.

219 Prætereà, & soluto matri-
monio, vxor petere potest di-
midietatem lucrorum, constã-
te matrimonio quæsitorum, si-
ue vnius, aut amborũ industria
prouenerit. c. de donationibus.
tot. tit. 9. lib. 5. Recop. Segur. in
l. 3. §. fin. nu. 78. de liber. & po-
sthum. Palac. Rubios in repeti.
Rubric. de donat. inter. §. 66. n.
24. Hoc autem ita procedit, dũ-
modo castè viuat vxor, ex Did.
Perez glo. fin. in l. 4. titul. 4. lib.
220 5. Ordin. idemq; & de confisca-
tione dicendum est, & ita sine
difficultate obseruatur, vt con-
fiscatis mariti bonis, dimidium
lucrorum vxori pertinentium
non cadat in confiscationem,
docet Palac. Rubi. in repetitio-
ne rubricæ, de donation. inter.
d. §. 66. & ita à fisco soluitur v-
xori dimidium lucrorum, vt

& fieri vidi,& testatur Anton. Gom.in l.77.Taur.num.1. Et licet aliàs in confiscatione dubitetur,an tempus delicti,anve
231 ró sententię tempus considerari debeat,vt vidisti supra n.182. Tamen quoad horum lucrorũ diuisionem inter fiscum & coniugem superstitem tempus sententiæ debere considerari, expresse cautum extat.l.77.Taur. quę hodie est l.10.titu.9.lib.5. Recop. & ita etiam tenet Simanc.dict.cap.9.de Catholic. instit.nu.11.

232 Alternatiué autem,cum arris potest mulier petere soluto matrimonio,sponsalitiam largitatem:sponsalitiæ autem largitates dicuntur bonorum pretiosorum, siue non pretiosorũ donatæ ab spõso de futuro,aut de præsenti dimidium, osculo interueniente,vel totum,copula secuta.l.si a sponso.C.de donatio.ante nuptias.l.52. Taur. quæ est l.4.tit.2.lib.5. Recop. Hęc autem sponsalitia largitas non potest excedere octauam partem dotis,Matien.in d.l.4. tit.2.lib.5.Recop glo.2.Hanc autem sponsalitiam largitatẽ petit mulier,vt dixi, alternatiuè cum arrhis:non potest enim petere simul cum arrhis,vt d.l. 2.Nec absolutè eam lucratur, sed ita demum,si post viri mortem honesté viuat: nam si viuat inhonestè,perdit eam, argument.textus in l.res vxoris. C.de donation.ante nup.l.9.titu.12.libr.3.for.Palac.Rub. in repeti.rubr.§.63.& §.fin. & cũ eadem petitio sit hæc,ac arrarũ idem quod de arrhis diximus, quoad confiscationem supra num.218. & hic repetita censentur.

Potest & prætereà mulier,soluto matrimonio, petere vltra
233 doté legata sibi á marito relicta.l.vnic.§.1.vers.sciendũ.C. de rei vxor.action. eaque præcipuè extra dotem habet.l. qui quadraginta.§.dos legata.aliàs est.l.si dos socero.ad legem Falcid. nisi aliàs deprehendatur ex obligatione mandantis: in quo non moror, quia quo ad nostrum attinet institutum,cũ vt vidisti supra nu.186. efficiatur intestabilis huiusmodi delicta committens, consequens est,nec testari posse,aut legari, neq; legata á tali marito, cuius bona confiscata sunt, vxori deberi.Petit etiã mulier post mor
234 té viri lectum quotidianũ, dũ tamen non transeat ad secũdas nuptias.l.6.tit.6.lib.3.for.Pala. Rub.in dicta repetition. rubr. §.11.numer.9.Castill. in l.15. Taur.glos.1.quod etiam amisit,si intra annum luctus nubat, Did.Perez in l.5.tit.1.lib.5.ordin.glo.1.pa.54.vers.itẽ per matrimoniũ.Sed cũ hoc iure,quod sequi debeamus, nõ fundetur, consequens est, in casu confiscationis, lectum non lucrari

vxorem, & in aliquibus casibus mihi contingentibus, nunquã vidi lectum vxori applicari: Quod confirmatur ex traditis
35 per Gutierr. lib.2.pract. quæst. 93.cum seq. Vestes etiam quotidianas vxorem lucrari, mortuo viro, docet Paulus consf.28. vol.2.Barto.& multi relati per Palac.Rub.in repetit.Rubri.§.11.nu.3.glo.in l.si vsusfructus. §.1.ad legem falcid. quam dicit singularem Salicet.in l.sicut.C.de donatio.inter nume. 5.et l.23.in fin.tit.11.partit.4. Pretiosas verò non lucratur, argumento textus in l. si vir. in principio, de donationibus inter.Bald. Paul. Angel.& communiter Doctores in l.penultima.§.1.soluto matrimonio. Angel.in §.fuerat. numer.41. de actionibus.Salicet. in dicta l.sicut.Palacios Rubios in repetit. rubricæ. dict.§.11. Quæ autem dicantur vestes quotidianæ, & quę pretiosę, relinquitur arbitrio iudicis, Ioannes de Imol.in dict. l. penultim.§.1. solut.matrimon. est argumentum l.sed si quid.vers. sufficienter.de vsufruct.quibus addendus est Montal.in l.6.lib.3.for. Alexand.in l.si vsusfructus. ad legem falcid.& de vestibus, & iocalibus est videndus Roma. consil.146. & Gregor. Lopez verb.paños escusados.in l.2.titul.1 .supra allegata, & licet de rigore possit defendi, huiusmodi vestes in confiscatione non relinqui, sed vxori impu-
36 tari: tamen semper vidi, dissimulatione quadam vxori relinqui vestes ordinarias attritas, nec in dotem imputari. Vestes etiam lugubres de bonis mariti esse vxori subministrandas, secundùm qualitatem personarum, & quantitatem patrimonij, si hoc habeat consuetudo, secundùm Angelum in l. si is qui quadraginta.§.fin. ad legẽ falcid.& hanc consuetudinem hodie esse, ex l. decreto. C. de infamib. vel ex quibus causis infamia irrogetur, Gomez Arias in l.50.Taur.num.5. & ibi Castill. verb. gastos. Et quod hæ vestes debeant de bonis hæredis solui tenet Stepha. Auferius decis.336.Capellæ Tolosanæ, & Ioannes Saison in consuetudinibus Turonensib. articul.13.fol.311. column. 3.
37 quod intelligitur de panno parui valoris, ex Palac.Rub.in dicta repetitione rubric.§.11.numer.8.Sed cum ex l.30. Tauri, quæ est l.13.tit.6.lib.5.Recopil. ex quinto hæreditatis huiusmodi sumptus deducendi, & Castill.ibi verb.gastos.sequitur in causa confiscationis, huiusmodi sumptus non debere deduci, cùm nec detur hæreditas: præterquam quód indignum esset, mortem tam grauiter delinquentium vestibus gubribus honorare.

Hæredes etiam tenentur intra annum luctus alimenta vxori præstare, tenet glo. in l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. actio. glos. 2. in l. diuortium. solu. matrimon. glos. fin. in l. penult. vt in poss. legat. Couar. lib. 3. variar. c. 1. nu. 3. vers. sexto hinc. & in 7. & 8. illatio. Greg. in gl. verb. herederos. in l. 8. tit. 13. p. 6. Ias. in l. de quibus. nu. 71. de legib. Roch. de consuetud. nu. 90. Didac Perez in rub. de vsuris. pagin. 20. colum. 1. versi. ex eadem. cum seqq. E conuerso autem fructus doti pro illo anno etiam ad hæredem spectat pro oneribus alimentorum, secundùm glo. in d. l. diuortium. sol. matr. quæ alibi non reperitur, secundùm Alex. ibi. Quod intellige, si non habeat alia bona, vnde se alat, aliâs non potest petere alimēta, secundùm glo. in d. §. exactio. & ibi Albe. quam distinctionem dixit cōmunem Ias. in §. fuerat. inst. de actio. quin si dos soluatur intra annū, possunt hæredes viri detrahere vsurā medij tēporis, nec tenentur ad alimenta, secundū Bald. in auth. ei. C. de bo. auto. iud pos. nu. 61. quod dicit signādum Ias. in d. §. fuerat. n. 24. Baldus in l. de alimentis. in fin. C. de transactio. Grego. ver. vn año. in l. 31. tit. 11. par. 4. Sed præter quam quod fiscus statim solvit vt vidisti supra glos. 16. ver. pedir y demandar. num. 69. existimo ex bonis confiscatis, fiscum ad huiusmodi alimenta vxori præstanda nequaquam teneri, vt supra num. 156. quia licèt fiscus in confiscatione succedat delinquēti, vt vidisti hic §. num. 155. & videbis infra gl. 34. §. 7. id tamen est respectu contractarum, non contrahendarum obligationum, dixi supra glos. 18. verb. defender. priuileg. 11. numer. 20. Et ita cum tempore quo bona confiscantur, nondum hæc esset obligatio, postea fiscus non tenetur. Facit & præterea, nam hæc alimenta loco vsurarum debentur, vt notāt supra proxime, & latius fiscus ad vsuras non tenetur, vt dixi supra eadem glos. 18. priuileg. 15. numer. 24. & ita ad hæc alimenta non tenentur, nec ea vnquam vidi præstari, saltem post sententiam, licet forsan secus esset, pendente lite super delicto.

138

139

140 Fructus etiam rerum dotalium, & partus ancillarum à tēpore soluti matrimonij petit mulier. l. si marito. §. fina. solut. matrimon. l. fin. §. præterea. C. de iur. dotium. quia contractus est bonæ fidei. d. §. fuerat. insti. de action. & l. vnic. C. de rei vxor. actio. licèt vsuras eo nomine non petat. secundū Bald. in l. insulam. §. vsurā. sol. mat. Angel. & Ias. remissiue in d. §. fuerat. nu. 17. arg. glo. in l. 3. de eo quod certo loc. nisi forsan mulier

lice solita esset merces cōparare & negotiare, seu lucrari, secū dùm Bald. & DD. per tex. in fi. in l. a min. C. de serv. quæ pro eo

241 quod in te. d. In casu autem confiscationis, de quo loquimur, puto distinguendum: aut enim dos in pecunia numerata consistit, & cū fiscus ad vsuras, nec teneatur, vt dixi proximè, nec fructus ex pecunia numerata considerentur, sequitur ad sortē solùmmodo fiscū teneri: quod si in specie consistat, nō dubito quin soluto matrimonio ad vxorem pertineant, sicuti & dos ipsa, & fiscus tales fructus restituere tenetur, si extant, vel quatenus ad fiscū peruenit, & ex his locu pletior effectus est, vt videbis latius infra glo. 34. §. 1. priuileg. 1. num. 57.

242 Donationes etiā à marito factas, & eius morte confirmatas potest vxor soluto matrimonio petere. c. fin. in prin. de do. inter. l. donationes. 1. C. eodē. quod intelligitur, dūmodo præcesserit traditio, secundū glos. in l. Papinianus. eod. probat Palac. Rub. in d. repetition. rubr. §. 76. Quod etiam locū habet, si aliud interuenisset, quod loco traditionis habetur. l. 2. C. de dot. caut. non num. & ibi gl. quam probat Bal. & Salic. Pau. in l. 1. §. si vir. & ibi Ias. nume. 17. & Segur. num. 55. de acquirend. possessio. Palaci. Rubios in repetition. rubri. §. 17. num. 13. & additionator Segur. in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nume. 14. de legat. 2. In

243 nostro autem casu confiscationis, certum est, talem donationem non confirmari, imo adhuc eum venire, quia cùm morte confirmetur donatio inter virū, & vxorem, vt probant dicta iura, tunc iam impedita est persona: & cùm habilitas extremorum non possit dari, impossibile est, fictionem procedere, & donationē confirmari: quin etsi ex postfacto memoria damnetur (quod certum est in casibus, de quib' diximus fieri) adhuc talem donationem nō subsistere, sed reuocari, docet Palacios Rub. vbi supra §. 80. & ante & post alias limitationes adducit ad regulam, de qua supra, num. 230.

244 Res emptas ex pecunia dotali, dum tamen emptæ sint ex voluntate mulieris, & vtriusq; coniugum voluntate explicita, vt res empta sit dotalis, tanquam dotem ipsam potest post mortem viri vxor petere, glos. in l. res quæ. 55. de iur. dotiū. glo. in l. 1. C. si quis alteri, vel sibi. glos. in l. ex pecunia. C. de iure dotium. quam ibi commendat Bald. idem tenet Bartol. ibi & Salicet. in breuiario sic intelligentes. l. ita constante 27. de iure doti. & ita videtur intelligenda l. 49. titul. 5. p. 5. & quod tenet Paulus in l. si cum

fi cum dotem.§.fin.numer.21
soluto matrimon. Sed cùm, vt
prædiximus, tales res dotales
sint, idem in hoc casu dicendū
est, quod de dote dixi supra à
num.207.

145 Idem etiam erit respondendum de rebus emptis ex pecunia dotali, sine voluntate vxoris: talis enim res ex tali pecunia empta peti potest per vxorem, si aliunde, quoad dotem mulieri non possit consuli, l. vxor marito. in fin. de donat. inter. tenet Barto. in l. si vt proponis. C. de rei vxor. action. & in l. ex pecunia. C. de iur. dot. glo. in cap. 1. §. ei qui à videmus versic. nominatim. in fin. de his qui feud. dar. poss. & ibi Bald. & Alber. & Imol. num. 5. in capi. inquirendum. de pecul. cleric. Hoc autem in nostro casu intelligendum est, dum tempore habili, & sine suspicione fraudis hoc factum fuerit, vel fisco id conuenerat.

Idem & de rebus emptis ex
146 pretio rei, quæ fuerat vxoris, vénditæ, quia efficitur propria ipsius vxoris, cuius vendita fuerat. l. 11. in fin. tit. 4. lib. 3. quam dicit notandam Palac. Rub. vbi supra. §. 62. n. 4.

Idem & de pretio, seu pecu
147 nia, quæ ex venditione, seu permutatione rei dotalis redacta est. l. ita constante. cum seq. de iur. dot. tenet Bart. in con. 124. quia pro restitutione pretij bonavis sunt tacitè obligata, quē sequitur Aretin. in l. 1. num. 41 soluto matrimon. Sed cùm vnicam dotem fiscus teneatur restituere, nil interest, hoc, an alio restituat modo.

Alimenta etiam vxor, si præ
148 gnans sit, & dotem habeat, petere poterit. l. mulier, solu. mat. l. curator. de ventr. in poss. mit. Sed de alimentis vxoris quid seruandum esset, dixi nu. 227. Si autem id iure filij, aut ventris petat, iam supra latè tractauimus, an aliquid ad filium possit peruenire ex bonis confiscatis, a num. 183. & ideò non moror.

Potest etiam & de iure com
149 muni quartam bonorum mariti prius morientis partem petere, si sunt tres, vel pauciores filij: si vero plures sint, potest vxor superstes petere virilē portionem: si matrimonium fuit absque dote, & maritus primo moriens locuples erat, vxor vero inops, tex. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. Quod procedit, etiamsi cū parua dote matrimonium fuerit cōtractum, secundùm Bald. quæst. fin. Salicet. Alexand. & Paulus, & Ias. ibi num. 3. dum tamen vidua honestè viuat, Palac. Rub. in dict. rub. §. 67. num. 15. & §. 55. num. 3. Quod ampliat & 2. etiam si vxor haberet proprietatem magni valoris, quia adhuc po.. et dici inopia laborate,

re, Deci.in capit. Epifcopus.de
præbend.In hanc autem quar-
tam & legata fibi à marito fa-
cta computabuntur,vt in dict.
authentic.in fin. cui adde l. 7.
tit.13.par.6.Hoc autem quod
de quarta dicitur, ita in defuetu
dinem abijt,vt nec nominetur
nec fiat:& ita à fortiori in cafu
confifcationis feruandum non
erit.

Donationes etiam propter
150 nuptias,vel (vt melius dicam)
in nuptijs factas per confangui
neos coniugum repetere mu-
lier poterit,vt per Montalu. in
l.6.tit.6.lib.3.for.colum.3.in fi
ne.verf.item donatio. Sed de
aduentitijs,tam in confifcatio-
ne,quam extra eam, dixi iam
hoc §.numer.215.& ideó nihil
eft,quod hic addatur.Dotē au-
tem mulieris,& cætera, de qui
bus fupra,quę ad mulierē perti
151 nere,& eius propria effe dixi-
mus, hęc ob mariti delictū,ni-
fi vxor in aliquod horum cri-
minum,de quo nofter eft fer-
mo,incidat,dotem, & cætera,
quæ ad vxorem fpectāt,confif-
cari nulli dubium eft: tenent
omnes fupra relati, & Baptifta
de Sancto Blaf.de dot.1.par.n.
93.& 94.Clarus inter commu
nes.verb.dos.Matien. in l.11.ti
tul.9.glo.1.num.1.& feqq. Et
in cafu hærefis à muliere com-
miffæ,dotem iam vidi confif-
catam,& caufam apud meum
patrem fuper bonis agitari, &
licet raró videatur poffe cade-
re in mulierē crimen læfæ Ma-
ieftatis,tamen fi cafu ciciderit,
dotem cōfifcari probat l.quin-
que legibus.de bonis damnat.
Et quo cafu id euenerit, per fu
152 pra dictos Doctores decifum
extat. Sed an hæc refolutio lo
cum habeat in delicto contra
naturam,difficilius videtur, &
certum eft,tale delictum in mu
lierem non cadere, nifi à viro
præpoftera venere cognofca-
tur:mulieres enim inter fe hoc
flagitium non poffunt admitte
re,ita vt ordinaria nefandi cri-
minis pœna teneantur,etiamfi
mulier vna cum altera aliquo
inftrumento totat,fed alia ex-
traordinaria pœna puniri de-
bet,nam licet Boer. & Gome.
relati à Claro aliter fentiant:
Clarus autem,quam retulimus
tenet opinionem in §. fornica
tio.num.29.& Gregor.in rub.
titu.21.par.7. & ita aliquando
in facti contingētia feruatum
vidi. Verū eft, in proceffu, quē
vidi,non plenē conftare de ad-
motione inftrumenti, licet te-
ftes dicerent,vidiffe mulierem
incubam cum alia, audiuiffe e-
tiam ofcula obfcena, verba, &
cætera quæ in actu venereo cō
tingunt,ita vt fine dubio vide-
retur, acceffum illum cum in-
ftrumento fuiffe. Huiufmodi
autem delictum dicitur apud
nos Baldreferas, quia inftrumē
tum, quo tales mulieres vtun-
tur,

tur ex corio fit, quod baldres a-
153 pud nos nuncupatur. Et quod
diximus, dotem confiscari, vt
prædixi, intelligendũ est, qua-
tenus ad mulierem spectat,
quemadmodum & cętera om-
nia, de quibus supra, vt prose-
quitur Cantera vbi supra nu.
20. Si enim dos tertio deberet
restitui, eidẽ statim restitui de-
bet, ex Canter. num. 24. Ius e-
nim tam mariti, quam vxoris
confiscatur, eius scilicet qui de-
liquit, quatenus ad delinquẽ-
tem spectat: vnde si tempore
confiscationis delinquens fue-
rit dominus directi dominij,
quo tempore ad eum propriet-
tas, & ad dominum reuertetur,
si causam habeat de præterito
radicatam, ante confiscationẽ,
& transmissibilem ad hæredes,
vt ex Ruino cons. 23. num. 2. li-
be. 1. & Ias. in l. si quis mihi bo-
na. §. seruus municipium. de
acquirend. hæred. refert Clar.
d. q. 78. num. 13. Quod & ego
practicaui in hac ciuitate de la
Plata: cùm enim quis tempore
quo matrimonium contrahe-
bat, vxorem dotaret, eo pacto,
vt dos ad se reuerteretur, ma-
trimonio absque liberis disso-
luto, postea hic commisit gra-
ue delictum, & aufugit, nec ca-
pi potuit: ex forma autem legis
nostræ contra eum processum
fuit, inter alia condemnatus in
dimidietate bonorum, postea
eo absente & superstite, vxor si-
ne filijs mortua fuit; ego autem
ex condemnatione mariti con-
tra hæredes vxoris ad dimidie-
tatẽ dotis egi, & dicti hæredes
fuerunt condemnati. Illud au-
tem commodi hic quæri pot-
est loci vbi hæc scribuntur grá-
tia, an si ex aliquo delicto, de
154 quibus noster est sermo, dam-
naretur quis, qui commendá
Indorum haberet, an talis cõ-
menda (ita enim apud nos voca-
tur) transiret in fiscum, siue Re- 155
gem nostrum, cuius proprietas
est, an verò ad ad filios, aut quid
hoc in casu foret cõstituendũ.
Animaduerto igitur primum,
mandatis inuicti Caroli V. Au-
gusti Regis nostri, caueri, has
Indorum commendas conce-
di ad vitam illius, cui conces-
sio fit, & filij aut filiæ ex legiti-
mo matrimonio procreati, &
in defectum vxoris, ita vt ad du-
plicem vitam cõcedatur. Hoc 156
ergo supposito, si talis delin-
quens sit, cuius patri commen-
data est, ita vt ipse successor sit,
& vt communiter dicimus, es-
tè en la segunda vida, difficul-
tas cessat. Cum enim in his de-
lictis pœna mortis sequatur,
nõ dubium est, talem commẽ-
dam ad Regem deuolui, non
tàm ratione delicti, quàm ra-
tione vacationis. Bene verum
est, in casu hæresis aliquando
quem hęreticum fuisse decla-
rari: sed quia non nisi certis ca-
sibus relaxatio fit ad brachium

seculare reconciliatur, & ita vita eis relinquitur, bona autem
155 secus: sed de hoc casu statim subijciam infra. At si talis delinquens is fuerit, cui primum gratia facta fuit, maiorem habet dubitationem, etsi loquamur in causa hæresis, aut sodomiæ, & mors eius sequatur, cũ pœnæ suos debeant habere auctores; non videtur dubitandũ, quin filius, qui iam tempore delicti commissi ius habebat, nõ debeat eo priuari: & ita talis filius debeat feudum habere: in casu autem, quo hæreticus declaratur, & vita relinquitur, durante eius vita fructus feudi ad fiscum pertinerent, nisi ratione seruitij non exhibendi aliter statuendum foret: in quo casu idem dicendum esset, quod
156 de emphiteosi dicemus infra. At in crimine læsæ Maiestatis, contrarium defenderem, sci licèt primò commendatario delictum læsæ Maiestatis committente, feudum, siue mauis dicere commendam, non ad filium secundó nominatum transire, sed ad Regem ipsum redire, & cum proprietate consolidari: quod & in facti contingentia in hac ciuitate de la Plata, anno 1599. defendi & obtinui, idq; ex cap.1. de successione feud. & tit. si vasal. feudo priuetur, cui deferatur, in vsibus feudorum, in quibus duobus casibus videmus feudum ad Regem ex delicto redire: primus est, si feudũ nouum sit: secundus veró, si delictum contra Regem committatur: & cùm in casu proposito ambæ qualitates occurrãt, non dubium est, feudum ad Regem redire: quia quoad primũ certum est non dari in his Regnis feudum antiquum, iuxta
157 casum propositum. Quo ad secundum iam præmisi esse crimen læsæ maiestatis, & ita in facti cõtingentia obtinui in hac Argentina Cancellaria, licèt regulariter certum sit, feudum ad fiscum non venire, vt in lib. commun. opin. tom.1. inter cõmun. pagin. 75. 1. col. & pagin. 86. col.2. Quin & casu, quo antiquum esset feudum idem seruari, vt scilicèt amittatur, si delictum contra Principẽ sit, defendunt multi, a quorum autoritate non audet recedere Clarus in §. feudum. q.66. nume.3. lib.4. recep. Vnde magis sine difficultate in nostro casu procedit, quod eleganti ratione cõfirmat Zasius de feud. c. de feudi amissione, nu.100. Illi enim, qui à me causam habet, quare etiam & ex meo delicto præiudicare non potero? & cum apud nos nullus alius casus potest euenire, nisi vt primus institutus in delictum incidat, is casus sine difficultate est, ex supra dictis: si enim secundo vocatus tale cõmittat delictum, cùm hæc delicta secum afferãt

pœnam

pœnam mortis, consequens est necessarium, morte feudū omnino vacare, ex notatis supra numer. 242.

Est & alius contractus frequens, præsertim in patria mea
258 Hispali, emphiteusis, scilicet, ibi enim domus, aut aliæ res in emphiteusim conceduntur, eo pacto, vt emphiteusi fruatur suscipiens, & vxor & hæres vnus, quem vltimo decedens nominauerit: hæc enim communis forma est, & ita dicitur emphiteusis concedi ad duas, vel ad tres vitas: hoc ergo casu dubitatur, an ad fiscum transeat emphiteusis, an vero non: & si delinquens fuerit, qui vltimo loco nominatus est, nulla quidē est difficultas, cum, vt sępius dixi, delicta de quibus loquimur necessario mors sequatur, ac propterea emphiteusis extinguitur, nec sit quod relinquatur fisco, aut extraneo. In alijs autem casibus, cum est quid transmissibile, difficultas est, & Clarus libr. 4. receptar. §. emphiteusis, quæstion. 29 tenet, emphiteusim, quæ potest in extraneum hæredem transire, & sine dubio transire in fiscum, & pro hac parte adducit Alexandr. consi. 23. numer. 5. libr. r quem refert apostil. ad Rimi-
259 nald. consi. 21 num. 7. idem Alexand. cons. 89. num. 2. libr. 4. & alios. Sed pro contraria parte allegat Boer. decis. 378. num. 7. Et hanc etiam partem defendit, Clarum reprobans, Cantera in tractat. quæstion. crimin. in
260 quæstionib. tangentibus punitionem delicti, numer. 46. fol. mihi: 402. quad ex Barto. in l si finita. §. si de vectigalibus. nu. 6. de damn. infect. ita ad concordiam adducit Clar. vbi supra in fin. vt si emphiteusis ab Ecclesia concessa sit, ad fiscum non transeat, si autem à priuato fuerit concessa, non transeat ad fiscum: sed Cantera nullam rationem differentiæ inuenit: & idem in vtroque casu statuendum affirmat, & nullo casu ad fiscum emphiteusim transire existimat. Ego vero licèt mero iure etiam existimem, non posse, aut debere constitui differentiam inter emphiteusim concessam à priuato, vel ab Ecclesia, licet aliquo casu ex indulgētia aliquid (vt iustum est) Eccle
261 siæ tribuatur. Tamen generaliter existimo, emphiteusim ad fiscum transire. Moueor omnibus iuribus & rationibus in hoc §. citatis, ex quibus longa satis disputatione resoluimus, bona omnia eius, qui in quodlibet eorum criminum incidit, de quibus noster est sermo, omnia bona amittere, quod nemo dubitat, nec etiam dubitat quis, bonorum appellatione & iura & actiones contineri. l. bonorum. 49. l. mouentiū. 93. de verbor. signifi. Alc. in d. l. bono-

l.bonorum.in fin.Roman. singul.630.Quo ergo iure fundari potest,tam magnum ius rei emphiteoticæ fisco non acquiri: & licèt Cantera referat bonorum confiscatorum iudici Regni Murtiæ ita mandatum, ego inter mandata antiqua & noua, patri meo, & eius antecessoribus in dicto officio bonorum confiscatorum nunquã vidi,nec à patre meo audiui, qui plus quam per decẽ & sex annos dictum officium exer-
261 cuit,& mero iure hoc verum existimo,& defendere audeo, *& pro hac parte considerari potest.l.Statius Florus.§.* Cornelio Felici.de iur.fisc. ibi: Interim,quód condemnatus viuit, bona à tertio non vendicãtur: ecce interusurium medij temporis esse in confiscatione.Nec Canteræ argumenta me vnquã mouent,nam etsi emphiteuta alienans requirere teneatur dominum,non tamẽ statimquod non id fecerit, omnino priuatur,sed ex voluntare domini.l. 3.C.de iur.emphite. At id etiã non intelligitur in alienatione necessaria:multa enim ob necessitatem conceduntur.l. fide iussor.§.si necessaria.qui satisd. cogan. præterquam quod requisitio illa ideo fit,vt pro tanto possit directi dominij dominus sibi habere: at cum hoc impossibile sit in causa confiscationis,necessitas requirẽdi cessat.Non etiam obstat,quod inter potentes connumeratur,fiscus,vt docet Fabian.de Monte
263 in tract.de emption.q.4.nu.36 & vidisti supra glo.9. num. 12. In potentiorem autem emphiteusim non posse transferri, cõsuetudine obtentum,ex Alex. in l.si finita.§.si de vectigalibus de damno infect.nu.36. refert Cantera vbi supra. Contrariũ enim verius arbitror, nulla enim lege emphiteuta impeditur,in quemcunque ius suum transferre, dummodo id prius notum faciat domino directi dominij,dict.l.3.& ita mero iure hoc verũ est, vnde in patria mea cauta clausula apponi consueuit à notarijs in contractibus emphiteusis,vt scilicèt dicant.Ita vt in Regem, Ecclesiã vel alium potentiorem nõ trãsmittatur,alias sine hac clausula,quod supra diximus seruandũ foret,licet cum nil fiscus debeat habere in Ecclesia, neque Ecclesia in bonis fisci,vt inquit Fabianus de Mont.de emptio. & vendit.q.22.quartæ quæsti. princip.nume.44. congrúum existimarem,vt secundũ Bart. doctrinam hoc casu cum proprietate vtile dominium consolidaretur, si emphiteota Ecclesiasticus in huiusmodi deli-
264 ctum incideret.Sed cùm fiscus nunquam moriatur, vt inquit Negusan.de pignor.4.memb. 2.par.num.107.& vidisti supra glo.

glo.9.num.14. & si emphiteu-
sis absolutè in fiscum transiret,
inutile penè relinqueretur vti-
le dominium. Existimo hoc ca-
su, vel ius hoc debere vendi ali-
cui, vt ad eius vitã duraret, vel
265 longissimum vitæ hominis tẽ-
pus quæri, iuxta l. an vsusfru-
ctus.63. de vsufruct. Ex supradi-
cta resolutione infertur etiam,
quid dicendum sit in contra-
ctu censuali, & secundùm ho-
diernam consuetudinem cen-
sus sit, quo is qui accipit pecu-
niam, censum soluit, ad ratio-
nem vnius pro quatuordecim:
tunc si accipiens censum, in hu-
iusmodi delictum incidat, nil
est, quod in hac parte ei confis-
cetur, quia imò fiscus tenetur
ad soluendũ censum, quia qui
censum accipit, vendit illud ius
in suis rebus: si autem venden-
tis censum bona confiscentur,
nulli dubium, & ius hoc etiam
confiscari, vt longiori sermone
tradit Simanc. sæpe citatus. nu.
47. & 48.

Ius autem patronatus an
266 confiscari possit, maiorem ha-
bet difficultatem, & de per se
solummodo nullatenus confis-
cari posse, quemadmodum nec
vendi, nulla dubitatio est: est e-
nim annexum spirituali. capit.
quanto.3. & ibi glo. de iudic.
Quęstio igitur in hoc stat, an
cùm alicuius bona in confisca-
tionem incidunt ex delictis, de
quibus loquimur, incidẽt et e-
tiam & ius patronatus in con-
fiscatione veniat: & venire tali
casu, tenet glo. in cap. filijs.16.
267 quæst.1. quam sequitur Abbas
in dict. cap. quanto. num.9. de
iudic. & ibi Deci. num 6. idem
tenet Abb. in cap. cum laici. de
iur. patron. per tex. in cap. lite-
ris. eodem titu. Contrariam ve-
ro partem, imo ius patronatus
non confiscari, tenent Lamber-
tin. de iur. patron. 1. lib.2. quæ-
stion. princip.2. par. artic.29. n.
34. fol.131. Archidiac. in cap. si
lis.16. q.7. Pręposi. in cap.1. 10.
distinct. Cardin. in Clement. si
plures. de iure patr. Bart. in ex-
trauag. ad reprimendã. in verb.
rebellando. Angel. de malefic.
in vers. & eius bona publica-
mus. num.15. & alij quam plu-
res, quos refert & sequitur Frã-
cisc. Viui. opinio.72. inter cõ-
munes.1. tom. glo. in cap. satis
peruersum.56. dist. & in Clem.
pastoralis. verb. subiectæ. de re
268 iud. Sequitur eam opinionem,
non scilicet cõfiscari ius patro-
natus, Cantera supra relatus in
tract. quæstion. crimin. in quæ-
stionib. tangentibus punitio-
nem delictorum. n.4. quod ibi
restringit ad iudicem seculare,
nam per Ecclesiasticum posse
condemnari, sentit, & pro sua
negatiua parte duo adducit fun-
damenta, alterum ex Clemen.
Pastoralis de re iudic. vbi inter
alia consideratur, Imperato-
rem non potuisse cognoscere,
de iu-

de iure patron. sed ipse statim respondet, ibi separatim de eo iure disputari, quod ex d. cap. dilecto. prohibetur i inciden-ter autem posse de eo cognosci, cum vniuersitate bonorum nulli dubium est. Alterum autem Canterę fundamētum sumitur ex eo quod ius patronatus non possidetur liberè: ergo nec per sententiam alienari potest. Respōdeo namque, ius patronatus per se non posse alienari, in communi autem nemini non patet alienari posse: &
169 ita in stricta disputatione defendam, ius patronatus cum cæteris bonis simul in fiscum transire, & præterquam quod nullū argumentum contrarium suadet, probatur hæc pars ex vulgari regula, de qua supra, nam quodcunque ius transmissibile ad extraneos hæredes, & per confiscationem fisco acquiritur, vt dixi supra nu. 155. Hoc autem ius in extraneum hæredem, imo & per venditionem cum cæteris bonis trāsferri potest. c. ex vestris. de iur. pat. & tenent omnes, nemine dempto: ergo & per confiscationem in fiscum transferri poterit. Facit & prætereá aliud argumentū, nam qui pōtest obligari ex cōtractu, eodem etiā modo obligatur ex delicto. l. omnem. de iudic. authen. qua in prouintia. C. vbi de crim. agi oport. capit. fi. de for. comp. Bart. in l. ciuitas, si certum petat. Si ergo ex contractu omnes tenēt, ius pa-tronatus cum cæteris transfer-
170 ri bonis, qua de causa idem & in delictis nō admittemus? præsertim, cū & quasi cōfēsus detur in delictis. l. Imperatores. 34. de iur. fisc. Quæ argumenta sic me mouent, vt ne vix quidem, quæ ratio contrariæ opinionis fautores mouere potuit, mihi in mētem veniat. Nec inutilis est hæc indagatio, cùm etiam notum sit, longe maiori pretio posse á fisco vendi vniuersitatē bonorum, in qua & ius patronatus inest, vt ad sensum patet. Quod si adhuc Doctorū multitudo te in contrariam impulerit sententiam, nullatenus existimo sustineri posse Viuij opinionem, quæ hoc casu hęredibus aliàs relinquit ius patronatus: id enim neque iure, ne-
171 que æquitate innititur: & sic facilius inclinarem in Canteræ sententiā, quæ hoc casu ius patronatus existimat amitti, & sic ab eo Ecclesiam liberari. quod voluit Bernard Diaz in pract. crimin. cap. 124. Quod & magis æquum est, ac in fauorem religionis, qui sequendus semper est: præterquam si defendas opinionem Suar. & aliorū, de quibus supra num. 206. existimantium, nullum peculium posse confiscari, sed cum proprietate consolidari in casu cō fiscationis: hæc opinio defendi

po-

poterit, & forsan necessaria erit.

271 Ex supradicta resolutione etiam deducitur, confiscationē non extendi ad fideicōmissum vniuersale, & bona maioratus: hæc enim non in fiscum, sed ad legitime nominatū transeunt, quia res prohibitæ alienati, in confiscationem non veniunt, docet Hippol. sing. 314. idem in l. fin. de iur. omn. iud. Palacios Rubios in repeti. c. per vestras, de don. int. §. 30. Dida. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. pag. mihi 117. latè Cātera vbi supra à nu. 43. fol. 408. Quod satis apparet ex rationibus de quibus supra in fiscum enim solūmodo transeunt, quæ in alium extraneum hæredem, vt docet Peregr. lib. 5. tit. 1. nu. 58. & dixi latè supra,

273 à nu. 184. Nec tertio debet prę iudiciū generare, & ita nec ius vicini in publicatione bonorū tollit iure congrui. Afflictis de iure prothomiseos. §. 4. nu. 24. & ita tertius nominatus nō debet remoueri à petitione maioratus ex cognati delicto, quidquid dicat Simancas de catholic. institution. c. 9. à nu. 125. & licet Cantera num. 51. cum aliqua modificatione prædictam opinionem teneat, non scilicet confiscari, bona maioratus, ego absolutè teneo bona maioratus instituti, vt cōmuniter fit, in fiscum non transire, nisi alia specialis clausula contrariū suadeat: ex qua forsan ratione Guilliermus in c. Raynuntius, de testa. verb. & vxorem nomine Adelasiam. dec. 5. num. 273.

274 1. par. fol. 134. tenet, Regnum in fiscū non transire, quod non nisi quia maioratus est, meo videri defendet: & vt hæc quam defendimus opinio sustineatur, non existimo necessariam clausulam illam quā aliqui excogitarunt, vt scilicet pręambula hora delicti committendi ipso iure maioratus in sequētem gradum transeat, quam Cantera refert, imo talem clausulā iniquam omnino existimo, & iniustam, cum pœnam ante, & absque delicto irroget, prætérquam quod cum fraudulenter, & solum ad defraudandum fiscum, sua condemnatione insequatur, omnino est reijcienda: & illud scio, me nihil dictam clausulam curaturum, si tenerē, bona maioratus alias in fiscū transire: quod & alia ratione tradit

274 Simācas n. 114. Certū enim est, fraudantes fiscum puniri. Bald. in l. facultas. C. de iur. fis. li. 10. nu. 6. & in l. in contractibus, eodem tit. Laud. de fisco. q. 8. & est. l. aufertur. 46. versic. qui aliquid, de iur. fisc. & d. l. qui in cōtractibus, & ita fisco competit remedium fraudatorium in eū qui ante contractum crimē capitale bona sua alienauit. l. in fraudē, de iur. fisc. Bart. in l. post cōtractum. 15. de donationib:

per

per l.vlt.si quid in fraud. & Faber.in §.item si quis in fraudē. nu. 1. & 2. inst. de actio. & Budeus 6, in fin. pag. 282. quo nil aptius ad hūc casum adduci potest, licèt aliquādo nō puniātur faciētes simulatas factiones cōtra fiscū, si credendus est Laud. de fis. q. 233. cui ego nō credo,
276 sed vtcumq; sit, existimo, bona maioratus non confiscari, sed potius ad nominatum venire, quod mihi persuadetur ex l. 45 Taur. quæ est l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. vbi possessio, mortuo vltimo possessore, ad sequentē in gradu transfertur, idque nō ex successione vltimi possessoris, sed primi instituentis. l. vnum ex familia. 69. de leg. 2. Media autem non nocent, dum extrema apta sint.

Probatur etiā ex vltima supradicta resolutione, nāq; pœnæ non debent excedere, nec egredi suos autores, & ita non debet puniri tertius, qui à delinquente causam nō habet, & ita vidi in Regali Consilio supremo sentētiā definitū in causa cuiusdā Comitatus, quē cùm transuersalis quidam peteret, fuit ei oppositū, patrē eius hæreticū declaratū, & ita punitū
277 fuisse, & tamē bona ei fuerunt adiudicata: ita tamen vt Comitis titulū nō vsurparet, tū, quia ex Regis beneficio non successione acquiritur, tū etiā, quia incapax dignitatis existimatus fuit. Vidi etiā in vrbe Salmantina plures domos cū Regalib. insignijs & armis, quod rebel-
278 lium fuisse significat, Chass. in in consuet. Burgun. rubr. 2. des confiscaciones. ante §. 1. nu. 14. Et tamen à successoribus possidebantur: nec me in cōtrariū mouet, quod Simanc. refert in atrocissimis inquā ordinem esse, cum non seruare, id enim respectū delinquentis intelligitur, nōn respectu tertij: parum etiam obstat, quod Simancas magnum putauit fundamentum nu. 146 possessorem scilicèt maioratus verum dominū esse, interim quod possidet, nō obstante, quòd tenetur restituere. l. non ideo minus. 66. de rei vend. cum alijs. Nam si ex eo diceremus, maioratū confiscari eadem ratione. & ob delictum mariti doté mulieris confiscari fateremur, cū absque dubio dñus sit. l. doce ancillā. 9. C. de rei ven. & in prin. inst. quib. alien. lic. Hoc autem & Simancas negat, & nemo sanę mentis concederet, non ergo adeò viua & spirans ratio est, quæ ab eo talis appellatur, imò reijciēda omnino, illud autē iustissimū mihi videtur, velleq; vt lege caueretur, & absq; dubio, si maioratū constituerē, cauerē, vt seclusa omni linea hæretici, vel rebellis maioratus ad aliam lineā ex me descendentiū transiret, vel aliter disponerem,

eadeficiente, vt omnino infe-
ctæ lineæ nullus remaneret re
gressus: vellem etenim potius
gentis & familiæ meæ nomen
extingui omninò, quàm ex li-
nea sic infecta conseruari, & ex
supra dictis recte Peregr. de fis
279 co.lib.6.ti.4.n. 43. docet, bona
maioratus etiam per fiscũ non
distrahi, vt sibi satisfiat per pos
sidentem, nisi vel onus sit reale,
vel aliàs causam habeat ante in
stitutioné. Ex quibus etiam iã
intelliges, illud dici & intelli-
gi de posidente maioratum
ex successione ad se delatũ. Si
enim primus instituens in ali-
quod horũ delictorum incide-
ret, absq; dubio confiscaretur,
cùm nondum vires habuerit,
quas morte instituentis sume-
re debet, nisi esset iã in esse de-
280 ductus maioratus, & irreuoca-
bilis effectus aliquo ex modis.
l.44. Tau. quę est l.4.tit.7. lib.5.
recop. Omnia enim, quæ verè
delinquentis sunt, confiscãtur,
quemadmodũ enim contractu
vel testamento alienare, ita &
delicto poterit, vt sæpius repe-
tij. Ex quo intelliges, iã fructũ
281 maioratus confiscatũ, tẽpore,
quo talis viuit: quib' enim delin
quẽs frueretur, eisdẽ & fiscus e-
ius loco frui debet. l. Statius Flo
rus. §. Cornelio Felici. de iu. fi.
l. ex facto. §. ex facto. ad Trebe.
l. diui fratres. de iu. patr. Bal. in
l. antiquitas. C. de vsufru. Gre.
ver. tanto tiempo. quæ. est glo.
4.l.14.tit.5.p.6. Et ita etiam v-
susfructus pro tẽpore, quo vsu
fructuarius viuit, cõfiscatur, ex
rationibus & iuribus supra, &
probat Luc. 1.p. in tract. de fis.
nu.14.

282 Cui autẽ fisco, siue Principi
bona cõfiscata acquirantur, in-
terest multũ scire, cum solutio
facta fisco inutiliter confiscan-
ti non liberet soluentem, si cre
dendus Peregrin. de fisc. lib. 5.
tit.1.n.54. Et ita quęrendũ est,
an bona confiscata capiat domi
nus loci delicti, an verò loci v-
bi bona sita sunt dominus: &
ad dominũ loci, vbi bona sita
sunt pertinere, in his casibus do
cet Felin. in c. postulasti. n.6. de
for. cõp. plures pro hac opinio-
ne eam tenentes citat Simanc.
in Cath. inst. d.c.9.nu.110. Can
ter. in qq. crim. in quæstionib.
tangentib. punitionem delicti
n.42. Nec vltra districtum con
fiscationem posse extendi, do-
cet Pau. cons.209.2.par.n.1. &
ita fiscũ solummodo creditori-
bus sui territorij teneri, docet
Pereg. lib.5.ti.1.n.143. sentit cũ
alijs Iul. Clar. §. fi. q.78. nu.28.
Quod in tãtũ Cantera verũ exi
stimat, vt etiã ad inferiores do-
283 minos, Duces, scilicèt, Mar-
chiones & Comites hoc ius
pertinere affirmet, ea motus
ratione, quod & hi fiscum ha-
bent, quod ego & omnes
sciunt, vt licèt fiscum habere
non posint, vt vidisti supra
glos.

glo. 9. nulli fiscum quodammodo habere, vel privilegio, vel iure communi sibi suo acquisitû & quemadmodû per Regios
284 iudices Cameræ fiscali condemnationes applicantur, ita & iudices creati per inferiores dominos eorum de dominorû Cameræ, etiam condemnationes applicantur: & pro hac parte possit considerari ponderatio quędam Anchar. in d. c. cû secundum leges. n. 11. in prin. dicentis, iudicê ecclesiasticû confiscare, & tamen non fisco ecclesiastico, sed seculari bona acquiri, ea ratione, quia ecclesiasticus iudex territoriû non habet, cuius ratione ei bona applicentur, ergo territorio videntur ex hac doctrina applicari, vel territorij domino. Illud autẽ miror, Simãcas tenere, bona acquiri domino territorij, qui vt supra dixi, tenet, ante sententiã nullû fisco ius quæri in bonis hæretici: quæ ergo ratio assignari potest, vt sentẽtia quæ ius tribuit non loco sententiæ, sed extero
285 dño illud ius tribuat, præsertim cû Fidei maximus fauor sit, & ad punitionẽ delictorû omnibus modis debeât homines inuitari. Facit & pro nostra opinione cap. 1. de præsc. vbi fauore Fidei, si Episcopus alterius diœcesis locû ad Catholicam Fidem adducat, triennali tẽpore ita alienû populû præscribit, vt ulterius pro illo non possit inquie-

tari: quia præscriptio ibi & cû rei alienæ scientia procedit, & cûm mala fide posset dici, nisi tex
286 tus ille eã purgaret. Pręterea & pro eadẽ parte adduci potest Cou. c. 11. var. n. 12. vbi cõmunẽ declarans docet, in crimine hæresis, forû sortiri delinquentem, ita vt licet vbicunq; puniri possit, vt docet communis per eû relatorû, tamen peculiarẽ forum delicti sortitur reos, ita vt saltim ad requisitionẽ iudicû loci delicti teneantur alteri iudices eûdẽ delinquentẽ remittere: ergo & confiscatio locû sententiæ sequetur. Nec me in cõtrariã possunt adducere sententiã iura & DD. quæ pro se Siman.
287 adducit, nam & rationes, quæ pro se adducût, cõtrariam adstruût sententiã, nam l. si quis presbyter. C. de epis. & cle. bona clerici, de quo ibi, ecclesiæ, cui seruiebat, applicat sine vlla distinctione, an & vbi talia bona sita sunt. c. vergentis. de hæret. bona iubet confiscari, nec tractat, cui debeât applicari. l. verò vlt. C. de exact. trib. lib. 10. bona ratione tributi, cui debetur, applicat, vt probat tex. ibi: Sub qua vincti sunt. l. autẽ iuris
288 peritos. 33. §. cû oriûdus. de excus. tut. vnã administrationẽ variûs bonorû personæ, etiam diuersis prouintijs esse censet: facit etiã l. si fideicõmissum. 50. §. tractatum. de iudic. l. quis ergo. 17. de pecul. cum alijs. vbi

æs alienũ personæ dicitur cohærere: quare ergo & condẽnationem personę bonorum condemnatio non sequetur, ex æquiparatione delictorum & contractuum, de quibus supra hoc §.à num.270. & Euerard. in centur. legali cap.20. & pro sequitur Chas. in consuet. Burgund.rub.2. vbi consuetudo ipsa apertè ita bonorum & personæ condemnationem coniungit, vt nullatenus separari queãt, & ita videndus est, præcipue §.1.in verb.& appartiẽt. nu.2.fol.94.& licet Ioann. de Canib.1.partic. de executión. titu.1.num.14.teneat, quẽlibet Episcopum executorem esse pro rebus sitis in sua diœcesi, & idem Chass.in d.rubr.2.§.3

289 glo.sent au seigneur.n.5. etiã teneat, res immobiles ei Ecclesiæ applicari, in cuius territorio est, ex l.quicunque. §. vniuersi.C.de heret.cum l. si quis orthodoxę.§.statim sequẽs fisco similem domum rem scilicèt immobilem applicet, idem quę l.fi.C.de pag.& licet glos. in dict.l. si qui. correctionem d.l.quicunque.inducat, tamen meo videri aptior erit interpretatio, si iura concordantes dicamus, bona, siue mobilia, siue immobilia fisco loci delicti confiscari.dicta l. si qui. sed domum vbi delictum committitur, Ecclesiæ per Principem concedi, vt dict.l. quicunque.

& ita veriorem existimo conclusionem de iure, bona debere confiscari, id est applicari do

290 mino loci sententię, neque dominum loci bonorum, hoc ius posse prætendere, & rationibus & iuribus, de quibus supra

291 Nam licèt Petr.de Rabe. sing. 259.& Lud. Roma.sing. 379. existimet, applicari debere fisco originis defuncti, id quod ab indigno aufertur, & pro se adducat Authent.si captiui.C de Epis.& cler. tamen contrarium verius est, vt videbis infra gl.34.§.7.pręcipue n.181. nec d.l.quicunque.opinionẽ Petr. de Raben.firmat, nec Clarus supra relatus nu. 270. contrariũ clare affirmat. Sed licet hi & alij quamplures contrarium expresse firmarẽt, à mea opinione non recederem: nam licet

292 ipso facto bona confiscata sint, vt latè supra dixi à nu.153. tamen ex sententia executio fit, vt ibidem resolui: quod si alterã teneres opinionem ante sententiã ius in te nõ habere fiscũ, magis sine scrupulo procederet, quã modo adducimus sententiã, sed nostrã sequendo certum est, ius executionis ex sententia oriri, ante enim executioni locus non est: ex eadẽ ergo sententia forum quis sortitur, & sententia tunc lata, etiam extra territorium, effectũ producit, & in delictis lęsę ma

293 iestatis humanæ & similem mixæ nulli

nulli dubium est ratione delicti,aut prorrogationis forū sortiti,ex Couar.cap.11.pract. nu. 3.& Clar.lib.5.recep.§.fin. q. 38.& 39.In crimine autem hæresis,licet vbicunque fieri possit punitio,vt docet glo.2.l.2. tit.26.par.7.& Coua.d.cap.11. pract.num.12.tamen verè forum sortitur quis ratione delicti,vt per eundem ibidē: & ita iure optimo hodie videmus per Inquisitores declarationē delicti hæresis fieri,& bona simul applicari nomine Regio receptori,qui inter cuiusuis Inquisitionis officiales connumeratur,vt per Simanc.d.tract. de Cathol.instit.c.41.nu.3.Quod
294 mero iure procedit ex ratione supra dicta: & preterquā quod Rex extra Regnum aliqua perficere potest,in integrum restituere,milites creare,& cætera, quæ voluntatię iurisdictionis sunt,facere,vt docet Anto.Corser.de potestate Reg.5.par.nu. 7.& 8.& atrocitas huius delicti ita se extendat,vt crimē læsæ Maiestatis committentem Episcopum retrahat Rex ab Episcopatu,vt docet Chass. in catal.gl.man.5.p.consi.24.special.142.Tamen in nostro casu id sine dubio procedit, nam in consequentiam personæ decreta etiam extra territorium trahūtur:& ita legitimatio ad bo
295 na alibi sita trahitur , vt docet gl.6.in l.4.tit.15.p.4.ex Decio cons.150.& alijs,quin & iudex vnius territorij decretum interponit in bonis alterius territorij,Mantua sing.228.n.1.& in nostro eodem casu Imperator ex delicto alibi commisso,bona alibi sita etiam confiscare potest,vel mobilia saltem,ex l.fi. & per Bald,ibi.C.de commer. & merc.& Bertachi.in repert.
296 verb.Imperator.vers.114.& ita per literas requisitorias taliabona posse adipisci non dubito, licet verum credam in regnis diuersorum Regum id non seruandum:id verò non iure, sed iniuria fieri existimarem,cum aliàs cogi non possent, quemadmodum & sine iure bona peregrinorum Rex Franciæ occupat,vt refert Chassan. in consuet.rubric.2.de confiscat. §.1.nu.37.

297 Ex his igitur commodé quęri potest,cui fisco bona clerici confiscanda veniant:& nō ociosa erit huiusmodi quæstio, absque dubio enim est, clericū & in hæresis,& in sodomiæ crimē incidere posse,licèt humanæ maiestatis lęsæ reum non posse fieri putem, cū hoc non possit,nisi in subditū cadere,ac propterea clericū impossibile esse tali reatu illaqueari existimat Gigas de crim.læs.maiest. q.63.n.2.Gom.in §.rursus post nume.24.instiiut.de actionib. & aliquos refert Clarus in §. læsæ Maiestatis. numer.7. &

 lib.

lib 5.receptar.§.fin. q. 36. nu. 27. Et ita clericum aliquid contra Principem molientem, ver
298 baliter tantùm, non actualiter degradandum, nec tradendum Curiæ seculari, tenet Curti. Iuni. consi. 159. nu. 1. quem refert Villalob. in collectan. comm. opin. liter. E. numer. 99. Mihi autem hæc opinio non placet, cùm non videatur sufficiens ratio, clericum non subesse seculari iurisdictioni, cum ratione
299 natiuitatis subditus sit, & ciuis dicatur, docet Gigas vbi supra, melius gloss. 6. l. 4. tit. 15. par. 4 Et ita ad fidelitatẽ tenetur, vt notat glo. in ca. petitio. de iureiurand. Aluar. in cap. 2. qualit. val. iur. deb. fid. quin & videmus ad non subditum crimen læsæ maiestatis extendi. c. felicis. de pœn. prçterquã iura Canonica & Ciuilia se inuicem adiuuant & imitantur, cap. at si clerici. 4. de iudic. vnde in nostro casu clerici respectu Principis laici idem videtur dicendũ, quod & in laico, respectu clerici, Considerari etiam potest pro hac parte cap. 1. de homicidio. iuxta intellectum Abbat. relati à Canter. in quæstionib. criminal. §. de homicidio. nu. 32. pagin. mihi. 540. vbi clericum per insidias alium occidentem docet degradandum, & Curiæ seculari tradendum. Si ergo id in proditione contra priuatum, quid dicemus in proditione contra Principem?
& ita clericum etiam contra secularem Principem commit-
300 tere crimen læsæ Maiestatis, ex Abbat., & alijs hanc sententiam tenet Bernardus Diaz in practic. criminal. canon. capit. 110. & etiam in eam partem inclinat Clarus in dict. capit. final. Et in facti contingentia, cùm casus occurreret in hac Argentina ciuitate, anno 1599. & cum alijs quidam clericus conspirasset contra nostrum Christianissimum Regem, & huius Reipublicæ statum & factiones cum alijs inciperet inçere, qui pœnas luerunt, & cum ego à Domino Ildefonso de Vergara huius diœcesis Episcopo meritissimo, & in sacra Theologia doctissimo Magistro, nostroque maximo malo iam nunc è medio sublato, peterem, vt actualiter illum clericum degradaret, iuraque & rationes, vtriusque etiam partis Doctores ei adducerem, in hanc inclinabat sententiam, & sine dubio secundùm eam proferret, nisi eius Vicarius in contrariam inclinans eius assessor esset, qua de causa, & ne plures singularitates concurrerent. dictum clericum verbaliter tantum degradauit, & ad horum Regnorum Prorregem remisit mittendum ad locum, quo sibi videretur.
301 Quo ergo casu bona clerici

rici veniunt confiscanda, cui fisco applicari debeant, in dubium venit, & ad Ecclesiam bona eiusdem intuitu acquisita: cæteras autem ad Episcopum vel saltem ad eius distributionem spectare sentit Simancas Catholicarum institutionum cap. 9. numero 18. & 19. & cum Capella Tolosana, Oldrado, & alijs, Cantera quæstionum criminal. capit. de hæretic. apostatis & schismat. nu. 4. sentit Paul. in l. si quis presbyter. nu. 2. C. de Episcop. & cleric. videtur etiam sentire Matienzo in l. 1. titul. 3. lib. 5. Recopilation. glo. 5 nume. 2. & Peregrin. de fisco lib. 3. titu. 1. numero 108. In
302 contrarium vero Guillielm. in cap. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasia. in princip. num. 240. de consuetudin. Franc. existimat, bona clerici laico fisco acquiri, idque cum pluribus resoluit: & licet aliqui ex nostris supra relati contra fiscum sentiant, tamen plures fortasse putant, quod seruatur in Francia, quod & mero iure non recusarem defendere, ex l. 13. titu. 8. lib. 5. Recopilation. vbi clerico tam ex testamento, quàm ab intestato sicut & laico succeditur, cum ita æquiparatione bonorum vacantium, & cæteris quæ supra addiximus, etsi tam ex testamento, quàm per contractum talis clericus bona transfert: quin &

ab intestato, vt refert dicta l. quare & non in delicto idem dicemus, & ita in confiscatione, quod scilicet seculari fisco acquiratur, videtur sentire Palac. Rub. in rub. de donat. int. §. 39. vers. item est dicendum. num. 10. & seq. Et licet in meo
303 Codice solum exprimat de eo quod aufertur ab indigno, tamen in repertorio citatur etiã ad confiscationem: & ita non obstabit cap. excommunicamus, quod nouiori iure abrogatum est. Et hoc magis sine scrupulo procedit apud nos, saltem in crimine hæresis, cum sanctum Inquisitionis Officium ab Apostolica Sede procedat, & confiscationes, quę ibi fiunt, licét Regię Camerę applicentur, id nomine tantum fit, cum apud fiscum Inquisitionis, vel eius bona perpetuo maneant, & quæ ibi sunt, sumptibus illius Tribunalis, salarijs officialium, & cæteris huiusmodi deseruiant, nec ad Regem nostrum, vel nummus vnus perueniat: hocq; æquũ & piũ præ dicti DD. referunt, præcipuè Cantera & Simanc. & pro hac
304 parte institutionẽ septimã Inquisitionis Hispalẽsis citat. An autẽ fisco acquirãtur legata, donata, aut alio modo acquisita ijs, qui aliquo crimine, quorũ noster sermo est, implicati sunt difficilior quęstio est: & fisco tali bona acquiri, videtur proba

ri: nam ante declarationẽ, hæ-
reticus & ceteri capaces bono-
rum videntur, per l.4.tit.3.par.
6.& l.4.tit.26.par.7. quibus vi
detur ſententia requiri, ad hoc
vt tales acquiſitiones incapa
ces videantur: cùm ergo fiſcus
omnia auferat horum bona ne
ceſſario videtur dicendum, ta-
les res fiſco acquiri. In contra-
305 rium verò tales delinquentes
ſtatim poſt delictum commiſ-
ſum, ſtatim incapaces bonorũ
fieri, probat l. in metalum, de
his quæ pro non ſcrip. & l.2.C.
de hæred.inſti.cap. excommu
nicamus.§.credenter.de hære
tic.l.10.tit.de las mandas.lib.3
for.l.fin.tit.7.par.6.melius. l.5
titu.25.par.7. poſſunt pro hac
parte adduci Abbat. & Anna.
& d.cap.1.de Apoſta.lib.6.So
cin.conſ.22.volum.1. Dyn. in
l.Imperator.de iur.fiſc. & plu-
res pro hac parte adducit Que
mad.quæſt. 18. fiſcali, & cum
ſupra dixerim à num.154.om-
nes pœnas mero iure irrogari
in his delictis, ſtatim commiſ-
ſo quolibet horum delictorũ,
ſolumque executionem relin-
qui poſt ſententiam, conſequẽs
eſt, ſtatim & incapacem bono
rum fieri: ac propterea nec ſibi
acquiri, nec eſſe, quod fiſco ac-
quiratur: & ita bis ſententia diſ
finiſſe & confirmatum eſſe in
ſupremo Sanctæ Inquiſitionis
Officio refert Quemad. proxi
me relatus, & videbis infra nu
mer.337. Sed an bona hæretici
per eiuſdem hæredes vel alios
præſcribi poſsint quæritur: &
Simanc.dict.cap.9.num.86.ex
Abb.Felin. & alijs tenet, talia
bona per putatiuos hæredes hę
306 retici occulti, vel per alios qua
draginta annorum ſpatio præſ
cribi poſse, ex quo ſuam putat
defendi ſententiam, videlicet,
ante declarationem nullũ ius
fiſco quæri, quod tantùm abeſt
vt id probet, vt potius contra-
riam manifeſtiſsime declaret,
ſi enim fiſco talia bona per cõ-
miſſum delictum non acquire
rentur, fruſtra pręſcriptione o-
pus eſſet: itẽ & ſupra diximus
glo.16.nume.170. Ea quę tan-
quam ad pribatum Regi perti
nent, quadraginta annis præſ-
cribi: ergo nil pro Simancas ex
hac præſcriptione conſiderari
poteſt, quod ſi forſan ex eo ſuã
adſtruit opinionem Simancas,
quòd ſine poſſeſsione præſcrip
tio non procedit, vt probat re-
gula iuris, nuſquam ego, nec
quos ſequor affirmant, per de
lictum poſſeſsionem fiſco ac-
quiri, ſed dominium tantum,
poſſeſsio autem corporalem
actum requirit.l.cum hæredes
de acquir.poſ. vnde licèt domi
niũ in fiſco ſit, poſſeſsio non im
peditur eſſe, penes hæredem,
vel alium, ex eaque præſcrip-
tio procedit, ex Simancas, di-
cto tempore. Minori autem tẽ
pore quinquennio ſcilicet poſ-
ſe hu-

se huiusmodi bona per hæredes hæretici, vel alios ab eo causam habentes præscribi, cum titulo & bona fide, existimat Quemad.quæst.fiscal.16. ex l.2.& Barto.ibi.C.de apostatis. quod ea ratione defendit, quia talia bona delata, solummodo non incorporata in fiscum sunt ex l.si quando.& l.si vacantia. C.de bon.vac.lib.10. pro quo forsan posset adduci l.2.C.de vect.& comm.& l.6. tit.7.par.5.& quæ latius adduxi supra
308 hac glo.16.nu.171.Ego autem tertiam cogor defendere sententiam, ex his quæ dixi supra *hoc §.nu.165.* Et ita existimo *per putatiuum hæredem, nunquam talia bona posse præscribi, sed ab eo posse auferri quandocunque delicto constiterit:* per tertium autem successorem particularem non nisi quadraginta annis præscribi posse mouebor, ex eo quod bona fisco ipso iure quæruntur, vt latius defendi supra num.155. Ergo & quadragenaria præscriptio omnino necessaria est, vt refert Simanc.& casu huius antecedentis vel etiam & fatetur Quemad.at in hærede, nec etiam hæc præscriptio procedere poterit, cum enim defunctus malam fidem omnino habuerit ex conscientia sui delicti, quin in foro animæ talia bona teneatur fisco, vel eorum domino restituere, vt ex pluribus se

solui supra à num.161.Consequens est, & hanc malam fidem præscriptionem hæredis impedire, certo enim certius est, hæredem vniuersalem, & malæ fidei hæredem esse, ita vt, quod defunctus non poterat, nec ipse possit præscribere.l.cum hæres.11.de diuers.& temp.præscrip.de qua videndus est Menoc.cap.73.illustr.controuers. nu.4.& Port.lib.4.regular.conclu.1.& Rebar.in l.nemo plus iuris.de reg.iur. idemq; quod dicta l.probat l.2.C.de fructib.& litium expens.& l.fin. C.de vsucapi.pro hærede. Hæres namque & defunctus, vna & eadem persona reputatur. authen.de iur.iurand.à moriente præstito & Hippo.sing.475.& 546.Vn
309 de fiscus, quandocunque talia bona poterit à putatiuo hærede auferre, & à tertio, dum, quo prædixi modo præscriptionem non impleuerit, nec ex solo titulo quouis, vel ex testamento vel ex contractu etiam onerosso possidens, securus erit: fiscus enim bona talia, tanquam propria auferre poterit, vt supra num.158. idque nullo pretio restituto.l.vlti. ad leg. Iul. Maiest.l.2.C.de furt.l.4.tit.2. par.7.l.9.tit.14.ead.par. Sylue. in summ.verb.restitutio.3.§.7 310
Barto.& recentiores in l. post contractum.de don.Deci.consil.235.Tiraq. in l.si vnquam. C.de reb.dona.verb.reuertatur

tur.nu.267.& alij in cap. cum secundum.de hæret. quos refert Simanc.d.cap.9.nu.21.refert etiam alios Peregr.lib.5. titul.1.nu.173. Quemad.7. quæstio.fisca. Quod sine dubio procedit, nisi pretium conuersum fuerit in bia ad quæ fiscus tenebatur, veluti in alimentis, vel alijs huiusmodi. Quin hoc casu
310 posse fiscum rem petere pretio restituto, refert Quemada proxime relatus, quod non dubito mero iure procedere, cùm & bona & administratio, secuto delicto, illico auferãtur, nam quicquid tale delictũ cõmittentis est, statim fisco acquiritur: subijt tamen fiscus debita ante acquisita, & alimenta talis delinquentis, tempore quo causa discutitur. Et ex proxima resolutione tenent plurimi, peccare mortaliter talibus criminibus irrititum, alienantem bona titulo oneroso, exponit enim proximum manifesto periculo pretij amittendi, cum & pretium conuersum in fisci vtilitatem, talis emens teneatur probare, vt supra relati tenent, etsi in gratuita alienatione contrarium putent Victor. Syluest. & Tiraq. relati à Simã cas num.85. Quod ex proximiori resolutione venit limitã
311 dum, nisi in commodum bonorum ipsi fisco acquisitorũ, talis contractus resultet, & ei pretium cedat, vel quia extat, vel consumptum sit in solutione debitorum ante delictum, vel in rerum sustentatione; quos & alios casus prosequitur Simancas à nu.22. & itidem à n. 87. neque etiam administratio
312 statim omnino interdicitur, vt aliàs considerauit l.77. Taur. iã à me supra allegata, inq; hoc casu forsan possemus intelligere regulam l. non puto. quam supra explicui. glo.16. nu.118. ratione enim incommodæ diuisionis non tam scrupulose exequetur id quod de administratione dixi, vt patre meo iudice bonorum confiscatorum sanctæ Inquisitionis Hispalensis vidi: cùm enim cuiusdam mercatoris Gadium bona confiscata essent, qui à tempore delicti commissi, vsque ad capturam, publicam mercium habuit tabernam, pluresque contractus, vt moris est, perfecit, emendo, vendendo, & aliàs, vt publici solent mercatores, post declaratoriam sententiam creditores plures ex hoc tempore debita prætendebant: ex parte autem fisci proponebatur, post commissum delictum per talẽ obligationem contrahi nequaquã potuisse, ex qua fiscus teneretur: ex aduerso autem à creditoribus se bona fide cum publico mercatore contraxisse, fiscumq; lucratũ ex prouidi mercatoris negotiatione: per patrẽ ergo meum sententialiter extitit

titit definitum, fiscum his creditoribus teneri de bonis confiscatis soluere: eius autem sententia per supremos Inquisitionis Senatores Regios confirmata fuit, quæ debitorum solu-
313 tio maximam bonorum confiscatorum partem consumpsit. Quin ex dict.l.non puto. Intelligo etiam hoc casu, vt non tam ampla requiratur probatio, dũ quæritur, an ex contractu oneroso fisco cõmodum fuit quæsitum, sed mediocris sufficiat, vt notant omnes in l.qui testamentum.de probatio. Sine probatione autem id nequaquam admitterem, quin post tam immane delictum commissum vix possum adduci ne credam malam fidem inesse delinquẽti, malumq; animũ bona omnia, ne in pœnam delicti sumãtur, consumendi, suo enim se iudicio condemnabit, ex Sancto Paulo ad Titum.3.& considerat Simanc.cap.3.nu.6. Possuntque plura in hac parte considerari: & illud, quod adducit
314 Mascardus de probation. conclus.362.non scilicèt prçiudicare fisco bona mariti confiscanti confessionem receptæ dotis, & latius dixi supra hoc.§. num.221, quin nec assertio offensi offensionem negantis fisco prçiudicat, dixi supra gloss. 17.num.38.& probat idẽ Mascard.concl.389.nec benemeritorum confessio statim fisco præiudicat, idem Mascard. cõclus.391. & alia facilè erit reperire per huius operis discursum
315 Ex igitur tàm laté deductis etiam apparet, rem consumptã ante sententiam fisco vt ido mino perire. l. incendium. & quæ ibi notantur. C. de incen. ruin.& naufrag.& ita in rebus confiscatis tenet, & expressè probat l.2.C.de vectig.& com. Hippol.in rubr. de fideiussor. num.34.& probat l.6.titul.7. part.5.& ibi glos.8.verb.la estimacion. Intelliges etiam obiter, quantum different bona cõfiscata, & quæ in commissum incidunt, cùm illa vix possint confiscari, vt vidisti supra à nu. 292. At bona, quæ in commissum incidunt, post quinquennium non possint per fiscum auferri, vt docet Ioann. Oldendorp.de vsucap.vers.res. nu.1. & dixi supra glo.16.nu.171. &
316 iura proxime allegata. Sed cũ tot & tantę sint pœnę impositę delictis, de quibus noster est sermo, infamiæ, scilicèt, amissionis bonorum, quin & in hæresi excommunicationis, vt in iuribus supra relatis videre est, operæpretium erit scire, quando huiusmodi delicta commissa censeantur, vt inde sciamus, quando confiscatio facta remanet, & licèt suspecti de hæresi pluribus modis puniantur, & aliquas etiam patiantur pœnas, non tamen hæretici declarantur,

tantur, nisi quando pertinaciter tenent & credunt, contra id quod Catholica veritas sentit & definit, vt colligi poterit ex varijs definitionibus adductis à Simanc. dict. tract. de Catho. institutio. cap. 25. & 31. & Canter. in quæstion. crimin. de tangentibus punitionem delicto rum. cap. 1. num. 2. pag. 365. Et
318 vtrobique plures definitiones, pluraque de hoc ad satietatē vsque scribuntur. Et cùm adcō summationē huius delicti mēs solummodo erronea, vel ad summum, vt alij dicunt, verbalis prolatio talis erroris requiratur, vix dari potest casus, vt quis ratione hæresis in pœnā incidat, nisi delicto consūmato consūmatur autem hoc delictum cæteris facilius, & licèt quoad pœnam ignis, vel reconciliationis differentia sit maxima inter relapsum negatiuū, & dogmatizantem, vel alios, quod prosequitur latè Siman. & Canter. quoad nos, qui de confiscatione loquimur, nulla differentia est, cùm etiam hæreticus conuersus, & ad reconciliationem admissus, confiscationis pœnam iam incursam euitare non possit. Hæreticus autem dici potest quis, sequendo aliquem ex erroribus hucusque ab hæresiarchis doctis, vel in posterum (quod Deus auertat) docendis, qui cum multi sint, multisque ad vnum illud caput referuntur modis, hę retici dicuntur. Læsæ autē Maiestatis crimen multis dicitur
319 modis, quatuordecim autem modi huius criminis committendi enumerantur. l. 1. titu. 2. par. 7. vbi glo. plura ad id adducit, vltra quos, alios casus notare poteris, cùm scilicèt quis magnam Regis pecuniam furatur l. 2. tit. 17. par. 2. Alius etiam casus est in Agareno, vulgo, Morisco Regni Granatæ, qui Mauros ducit à mari per Granatense Regnum. l. 16. tit. 26. libr. 8. Recop. Item & si Regius minister à secretis Regium reuelauerit secretum. l. 8. tit. 9. par. 2. & l. 3. tit. 9. par. 2. Item in custode frangente carcerem, & captum dimittente. l. iubemus C. de priuil. carc. Bartholome. Capua. singu. 102. Item in adulterante cum Regina. l. 1. titu. 7. lib. 8. Ordin. Canter. vbi supra de quęstionib. tangentib. punitionem delictorum. cap. 2. nu. 4. pag. 436. Item in quolibet regnicola patiente fortalitium regni capi & derobari. l. 1. titul. 18. par. 2. Et in alienante fortalitium, vel ad id consulente, ex eadem l. 1. Item in dicente se Regem, cùm non sit. Ludoui. Montalu. de reprobation. sent. tent. Pilat. artic. 4. nu. 8. Corsetus de potest. Regia. 5. part. nu. 45. Vtens etiam ornatu Regio. l. 5. tit. 3. par. 2. Item & in ostendente Cardinalem. cap. felicis. de

de pœnit. Ex quo ego deduco, quòd sicut per laicum committitur crimen læsæ maiestatis offendendo ecclesiasticũ; ita & è conuerso per clericum aduersus laicum crimen idem committitur: Plures etiam casus, qui ad supra dictos reducuntur enumerantur per Iul. Clar. lib.
319 5. receptar. §. læsæ maiestatis. Gigantem de crimin. læsæ maiest. Capel. Tolosan. decis. 130. Canter. d. cap. 2. pag. 435. Boerium in tract. de seditios. §. 6 n. 6. 7. & multis sequentibus.

Et cùm crimen hoc adeò sit immane, in eo affectus etiam effectu non secuto punitur, quod grauiorum criminum cõmune est. l. si quis non dicam rapere, & ibi omnes. C. de Episc. & cleric. late Felin. in tractatu quando affectus puniatur, & ita in crimine læsæ maiestatis tenent supra relati, præcipuè Capic. decis. 130. num. 47. Capell. Tolo. nu. 47. Quis autem
320 hoc casu dicatur actus proximus, melius quam vnquam viderim explicatur. l. 2. tit. 31. par. 7. ex quo textu cùm quosdam accusarem in hac Cancelaria, anno 1599 qui proximiori anno voluerunt, nauigationis colore quæsito, intrare nauim, qua Regium argentum huius prouinciæ à portu de Arica ad Limensem portũ vehebatur, ibique vi facta nautis, nauim alio ducere, & Regium argentum furari, de quo secum fuere collocuti: ego autem eos Maiestatis accusabam, & pœna ordinaria, & in omnibus tanquã cum criminis Maiestatis reis, cum eis debere procedi, & ad id hoc formabam argumentũ, cui nullus satisfecit. Qui facit furtum magnum Regi, committit crimen læsæ maiestatis, & si id deducit ad actus proximos, veluti ad colloquium, punitur pœna ordinaria. d. l. 2. tit. 31. par. 7. ergo, qui magnã Regis pecuniam vult furari, & deducit ad collocutionem, debet puniri pœna ordinaria: quod ad ordinem iudicij deducebã: Sed tamen ex hoc delicto non plenè probato, & alijs delictis, ad trirremes fuerunt hi condẽ
321 nati. Illud autem difficultatẽ maximam apud interpretes habet, an scilicet immanitas huius delicti maiestatis læsæ operetur, vt non solùm delinquẽs, sed etiam sciens cõmitti, quin tractatum ipsum solummodo sciens reuelare id teneatur, ita vt id omittens teneatur pœna ordinaria: & affirmatiuam partem teneri, scilicèt reuelare, qui tractatum scit, aliàs pœna ordinaria teneri docet Barto. huius opinionis choryphæus in l. vtrũ. n. 3. de parrici. sic grauiter à Baldo reprehensus ibi-
322 dem, vt vel ex sola opinione Barto. animum in infernis cruciari, & putet, & asserat: sed

profe-

profecto Bald. id protulit, non expertus malorum ex hoc delicto prouenientium, nec etiã passus, quæ nos in hac Argentina ciuitate Regnorum Peru considerauimus anno Domini 1599. quando in casus contingentia hoc quærentes, plures Doctores de hoc tractantes vidimus, Abbatem, scilicet, in c. 1. num. 5. de offic. deleg. Marti. Laudens. de crimin. læs. maiest. q. 13. Capic. decis. 130. nu. 65. Anton. Gabr. lib. 7. commun. opin. concl. 37. Abb. itidem in cap. 1. num. 9. de resti. spol. Bertachin. in reper. vers. 14. ver. scite. Chassan. in consuet. Burgũ. rub. 1. des iustices. verb. & doiz diceles n. 32. Hippo. sing. 164. Chassan. in catalog. glo. mun. 5. par. consideration. 24. versic. 130. glo. 2. in fin. l. 33. tit. 16. par. 1. Did. Per in l. 1. tit. 7. lib. 8. ordinam. Ant. Gom. 3. tom. cap. 1. num. 4. cum alijs infra referẽdis, quorum plurimi affirmant
323 cum Bartol. talem tractatum scientem reuelare teneri, aliàs etiam crimine læsæ maiestatis irretiri, licèt aliqui cum Abba. id limitent, dumtamen probare delictum possint, aliàs verò minimè, cùm asserentes tale factum ad inscriptionem, secundùm ius tenerentur, & in pro-
324 batione deficientes, etiam ad talionis pœnam. Hæc autem Abbatis opinio periculosa nimis semper mihi visa est, Principisque & Reipublicæ statui nimis aduersa, & respuenda: existimo igitur talia scientem teneri præcise ad reuelandum: duplex enim modus reuelandi est, alter defferendo solemniter, quo casu militat ratio Abbatis, de qua proximè: alter autem modus reuelandi est, denũtiando Principi, vel eius locum tenenti, quæ aduersus Principẽ machinantur, vt sibi præuideat, & malum imminens auertat: hoc autem casu, neque ad inscriptionem, neque ad talionis pœnam reuelans tenetur, vt eleganter distinguunt & resoluũt Anton. Gabr. supra relatus, Alciat. in l. 2. §. Cato. de verbor. num. 30. Plaza lib. 1. in epitom. delictorum cap. 22. nu. 17. & ita sciens excusari non potest, quominus tam immane delictum detegat: & cum anno Domini 1599. in hac Argentina Cancellaria difficultas hæc agitaretur in casu cuiusdam, nomen cuius taceo, quem ego fiscalis accusabam de conspiratione contra Regem, cùm tamen illud probarem solummodo, hunc scilicet sciuisse conspirationem adhuc contendi, hunc rebellem debere declarari, &
325 pœna ordinaria puniri, ex supra dictis. Ponderabamque pro hac parte l. 27. tit. 1. parti. 7. vbi qui non concludit ad condemnationem, non dicitur delator, nec ad aliquid tenetur, vt latius

vidisti

vidisti supra glo. 17. à nu. 23. vbi quis delator, quis item denunciator dicatur, nec excusari potest, quod in tantum est vt eum, vt legitimus testis sit, vt probat dict. l. part. & in hoc casu Plaza vbi supra, Salic. in l. ea 326 quidem. à nu. 26. C. de accusat. Ange. in tracta. malefic. verb. nec ad denuntiationem. nu. 21. Nauar. in manua. c. 25. nu. 33. & videntur sentire relati à Iulio Clar. lib. 5. recep. § . fin. q. 87 nu. 2 & vidisti supra glo. 17. n. 24. Confirmatur & hæc resolu- 327 tio ex Viui. commun. opin. opinio. 246. nu. 3. asserente, vt parricidam debere puniri filium, qui scit de morte patris tractari, & non reuelat, & ita iure optimo in generali edicto Inquisitorum, sub excommunicationis pœna omnes astringuntur reuelare hæreses etiam occultos, & dicto anno 99. principales delinquentes de confessorũ consilio complices, & scientes detexerunt quin etsi tot & tantæ autoritatis viri hoc non probarent, necessariam admodum. Reipublicæ semper esse dixi huius scientię punitionem, nã prętervulgarem illam regulã, Agentes & consentientes, de qua in l. 1. de receptor. & in ca. 1. de offic. delega. nullus est qui nesciat, cõspirantes contra Principem grauissimis pœnis affici, & ad furcas condemnari, at scientes etiam debere condemnari, vt omnes intelligant maximè expedit, ne taciturnitas vnius toti reipublicæ malũ pariat, & vt in posterum simus securi: & ita dictus reus iure optimo, & rebellis declaratus fuit, & ad furcas condemnatus, cũ bonorum omnium confiscatione: & ita in ea causa obtinui 328 ex rationibus & autoritatibus aliquot, de quibus proximè: sed non multo post. pro eadem sententia duo inueni iura, meo videri, expressa: est enim Motus proprius Pij V. Pont. max. dat. kalend. Ianuar. anno 1569. qui est inter motus eiusdem Pont. 5. in compilatione. vbi declaratur cap. fœlicis. de pœn. libr. 6. tex. enim illo cauetur, machinantem mortem Cardinalis, crimine læsæ Maiestatis teneri, & vt talem debere puniri. Motus ergo proprius id expressè extendit ad id scientem & non reuelantem. Est etiã apud nos l. 16. ti. 26. lib. 8. recop. vbi cum Maiestatis reus declaretur, qui Sarracenos à mari per regnum Granatense ducit, subiũgit statim, Idem & de sciente, & non reuelante debere intelligi. Ec- 329 ce duo iura expressè probantia scientem crimen læsæ Maiestatis, ad reuelandum expressè teneri. Augeri & poterit suprádicta ratio apud nos, ex l. 20. titu. 1. par. 7. vbi deferens, & nõ probans, non punitur: & ita cessat ratio contrarij & põderari possunt

330 sunt cætera quę adduximus su-
pra glo.27.à num.26. Nec hoc
mirum in crimine læsæ maie-
statis, plura enim specialia in
hoc delicto inueniuntur, quo-
rum decem & sex cumulantur
per Capic.d.decis.130. quę suc
cinctê referam, ne omnino vi-
dear transcribere, posteaque
& alia ego adijciam. Primum
331 igitur speciale est in hoc crimi
ne, secundùm Capic.num.55.
vt minor torqueatur. l. de mi-
nore.de quæstion.licèt aliàs nō
possit. Secundum, quod conces
sa criminum abolitione, non
332 censetur extendi ad crimen læ
sæ maiestatis, probat idem nu.
56. Barbatia consi.12. Specula.
in tit.de accusation §. 1. extat
& apud nos l.1.tit.25.lib.8.Re-
cop.vbi idem de hoc & alijs cri
minibus cauetur, confirmariq;
idem poterit, quod & in causa
ciuili notaui supra glo.16. ver.
pedir.nu.66. Tertium, ex Ca-
pic.num.57. illud est, quod so-
333 cius criminis in testem admitti
tur.l.1.§.diuus. de quęstionib.
quod & in his tribus delictis in
telligitur. Quartum, vt frater
possit fratrem accusare in hoc
delicto.cap.literas. 14. de præs.
ex Spec. & ex l.pen.C.qui ac-
cusar.non pos.& de patre vidi-
334 sti supra hac glo.& §.nu. 176.
Quintum, vt mulier etiam pos
sit accusare. Sextum, vt & pu-
pillus. Septimum, & miles,
quod vnico verbo dixisset, vt
nullus sit inhabilis ad huiusce
delicti accusationem. Octauū
ex Specul. de actore notat, vt
335 ab agendo repellatur, qui hoc
crimen commisit, quod satis
ex supra dictis deducitur, cum
enim statim omnia amittat bo
na, nec actionem vllam potest
intentare, præter quam quod
336 tanquam infamis ab agendo re
pellitur. Nonum, Capicius no
tat, quod vtriusque partis testes
admittuntur, quod quomodo
ipse intelligat, non animaduer
to, nisi id velit dicere, vt testis
quiuis etiam inhabilis & socius
in hoc casu admittatur.c. in fi-
dei fauorem.de hæret.lib.6. l.
8.tit.16.par.3.quemadmodum,
337 & de accusatore dixi supra nu.
320. Decimum, Capicius no-
tat, quod & testari non potest.
l.quisquis.l.pen.& fin.C.ad le
gem Iul.Maiest. confirmatur,
& ex ijs, quæ latè sum prosecu
tus hoc §.à nu.186.quod clarè
probatur: nam factio testamen
ti actiua facilius, quam passiua
cōceditur, vt ex l.si quæramus.
de testam.probat Tell.Fernan.
in l.4.Taur.nu.23. At testamē
ti factionem hic non habet, e-
tiam passiuam, nec capere po-
test ex testamento, etiam ab ex
traneo, præcipuè si dignitas,
aut iurisdictio annexa sit, Sali-
cet.in l.quisquis.§.filij.& vidi-
sti supra hac glo.& §.à nume-
338 304.& de filijs videbis infra n.
344. Vndecimum per eum est,
vt

vt post mortem accusari possit.l.1.C.si reus vel accusa.mortuus fuer.dixi supra gloss. 16. verb.patrimonio.nu.122. spec. 28. Duodecimum, vt appellare non possit huius criminis reus ex Ange. de malef.ver.præsente Caio. Pro quo etiam facit, quod in causa ciuili dixi, supra d.glo.16.verb.pedir.nume.70. priuil.13. & tradit Marant. de ordin.iudic.6.par.numer.289. Decimumtertium ipse adducir,
339 vt in hoc crimine sciens, & non reuelans, pœna ordinaria teneatur: quod ipse Capicius prosequitur à numer. 65. cum quinque sequentibus, & tu vi-
340 disti quod sufficit supra à num. 321. Decimumquartum est, quòd Rex, si vult, potest bona rebellium diruere. Luc.de Pēna in l.1.C.de petition. bonor. sublar. quod ibi prosequitur.
341 Decimum sextum est, vt ex crimine non solùm clericus, sed etiam Episcopus degradetur. cap.siquis laicus.22.questio. 5. Abb.in cap.at si clerici. de iudic. & dixi aliqua supra hoc §. à numer.294. & sequent. De-
342 cimumseptimum est, vt arma banniti proditoris destruantur, Gandinus de malefic.in rubric.de bannitis pro maleficio. allegat.l eorum qui.de pœnis.
343 Hactenus Capicius, cui addere poteris Decimum octauū, vt licet filius non puniatur ob crimen læsæ Maiestatis à patre commissum, Boer.de seditiosis.§.presuppono.num. 12. quia pater non portabit iniquitatem filij, quod recte intelligit Anton.de Rosel. de indulgen.num.171.tamen patris iniquitate grauantur, Ludouic. Montalu.de reprobation.sent. Pilat.articul.4.nume.15. & ita omnia amittunt bona, nec fiscus, aut etiam dotare, aut alimentare tales filios tenetur. glos.2.l.7.tit.7.par.6.licet contrarium sentiat Anton. Rosel. de successiou.ab intest.in prin. num.91.de quo aliqua vidisti supra hoc §. à num.185. Quod
344 in tantum verū est, vt nec ab extraneo possint tales filij aliquid capere, precipuè si dignitas vel iurisdictio annexa sit, Salice.in l.quisquis.§.filij.C.ad leg.Iul. Maiest. Greg.in l.2.titu.2. p.7. Tales enim filij incapaces sunt iurisdictionis, & Salice. vbi supra, sensit Mant.sing.2.nu.2.refert plures Iul.Cla.lib. 5.recep
344 tat.§.læsæ maiestatis.nu.12. Et licet regulariter natus filius ante delictum, non tam graui dāno afficiatur, ex traditis per Anton.Corsetum de potestat.Regia.3.par.numer.4. Bonum de Curtil.de nobilitate.4.par. nu. 11, Tamen in his, quæ dignitatem habent, & in bonis paternis sine dubio filius damno afficitur, præsertim cum ipso iure bona amittantur: docet Petrus Rauennas singulari 70.

dixi late hoc §. â numero. 153.
& in facti contingentia, ratio-
ne criminis hæresis paternæ,
filium dignitate non potiri, e-
tiam ante delictum concep-
tum, sententia definitum fuit
in supremo Regio Consilio
Hispaniarum, anno 1594. & li
cét ita expressè id decisum non
346 esset, tamen in id recidit sen-
tentia: nec mirum, vt quem-
admodum filius priuilegijs pa
tris gaudet, vt docet Paris de
Puteo de re militar. §. an siquis,
libro 9. numero. 2. ita & eius
dedecore grauetur: vnde filij
insequentium Episcopos non
possunt beneficia habere, etiã
in alia diœcesi, vt docet Francis
cus de Platea de excommuni-
catione. §. 35. numero. 8. & 9.
347 Quod autem de pœnis filio-
rum diximus in crimine læsæ
Maiestatis, etiam ad nepotes
extenditur, vt in tractat. læsæ
Maiestatis incerti autoris inter
tractat. Doctor. quæstione
6. numero. 25. titu. 15. cap. 19.
& Iuli. Clar. dict. lib. 5. recep-
tarum. §. læsæ Maiestatis. num.
13. Decimum nonum specia-
348 le est, vt pro reo huius crimi-
nis nullus possit aduocare, vi-
disti supra gloss. 17. verb. accu-
sat. numer. 51. Vigesimum &
349 illud speciale est, vt in hoc cri-
mine, etiam sine indicijs deue-
niatur ad torturam, docet Au-
gustinus ad Angelum de ma-
lefi. verb. e hai tradito. numer.
1. cum pluribus refert Bosius
in practic. criminal. Vigesimũ
350 primum speciale illud est, vt
licet non liceat veneno occide
re, etiam hostem aut malefa-
ctorem, ex pluribus quos re-
fert Carrer. in practic. crimina
li. §. homicidij. numero. 20. ta-
men id fallit in bannito vel cõ
demnato pro crimine læsæ ma
iestatis, ex eodem Carrerio, &
per Cœpolam consi. 34 per tex
tum & Angel. in l. final. C. de
delatorib. lib. 10. Hæc autem,
quę hucusque dixi, de primo ca
pite sunt intelligenda præcise
ex Capic. & alijs proxime rela-
tis: cętera enim capita non ha-
bent tot specialia: quod quia nõ
tam ad nostrum attinet institu
tum, non moror. In crimine au
tem sodomię hanc confiscatio-
351 nis pœnã incurri, cum ad actus
proximos fuerit deuentũ, quo
tempore & cæteræ pœnæ com
mittuntur, probatur in l. cum
vir. C. de adulter. & in authen.
vt non luxurientur homines
contra naturam. & in tit. 21. p.
7. & in Regia pragmatica, quæ
est l. 1. tit. 21. lib. 8. Recopilati.
Chas. in consuet. Burgun. rub.
7. des succesions. verb. a faire
testament. Clarus alios referẽs
in §. sodomia. quin magis cele
riter pœnas ob hoc delictum
quám ob læsæ maiestatis cri-
men incurri, tenet Guillielm.
in cap. Raynuntius. de testam.
ver. mortuo itaq; testatore. el 1.
num.

nu. 133. licet vt pœna ipſo iure
incurratur, non ſatiſficiat delictũ
inchoatum eſſe, Pariſ. in rub. ſo
152 lut. matri. nu. 169. Sed qui dicã
tur actus proximi, vt in pœnam
quis incidat, dubitatio eſt, &
ſunt plurimi qui tenent, oſcula,
amplexus, & tactus impudicos
eſſe actus proximos, ita vt ex eis
ad pœnam ordinariam poſsit
deueniri. Plures pro hac parte
eandem tenentes referunt Pari
ſius conſ. 163. num. 2. lib. 4. Auẽ
dan rubri. 31. num. 4. & in adul
terio magis ſine ſcrupulo pro-
cedit ex pluribus quos refert,
Clar. lib. 5. receptar. §. adulte-
rium. num. 16. Sat enim ibi re-
lati eſſe exiſtimant, oſcula & ta-
ctus impudicos, vt pœna adulte
rij ſequi poſsit, licet contrariũ
153 ibi teneat Clar. & ita per oſcu-
la dotem non amitti, Alciat. li-
br. 4. Parergon cap. 10. Et in ca-
ſu ſodomiæ non dici actus pro-
ximos, oſcula & impudicos ta
ctus, tenet Clarus in dict. § ſo-
domia. & latè Anton. Gomez.
in l. 80. Taur. à nume. 32. ita vt
ſecundùm Clarum, & membri
admotio neceſſaria ſit, quod &
ex Regia Pragmatica deduci
poteſt, dum dicit: De ſuerte q̃
por el no quedaſse: & quidem
de amplexibus nihil omnino
curandum eſt, cùm & inter re-
ligioſiſsimos viros inueniun-
tur, oſcula autem, etſi aliquid
afferant præſumptionis ſiniſtræ,
tamen vna præſumptio alia for
tiori, vel elliditur, vel tollitur
omnino: l. diuus. de in integr.
154 reſtitutione. Tactus verò, etſi
ad inquirendum, vel forſan ad
torturam ſufficiant, tamen ad
pœnam ordinariam exiſtimo
non ſufficere, ſed alios actus pro
ximiores requiri, etſi tam im-
mediatus actus meo videri nõ
ſit neceſſarius, vt membri appo
ſitio requiratur; quod iudicis
arbitrio relinquendum exiſti-
mo, & me exiſtente Fiſcali in
Cãcellaria de Panamà, quidam
qui fere conuictus fuit de oſcu
lis & impudicis tactibus cum
puero nouem annorum, & ma
la etiam fama erat contra eum,
in exilium damnatus fuit, ſed
magna cum difficultate, iudi-
ces enim diſſentiebant, & aliqui
ad torturam, aliqui verò ad exi
lium condemnabant, & tan-
dem mitior obtinuit ſententia:
ſed ſi illius cauſæ ego iudex fuiſ
ſem, abſque dubiò priori adhæ
rerem ſententiæ.

Et licet ad tria ſupra dicta de
155 licta, læſæ ſcilicèt Maieſtatis di
uinæ vel humanæ, & ad crimẽ
ſodomiæ confiſcationis pœnam
reſtrinxerim ſupra hoc §. num.
151. tamẽ Doctores aliquos vo-
lunt addere caſus, vt ibi dixi. &
conſtat ex Iulio Claro libr. 5. re
ceptar. §. fin. quæſt. 78. vbi alios
etiam refert, & præcipue Chaſ.
in conſuetudinibus Burgund.
rubric. 2. des confiſcacions. §.
1. in princip. Quin ex generali

Franciæ consuetudine pœnā mortis sinecōfiscationenōdari, probat ex eadem consuetudine Chass. proxime relatus, & Pontan. super consuet. Blesen. refert Iul. Clar. vbi supra nu. 2. Sed licet generaliter supra quid in hoc tenendum sit retulerim, quia tamen circa particularia sunt veriores sermones ideò speciales casus subijciam.

CASVS ALIQVOT speciales, in quibus secundùm Doctores fit confiscatio.

CASVS præterea sunt, in quibus in totum confiscatio fit, vel in partem, quos
356 Dueñas reg. 150. & alij. vt per Didac. Perez in l. 20. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. in fin. referunt, & etiam vidisti remissiué in principio huius. §. Sed vt facilius qui hi sint comprehendatur. Primus omnium casus, in quo secundùm Doctores datur pœna confiscationis, est, in falsa moneta: sed si commune quod dicitur ius consideres, nullam congruam inuenies rationē, cur delictum hoc à crimine læsæ Maiestatis distinguas: eius enim species est, quæ sub suo genere continetur: & ita læsæ Maiestatis crimen dicitur monetæ falsæ fabricatio. l. 2. C. de falsa monet. Franc. Luc. de fisc. 2. p. num. 2. Chassan. in cons. Burg. titu. des confiscacions. §. 1. nu. 20. vers.
357 secundus casus. De iure autem Regni nostri, hoc difficilius est an scilicèt sit crimen læsę Maiestatis, & an in eo dabilis sit confiscationis pœna, nam l. 9. tit. 7. par. 7. tali delicto licet pęnam ignis imponat, publicationis bonorum pœnā minime: quin illius delicti. pœnam falsi titulo, non autem titulo læsæ Maiestatis subiecit: & licèt crimen falsæ monetæ enumeretur cum alijs in l. 1. in fin. tit. 2. par. 7. vbi de crimine læsæ Maiestatis agitur, non imponitur pœna ibidem, nisi id referas ad cæteras leges illius tituli, & glo. ibi ex Azon. refert hoc crimen, quasi læsæ maiestatis esse, & l. vltim. tit. 7. lib. 8. ord. quę hodie est l. 5. tit. 17. lib. 8. recop. idē videtur pro-
358 bare, nam hoc delictum appellat aleue, quod est minus quā traycion, vt patet, & ita lex pœnam dimidietatis bonorū imponi: solúmodo, lex vero 67. tit. 21. lib. 5. Recopilat. in casu minus graui, scindenti scilicet monetā, mortis & confiscationis bonorū pœnam imponit: harū autē legum diuersę decisiones me ita mouent, vt concludentem rationē ad eas non inueniam: quæ enim ratio est, vt scisura monetæ maiorē pœnā habeat, quā eiusdē fabricatio: nisi forsan dicas, grauiorem pœ-

pœnam scissuræ imponi, quia id delictum facilius posset cõmitti, & ideo acrius debet puniri, vt ab eo homines retrahãtur. Vel etiam dicas, monetam perfectam, & in esse deductã Maiestatis aliquid in se continere, & ideò cautius tractandũ, grauiusque puniendũ eam violantem, sed vt dixi id nullatenus me quietum reddit cogitandumq; relinquo: interim tamen, quo alius senserit melius, existimo, dictas leges vti pœnales, extra suos casus trahi nõ debere, sed quãlibet in suo sensu seruandã, & vide infra n. 406.

Secundus igitur casus, in quobona confiscantur, est, cùm quis collegia illicita facit: ita docet Chas. vbi supra casu. 16. &
359 Lucan. de fisc. 2. par. nu. 14. allegataq; glo. & Bart. in l. 2. C. de colleg. illicit. Id autem ibi non disponitur expressè, sed de iure nostri Regni hæc pœna ciuibus id facientibus imponitur, in l. 2. titu. 14. lib. 8. Recop. vbi circa hoc aliç pœnæ sunt videndæ, & in alijs legibus illius tituli: hæc autem confiscatio nõ latæ sed ferendæ sententiæ est, & ideo sub generali doctrina, de qua supra non comprehenditur. Tertius igitur casus est in alienante in fraudem, ne bo
360 na confiscentur: talia enim confiscantur, & est tertius casus Chassan. & Luc. estq, l. in fraudem. 45. in prin. de iur. fisc. id enim & in ciuilibus est & in criminalibus, vt fraus aduersus fiscum non prosit, ex d. l. & l. cum quidam. 26. eod. titu. & plures modos, quibus fraus probatur, referunt ex alijs Clar. d. q. 78. à nu. 17. Anto. Gom. vbi infra. Peregri. lib. 5. tit. 1. num. 150. cum alijs, estque glo. 2. & 3. in l. 4. ti: 2. par. 7. & Bart. in l. post contractum. nu. 11. de donation. In
361 contrarium verò, valere scilicet talem alienationem videtur, nam fraus nulla in hoc casu dabiis videtur, si enim non solũ post delictum cõmissum, sed etiam post litem inceptã, quin appellatione pendente, reus liberé potest alienare. l. post contractum. 15. de donation. l. aufertur. §. in teatu. de iur. fis. quę fraus considerari potest? Sed adhuc videmus in contrarium. l. donationes. §. perfectæ. de donation. & d. l. in fraudem. quin & in ciuilibus vidisti supra gl. 16. verb. pedir. priu. 61. nu. 205. Vnde in hac difficultate Bart.
362 in d. l. post contractũ. n. 11. distinguit de enormib' & non enormibus delictis, vt in illis primũ dictũ, in istis verò secundũ intelligatur, Bar. autẽ plures referẽs sequitur Anton. Gom. 3. tom. c. 14. n. 4. sed Iul. Clar. d. q. 78. nu. 16. existimat, alienationẽ bona fide factã valere & tenere, si autẽ fiat mala fide, licet mero iure teneat, postea à fisco reuocatur, quam opinionem

commune in dicit ex Pico in d. l. post contractũ. nu. 11. & Bos. in tit. de bonor. confiscation. nu. 43. ex eisdem autem, fiscum teneri ad pretij restitutionem: quid autem in hoc fisco commodum quæratur non video, & ideo Bart. Gomez. & cæteros declarans, existimo in tribus criminibus læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ, de quibus
363 tam laté supra verũ esse, quod in hoc casu dicitur, confiscari bona in fraudem fisci alienata: nam post delictũ commissum, non est dubium, taliter ipso facto bona fisco acquiri, vt nullũ ius in eis delinquenti maneat, probat expressé d. l. 4. tit. 2. p. 7. & ibi glo. 2. & 3. & Quesad. q. 7. fiscal. & probaui laté hac gl. à nu. 151. & quemadmodũ per delictum bona ipso iure confiscantur, ita & alienata in fraudé reuocari debent, ex dictis legibus, & supra laté nu. 275. & gl. 16. nu. 188. & nu. 205. Et quia fraus & dolus nemini debent patrocinari, quin sine dubio talis fraudis socius deberet puniri, licet forsan hoc iudicium lõgiorem tractatum requireret, quàm cæterorum bonorum vendicatio: at in alijs delictis minoribus non dubito, quin alienatio valeret post delictũ commissum, vt in dict. l. post contractum ante iudicium acceptum: post iudicium autem forsan id decidere difficilius est, quæ quæstio ex ea pendet, an scilicet fiscus ratione delicti pignus habeat in bonis delinquentis, quod tractabo infra gloss. 34. verbo. incidencias. §. 5. quo te remitto, vt interim hunc tertium casum à tribus principalibus nostri §. de quibus proxime non distinguamus.

364 Quartus casus enumeratur à Chas. in incidente in legem Corneliam de sicar. qui & adducitur à Luc. d. 2. par. nu. 49. Apud nos tamen id aliàs seruatur: interfector enim regulariter, quin pene nunquam bona amittit. l. 10. tit. 23. lib. 8. recop. In grauioribus autem homicidijs, dimidium bonorum amittit interfector, dimidium solũmodo fisco quæritur, reliquũ
365 verò interfecti hæredibus. l. 15. eodem titulo 23. Quod si personas summorum iudicum interficiat, vel alias, de quibus in l. 1. & alijs titul. 22. lib. 8. Recopilation. tunc omnia bona cõfiscantur, tali enim casu læsæ Maiestatis crimen committitur. l. quisquis. C. ad legem Iuliam Maiestatis. Capicius decision. 130. vbi late de hoc, & ex hoc casus iste à tribus magnis, de quibus supra distingui non debet.

366 Quintus casus, vbi bona cõfiscantur, enumeratur à Chassan. vbi supra num. 5. in falsante literas Regias, licèt idem ibi

dem statim asserat, id abroga-
tum ex authen. bona damnat.
C. de bonis damn. apud nos ve
ro est l. 1. in fin. titu. 2. par. 7. v-
bi inter casus criminis læsę ma
iestatis hic enumeratur: vnde
& tale committens in bo-
norum confiscationem debe-
ret incidere, nisi l. 6. tit. 7. eadē
7. par. doceret id procedere, dū-
tamen talis vsque ad tertium
gradum descendentes non ha
beret: quæ lex ita mouit Greg.
in d. l. 1. vt quid in hoc casu sit
tenendum, non aperiat, sed iā
hodie aliter decisum extat. l. 3.
titu. 17. lib. 8. recop. vbi in hoc
casu solummodo imponitur
pœna dimidietatis bonorum,
pœnam verò mortis hoc casu
irrogatam iam vidi, licèt talis
bona, quæ confiscarentur non
haberet. Sextū delictū, proquo
bona cōfiscantur, est diuinatio,
367 & diuinatoris bona confiscari,
tenet Chassan. vbi supra cas. 14.
& Luca. cas. & n. 33. De iure ve
rò nostri Regni, licèt pęna mor
tis imponatur. l. 1. tit. 23. p. 7. ta-
men dimidiū bonorū solūmo-
do cōfiscatur. l. 5. ti. 3. li. 8. reco.
368 Enumeratur & septimus ca-
sus, cū officiales monopoliū fa
ciunt, ne scilicèt ab eorū aliquo
nisi tali pretio res vendatur, vel
aliud simile, quod quia in Rei-
publicæ damnū vergit, ideo ta
les confiscationis pœna puniē
tur, ex Chas. cas. 15. & Luc. nu.
5. De iure verò nostri Regni

hoc non inuenio, tā graui pœ-
na puniri, licet taliū coaduna-
tiones, etiam fraternitatum ti-
tulo fieri prohibeatur. l. 4. titu.
14. lib. 8. recop.
369 Octauū verò casum, quando
scilicèt collegiū destruitur, vel
reprobatur, enumeratur à Cha
san. cas. 17. & Luc. n. 17. tradidi
supra hac glo. §. 9. de bon. vac.
370 Nonus igitur casus est, vt trās-
gredientes ciuitates publicas,
vel negotiationes prohibitas,
publicatione bonorum puniā-
tur, ex Chas. cas. 21. & Luc. n. 6.
Sed de iure nostro peculiaria
mandata & pœnæ etiā peculia-
res statuūtur, à quibus nō est re
cedendū, in omnibus autē fere
semper inuenitur merces inci
dere in commissum.
371 Et cū grauissimū delictum
sit, Principi maledicere, Exod.
22. Dijs non detrahes, & Prin-
cipi populi tui non maledices:
& considerat Chas. in catal. glo.
mund. 5. p. cons. 24. cas. 165. &
Plaza de delict. 1. p. c. 4. vbi etiā
quid in maledicente Papæ, vel
Cardinali, ideo hunc decimū
casum, in quo pœna cōfiscatio-
nis imponenda venit, enume
rare potes, & Chas. in consuet.
Burg. d. rub. des confiscationes,
cas. 28. & Luc. de fisc. 2. p. n. 34.
& licet hūc casuū ad cęteros cri
minis læsæ Maiestatis posse-
mus reducere, cùm & inter eos
cōnumeretur in d. l. 1. ti. 2. pa. 7.
tamen iā hodie apud nos aliter

decisum extat.l.3.tit.4.libr.8. Recop.vbi vnico casu bona talis confiscantur, cùm scilicet Principi maledicens, non ex magnis,vel mediocribus fuerit,& filios non habuerit, tunc enim eis dimidium relinquitur bonorum:cęteri autem,vel Principi ipsi mittuntur, vel etiam relatio solùmodo, vt per dictam legem,quam videre poteris,& per Plazam vbi supra, & vide infrà nu.395.

372 Vndecimus casus à Chassa. numeratur casu 31. num. 24.in scribente instrumentum immunitatis concessæ,fraude,ambitu,vel potestate alicuius, & de iure nostri Regni, licèt regulariter scribæ conficiéti falsum manus amputetur.l. 16.tit.19. par.3.& l.6.in fin.titu.7.par.7. Tamen cùm hæc immunitatis instrumenta à Secretarijs Regis confiscantur,supradicta cōfirmare possumus, vt tali casu talia faciens Secretarius Principis incrimē lęsæ Maiestatis incidat,ac propterea in pœnā confiscationis.l.8.tit.9.p.2.

373 Duodecimus casus,qui 36.à Chassaneo numeratur.nu. 31. est,cùm officiales rusticanū ad obsequia adducunt, cōtra prohibitionem.l.2.C. ne rustican. ad obseq.deuocen.vnde forsan traxit originem ordinatio nostræ Cancellariæ,ne scilicet Indi nobis seruitent,aquam, ligna,vel similia adducendo,licet postea iure optimo hoc aliter fuerit statutum,vt scilicet eodē modo,& eadem mercede,qua & ciuibus communiter,& nobis possint & teneantur seruire.

374 Decimustertius casus confiscationis bonorum videtur contra tutorem, qui carnaliter cognouit pupillam.l.vnic.C.si quis eam cuius tut.fuit corrup. refert Chassan.cas.43. & Luc. de fisc.2.par.num.32.Sed de iure nostri Regni,tutor cognoscens pupillam non punitur cō fiscatione bonorum, si habuerit ascendentes,vel descendentes,vsque ad tertium gradum. l.6.tit.17.par.7. Et licet prędicta lex etiam imponat pœnam tutori ducenti in vxorem pupillam,tamen ex glo.in cap.1. 30.quæst.3 Ioann.Andr.Abb. & alijs,iā id cessare docet Gre-
375 gor.In l.6.par. glo.1. & Sebastian.Bran.in sua expositiō. titulor.sub tit.de int. mat. int. pup.& tut.

Decimum autem casum, qui à Chassan.vbi supra cas.47. & Luc.numer.25.& 15. de vxore sciente maritum hæreticū tradidi supra num.218.decimum textum verò de bonis vacantibus,qui traditur à Chas.cas.60. & Luc.nu.18.latius vidisti supra.§.9.

Decimus septimus autem
376 casus constitui potest in se ipsum interficiente, qui adducitur

tur à Chassan.vbi supra,cas.61. & est integer titulus D. & C. de bon.eor.qui mort.sibi conscii er.& apud nos l.24.tit.1.p.7.quod tunc intelligitur,cum metu criminis,de quo iam erat accusatus,mortem intulit sibi, vt probant supra relata iura,& Greg.in dict.l.partit.Laudens. de fisc.quęst.24.Peregri.de iure fisc.lib.4.tit.4.& prætereà l. in fraudem.§.eius bona. el 2. de iur.fisc.Quod in tantum est verum,vt nisi accusatio delicti iam facta,vel alia suadeant me tu criminis mortem ascitam fiscus probare teneatur suam intentionem,qualitatem scilicét hanc,aliàs non obtinebit: probat Greg.vbi supra glo.2.& ex Decio cons.438.Albet.in rub. D.de bon.eor.qui mor.probat Pereg.d.tit.4.num.2. Videtur namque in hoc casu dicendum idem quod supra dixi cas.3.à nu.346. Quædam enim fraus in hoc casu potest considerari, vt scilicét cum morte delictũ extinguatur.l.publica.3.l. defuncto.D.de public.iud.l.ex iudiciorum.de accusation.l.1.& 2.C.si reus vel accus.mor.fuer. ideò mors illata sit,vt condemnationem euitet,vnde supra dicti Doctores,vt hæc confiscationis pœna sequatur, præcisé requirunt,vt & ex delicto pęna talis deberet imponi. Vnde

377 Gregor.in d.l.24.glo.7. verb. para el Rey.tenet etiam,extante hodie l.19.tit.19.lib.8.ordi. quæ est l.8.ordin.quæ est l.8.titul.23.lib.8.Recop.idem requiri, licet lex illa generaliter disponat:mihi autem ea conclusio nequaquam placet, pœna namque confiscationis in d.l. 8.Recopil.ita infligitur,si descendentes non habet taliter se interficiens:cũ ergo hoc.§.latissime supra probauerimus in causis cõfiscationis filijs nil seruari,quin ipso iure confiscationem fieri, nequaquam potest applicari decisio l.8.quæ talem pœnam descendentes habenti non imponit:existimo ergo legem, vti loquitur generaliter procedere,& in quocunque se interficiẽte,procedere delictũ, namque illud ibi punitur, & ita nisi furor à delicto excuset, nil aliud excusabit à pœna,nisi forsan velis dicere,vnum,aut aliud dari delictũ, extra illa tria magna,in quibus etsi non fiat confiscatio ipso iure,imponenda tamen venit, vt videmus à nu.342.Sed adhuc l.8. Recopi. generaliter loquentem,& generaliter intelligendam puto.

378 Decimusoctauus casus numerati potest,qui per Chassan. cas.67.in excommunicato per annum.cap.cõtumacia.de senten.excommun. Huius enim bona confiscari existimat, adducens Capel.Tolosan. decis. 366.quod tamen decisio ibi intelligit,dummodo excommunica-

nicatio processerit ex causa criminali, secus si ex causa ciuili. De iure autem nostri Regni tam grauem pœnam imponi non inuenio, nam l.32.tit. 9.p. r. solummodo, cùm ex causa hæresis excommunicatus in excommunicatione per annum persistit, hæreticus declarabitur, vnde hoc particulari casu non dubito, quin in consequentiam bona amittat. De iure autem nouiori, qui per sex mensium spatium in excommunicatione est, in exilium debet mitti, quod si in vrbem reuertatur, dimidium bonorũ amittit, licet minori tempore excõmunicatus minorem sustineat pœnam. l.19.titu.19 lib.8. ordi. l.2.tit.5.lib.8.recop.

Decimus nonus casus, qui à Chas.68. ponitur, ille est, cùm
379 scilicet iudex aliquid recipit à litigante in causa criminali, authen. vt litigan. iurent. & §. siquis aute ex litigatoribus. De iure verò nostri Regni non inuenio legem, quæ id ita expresse probet, licet l.8.titu.1.par.7. hunc casum inter alios enumeret, in quibus post mortem procedi potest, eam reddens rationem, vt talis in bonis puniatur, & posset considerari l.24.d. titu.1.par.7. vbi æquiparat casus bonorum confiscationis, & casus, quibus post mortem posset inquiri: sed adhuc non existimo, ob hoc delictum pœnam confiscationis imponi, imo arbitraria erit pœna, ex l.11.dict. tit.1.par.7. & in l.6.tit.9. lib.3. recop imponitur pro pœna priuatio ab officio, & inhabilitas ad aliud obtinendum: item recepti restitutio cum alio tantũdem, & reliqua pœna arbitrio remittitur regis, secũdum quãtitatem & qualitatem recepti.

Vigesimus huic proximus, etsi præcedentem teneas, necessarius est, qui à Chassaneo po-
380 nitur.69. si pars iurauit aliquid dedisse iudici, vt dictam ferret sententiam, nec probauit, tunc enim eadem tenetur pœna, qua & teneretur iudex, si id probatum fuisset. d.§. siquis aut. authen. vt litigãtes iurent. Certũ enim esset, ratione delationis ad id teneri, vt dixi supra in gl.17. verb. acusat.n.18. Sed cũ id aliter hodie fit, vt proxime diximus, in iudice, etiam in dãte aliter est statuendum, vt innuere videtur. l.6.dict. titu. 9. libr. 3. recop.

Adducit & Chassan.cas.71. quem nos vigesimum primũ
381 ponimus in bastardo morien-te. Sed cùm hæc bona, vel tanquam vacantia, si ab intestato, vel aliàs in modis successionũ acquirat fiscus, vt Chassan. supra citatus refert, ad eas species erit reducendum, de qua dixi hac glo.§.9. & videbis infra gl. 34.§.7.

Vigesimus secundus casus ponitur

382 ponitur à Luc. de fisco. 2. par. n. ... in heretico defuncto, sed eum à die commissi criminis, eius bona sunt confiscata, vt late dixi hoc §. à num. 153. non est vt constituamus particularē speciem.

Vigesimus tertius enumerari posset in confugiente ad 383 alterius patrimonium, vt immunitatem consequatur, talis enim, si sit mediocris conditionis, bona amittit, aliàs autem centum libris punitur, ex Chassan. cat. 51. num. 21. & Lucan. num. 13. licet terminos contineat.

384 Vigesimus quartus, qui à Lucano quadragesimustertius ponitur, in committente falsum, quem deportandum cum bonorum publicatione, probat l. 1. §. fin. de fals. licet id hodie nō obseruari, ibidem teneat ipse, falsumque pluribus puniatur modis, iuxta diuersitatem causarum, c. super literis. 20. de rescript. cap. licet. 5. de crim. fals. c. ad falsariorum. 7. eod. capit. ex parte. de verb. signif. de quibus videndi sunt Ange. de malefi. verb. falsario. & Iul. Clar. lib. 5. receptar. § falsum. De iure verò Partitarum, pœna confiscationis tunc incurritur à falso, cum ascendentes aut descendētes vsque ad tertium gradum non sunt. l. 6. tit. 7. par. 7. at in titul. 7. lib. 8. recop. diuersæ pœnæ variis falsitatis casibus statuuntur, & contrauenienti contractui iurato, pœna confiscationis bonorum imponitur. l. 1. illius tituli. At cum hodie nō possint contractus iurari, raro casus hic dabilis est, extra autē dictum casum talis confiscationis pœna non imponitur, nisi vt vidisti supra nu. 351. frequētior autem falsitatis pœna est trirremium, quæ & falso testi imponitur. l. 7. illius tit.

Hos casus ex supradictis Doctoribus, ad vniuersalem confiscationem pertinentes decerpsi. Cæteri namq; ad alias spe- 385 cies attinent: sed vltra eos de iure communi alium casum notare posses, nam obsidum bona etiam confiscantur. l. Diuus 31. & seq. de iur. fis. Et erit vigesimus quintus casus vniuersalis confiscationis. Erit & vigesimus sextus ad nostrum fiscalē 386 tractatum multum conueniēs, vt qui ex publicis pecuniis aurum mutuum susceperit, omnia bona amittit, & relegatur, l. sciant. 2. C. de iis qui ex publ. rationibus mut. pec. accep. lib. 10. & vide infra nu. 461.

Est & similis casus vigesimus septimus, vt etiam omnia 387 bona amittat, qui publicum triticum in priuatam vtilitatem vsurpat, & etiam pœna capitis punitur. l. fin. C. de cond. in publ. horreis. lib. 10.

Præterea & de iure regni alii possunt notari casus, in quibu

bu

bus eadem omnium bonorũ imponitur pœna. Primus, qui cum supra numeratis vigesimus octauus numerabitur, est, cum Agarenus Regni Granatẽsis, vulgo Moriscos del Reyno de Granada, Maures in hospitium suscipit, vel per Granatense Regnum ducit. l.16. titul. 26. lib.8. recop. Sed hic casus crimen est læsæ maiestatis, vt ibi dicitur, & notauimus supra nu. 328. & ideò à superioribus tribus maximis criminibus non debet separari.

389 Ex eodem iure nostri Regni potest & vigesimus nonus cõsiderari in matrimonium clandestinum contrahente, qui bona omnia amittit ex l.1.ti.1.li.5. recop.

390 Est & trigesimus casus de iure nostri Regni in ludẽte aleas, vulgo dados, hic enim omnia bona amittit, dum tamen non excedant valorem triginta millium marapetinorũ, & præterea alijs pœnis afficitur, de quibus in l.15. tit.16. lib.8. recop.

391 Trigesimus primus amissionis bonorum casus est in occidente iudicẽ Regium, vel offitialem salariatum, qui stipendia à Rege recipit, ex l.39. titu. 19. lib.8. Ord. Sed hæc pœna hodie non ita absoluté procedit, sed alterata est, & aliquib' casibus medietatem bonorum solummodò, licet alijs omnia bona amittat, ex l.1.2. & alijs, titulo.22. libr. 8. recopilationis.

392 Trigesimus secundus amissionis omnium bonorum casus est in extrahente monetam è regno. l.1. cum alijs tit.18. lib.6. recop. quod & ad extrahentes alias res extẽditur in alijs legibus illius tituli. Hos casus generalis confiscationis, vel amissionis bonorũ congessi, & ex pœnis statutarijs alij forsan congeri possent: hos autẽ quos inueni, comulaui, vt susceptæ materię, quo melius possem, satisfacerem, & licet vt prędixi Casaneus in consuetudinibus Burgundiæ rubri.1.2. de confiscatione, & Luc. de fisco. 2.p. plures casus prosequatur, quorum & aliquos infra prosequemur ad generalem bonorum confiscationem, quos supra adduxi, solũmodò pertinent: illa autem notabilis est differẽtia inter hos omnes casus, & supradicta tria magna crimina: nam in tribus ipso iure confiscatio fit, & bona amittuntur, vt supra probaui: at in cęteris ante prolationem sententiæ id non fit, vt & videbis infra glo.34. §.5.

DE CONFISCATIONE dimidietatis bonorum.

SEd quia confiscationis materiam incepi, eã meliori quo possum modo absoluere æquũ est: & cùm iam quæ ad vniuersalem

salem bonorum amissionem attinét, cumulauerim, ad specialem confiscationem siue amissionem, vel partis, vel rei deueniam, & prius ad casus, in quibus medietas bonorum confis-
393 catur. Primus igitur est in committente stuprum: talis enim dimidium bonorum amittit, ex Chassan. in Consuetudin. Burgund. casu 6. in rubr. 2. des confiscacions. §. 1. num. 20. & Luc. de fisc. 2. par. num. 44. quod ad stuprum non vi commissum refert Iul. Clar. lib. 5. receptar. sententiar. § stuprum. num. 3. eam autem pœnam in desuetudiné abijsse, & hodie non aliás pœnam pecuniariam extendi, quá ad dotandam, vel in vxorem ducendam, docet Anton. Gom. in l. 80. Taur. num. 7. licet aliter sit de iure Canonico, vt plures referens tenet Clar. vbi supra. Ego veró generaliter obseruari vidi, vt stuprum in virginem variè puniretur, & frequenter aliqua relegatione, & pœna pecuniaria, & parti læsæ, & fisco applicata, perpensa semper & personarum qualitate & delicti circunstantijs, vt aliter stuprum cum vi, aliter sine ea, aliter cum raptu, aliter cum effractione, & sic de singulis qualitatibus: In tantùm autem verú est, stuprum solummodo in virginem hodie apud nos puniri, vt licet Iulius Clarus supra relatus ex alijs, & in viduá stuprum committi teneat, hodie apud nos nonsolùm non punitur stuprum in viduam commissum, verùm nec vnquam id in iudicium deduci viderim.

Secundus vero casus, qui & plures sub se comprehendit, in
394 quibus dimidium bonorum amittitur, est proditionis crimen, quod committens, dimidium bonorum amittit: dicitur autem apud nos aleue, vt in l. 1. tit. 2. par. 7. quod autem talis dimidium bonorum amittat, probat l. 2. tit. de pœnis. 18. libr. 8. Ordin. & l. 5 & 6. & alię ibidé, & totus titulus. 23. lib. 8. Recopil. pluresque aleuosiæ casus videre est in legibus illius tituli, & per Montalu. in repert. verb. aleuosus. fo. 5. & per l. 4 tit. 8. lib. 8 Ordin. Sed iura eadem plane monstrant, propositionem hanc non vndequaque veram, aliqui enim casus, & aleuosiæ dicuntur, & tamen non statim hæc imponitur pœna: vnde cógruum visum fuit, vt in quibus hæc dimidietatis bonorum pœna imponitur, & cæteris annectamus.

Est igitur alius aleuosiæ ca-
sus, qui & tertius hic dici potest
395 in detrahente Principi, nam licet crimen Maiestatis ab aliquibus exillimetur, & per consequens omnium bonorum amissionem in eo statuant, vt vidisti supra num. 371. Tamen aleuosię crimen dicitur. l. 24. titu. 19. lib.

19.lib.8.Ordin.& l.11.tit. 26. libro 8.recop.& vidisti supra hoc §.nu.371.

Quartus casus dici potest in eo,qui proditoriè alium occi-
396 dit,apud nos dicitur muerte segura,cùm scilicèt mors non interuenit in rixa: talis enim & dimidium bonorum amittit.l. 10.tit.26.lib.8.Recop. Quę autem dicatur rixa, ad hoc vt pœna committatur,vel non, vide bis infra cas.19.nu. 398.

Quintus casus,qui & aleuo
397 si- dicitur,est in frangēte inducias,seu securitatem.l.4.titu.7. libr.8.Ordin.l.3.titu.19.eod.li. recop.l. .& 2.& ibi Greg.titu. 11.par.7.Guid.Pap.decis.418.

Est & sextus aleuosię casus, cùm vxoratus secundam ducit
398 vxorem,prima adhuc viuente, vbi etiam dimidium bonorum amittit.l.4.tit.7 & l.8. titu. 18. lib.8 Ordin.l.6.tit.1.lib. 5. Recopil. Sed harum legum praxis iā hodie cessat,cùm de hoc delicto solummodo cognoscatur per sanctum Inquisitionis Officium,vbi communiter tales binubi & mittantur,& pœna flagrorum & triremiū imponitur:vidi etiam semel quēdam nobilem non pœna flagrorum nec triremiū affici,mitratus autem fuit in dicta actus,sicut & cæteri infimæ conditionis homines.

Est & septimus etiam casus,
399 & aleuosiæ crimen,si vxoratus publicè concubinam retineat. dict.l.8.proxime citata, & contra hoc tam graue delictum, etiam de iure Canonico pœna imponitur excommunicationis & exilij,si admoniti non resilierint,vt in Tridentin.sessio. 24.de reformation.capit.graue peccatum. Prędicta vero pœna dimidietatis bonorum hodie minoratur.l.5.tit.19.libr.8. Recop.vbi in quinta bonorum parte solummodo condemnatur pro qualibet vice:prædicta autem pars non tota Regiæ Cameræ applicatur,sed distribuitur,prout in dicta lege habetur quod fortassis intelligetur, cū talis vxoratus publicé habet cōcubinam,non tamen domi, si vero domi habeat,videtur. d.l. Ordin.confirmata l.6.tit.19.li. 8.recop.

400 Octauus casus & aleuosiæ insignis est,si quis parietem vel locum maleficij committendi causa rumpat:talis enim & aleuosiam committit, & dimidietate bonorum priuatur.l.29. d. tit.19.lib.8.Ordinam.l.6. titu. 26.li.8.Rec.& in furante cūeffractione pœna capitis imposita est.l.6.tit.5.lib.4. for.quæ declaratur l.74.sty l.ibi:Y esso mismo ha de morir, si subiere por pared,o entrare por finiestra,o por texado a la casa,deue morir,o si abriere la puerta con llaue,o en otra manera o descerraxare arca,o si entrare en otra guisa

guisa por la puerta seyendo abierta, e lo fallaren que está ascôdido en casa, deue morir por ello por justicia: qua lege nulla melior glossa ad legem Fori dari potest, & quod dicta lex styli, pene retulit Stephan. Aufre. de potest. ecclesiast. super laic. num. 39. quæ multum notanda sunt, nam Antonius Gom. 3. tomo cap. 6. num. 10. dictam legé styli practicati affirmat, & in furibus iam ego non semel practicaui, & in omnibus delictis effractores pœna mortis puniri, docet Did. Per. in d. l. ordina. Sed licèt quoad pœnam dimidij bonorum id faciliter admitterem, tamen quoad pœnam mortis non tã facile: lex enim styli in fure procedit, vt per eã patet, & pœnæ non facilè debent extendi, & præter furti causam eam legem practicatã nequaquam audiui.

401 Nonus etiam casus notari potest, qui & aleuosiæ dicitur, in falsante sigillum Regium. l. 21. tit. 19. dict. lib. 8. ordinam. l. 3. tit. 6. eod. lib. ordi. qui etiam mortis pœna punitur. l. 6. titul. 7. par. 7. quin hoc casu defendi potest, omnium bonorum pœnam pati, cum sit de casibus enumeratis in l. 1. tit. 2. partit. 7. quod & Gregor. ibi glo. 22. tentat, & de immunitate huius criminis aliqua D. Perez in dict. l. Ordin. & vidisti supra hac glo. & §. nu. 366.

Et præter supra dictos aleuosiæ casus sunt & alij, in quibus
402 dimidij bonorum pœna imponitur, vnde & decimum dices in muliere cognoscente turpiter virum alicuius sectæ. l. 7. d. tit. 19. lib. 8. ordin. Præterea & dictam pœnam de prima vice intelliges: pro secunda enim & mortis pœna, & omnium bonorum amissione punitur. l. fi.
403 tit. 25. p. 7. Et etiam Iudęus turpiter cognoscens mulieré Christianam, capite punitur. l. 9. tit. 24. par. 7. licet prædictam legé intelligat Did. Perez in d. l. ordinam. cum sub figura matrimonij etiam ad meretricem accessus habetur, ex l. 3. tit. 11. lib. 4. for. quæ lex solum procedit, cùm mulier contrahit cum seruo alterius sectæ, & ita generaliter talem infidelem non mortis pœna, sed mitiori puniendũ tenet Oldrad. consi. 333. Corn. cons. 114. tom. 1. num. 3. Decius in cap. Canonum. de constitut. num. 17. Alc. lib. 7. Parergon. c. 23. Ægid. Bos. de coitu damn. num. 21. pag. 323. colu. 1. Boer. communem dicens decis. 316. Couar. in 4. cap. 6. §. fin. numer. 3. & Iul. Clar. plures latas sententias citra mortis pœnam referens in § fornicario. num. 26. pro quibus faciunt aliqua argumenta, quę adducit D. Per. supra relatus, & considerari potest l. fin. d. tit. 25. part. 7. vbi cũ alię pœnæ impositæ fuerint, tamen

men in publica meretrice cum Agareno fornicante, vtrique flagellorum pro prima vice, pro secunda autem, mortis pœnam imponit.

404 Vndecimus casus de iure nostri Regni notari potest in moriente non recepto pœnitẽtiæ Sacramento, aut alijs, si id commodè potuit.l.12.tit.19.libro 8.ordin.l.5.tit.1.lib.1. recopil. & licèt ibi solummodo bonorum dimidij pœna imponatur, vix est, vt sine contemptu Fidei id contingere posit, vnde & hæresi posset annumerari, vt in authen. de priuil. dot. §.1. singularis secundùm Feli. & Anton.in rubr. de hæretic. Quid autem de non confitente illo anno, videndus D. Per. in d.l.ordin.& Nauar.in man. 22.n.33.c.26.

405 Duodecimus casus est in falsante sigillum Episcopi, vel alterius prælati.l.22.d.tit.19. vnde & à fortiori idem est dicendum in adulterante sigillum Papæ.d.l.21.& talem incurrere Papalem excommunicationem, etiamsi in re non substantiali, vel etiam in puncto falsitatem committat, ex alijs refert Felin.in cap.ex parte.2.n. 18.de rescrip.

406 Decimus tertius casus est in fabricante, seu fabricare faciente falsam monetam.l.1. C. de falsa monet. aliter pœnam imponit.l.23.d.tit.19.lib.8. Ordi. & ibi D.Perez. Sed hoc aliter est dispositum, saltem in incidente monetam.l.65.tit.21.lib. 5.recop. sed de hoc late hoc §. n.l.356.

407 Decimus quartus casus est, in feriente aliquem cum sagitta.33.d.tit.19.lib.8.ord.

408 Decimusquintus, in receptante aleuem.l.37.d.titul.19.& Montalu.in repert.verb. aleuosus.fo.5.

409 Decimussextus est, in aliũ occidente, vel vulnerante, causa deprædandi alium.l. 38. d. tit.19. Sed non omnis condẽnatio ad Regem pertinet, sed pars iudici, quæ aliquatenus alteratur.l.6.tit.23.lib.8. recopi. Alteratur inquam, quia nil iudici, sed potius parti certo casu applicatur.

410 Decimus septimus casus est in impediente executionem sententiæ, quæ trãsiuit in rem iudicatam.l.43.d.tit.19. libr.8. ordin.l.8.tit.17.lib.4. recop.

411 Est & prætereà casus decimus octauus in trahente mulierem ruptam per lupanaria, & requisito non desistenti: eadem pœna imponitur.l.44. d. tit.19.

412 Est & casus decimusnonus in extrahente tormentum in rixa, l.51.eod.tit.19.lib.8. Ord. & l.14.tit.23.lib.8.recop. quæ leges ita iubẽt, No saque a nuy do ni pelea: verbum autem Hispanum, Pelea, Latinè, rixa dicitur,

tur, vt docet Gregorius in l. 3. titul. 16. par. 2. glos. 1. rixa vero etiam dicitur, cùm sola verba contumeliosa dicuntur. l. si ex plagijs. §3. §. 1. ad legem Aqui. & ita si casus occurreret, intelligerem dictam legem, etiamsi proverbis contumeliosis tormentum extractum fuerit: qui intellectus magis sustdebitur, si animaduertamus, genus hoc armorum à lege esse prohibitum, ita vt minutula tormenta vulgo, pistoletes, & fabricari in regno & aliunde adduci prohibitum sit. l. 8. tit. 6. lib. 6. recop. Et ita facilius debet pœna induci contra eis vtentem, suadetur etiam, nam mors facta cum tormento, nunquam sub generali remissione remissa censetur. l. 15. tit. 23. lib. 8. recop. Et ex prædictis de rixa, intelliges etiam quando mors ex rixa sequuta dicatur, vel non, ad effectum vt pœna dimidietatis bonorum committatur, vel non, de quo in casu 4. supra nu. 382.

413 Vigesimus casus est in occidente eum, qui domum regi, & eius ministris parat, qui apud nos vulgariter dicitur, Aposentador, de quo in l. 10. titu. 13. lib. 8. ord.

414 Vigesimusprimus est, cum quis homines adunat, causa maleficij committendi: talis enim etiam dimidium bonorum amittit. l. 3. & 5. titulo 22. lib. 8. recop.

415 Vigesimussecundus posset dici in committente hæresim, vt in l. 2. titu. 19. lib. 8. ordinatn. Sed latius supra hoc §. dixi, hæreticum omnia amittere bona, esseque hoc delictum de tribus maximis, de quibus tã latè disputaui in principio huius §. & ideo illud est tenendum, nec credere possum, dict. l. ordina. prout allegata est, sensisse, sed intelligi de heresi, id est de delictis, quæ sapiunt hæresim, qué admodum in non confitente, de quo supra casu 11. & infra duobus seqq.

416 Item & inde vigesimumtertium intelliges alium casum de incestuoso, qui quasi hæreticus dicitur, & amittit dimidiũ bonorum, & amittit patriãpotestatem. l. 6. tit. 14. par. 4. Quod autem dimidium bonorum amittat, probat l. 7. tit. 19. libr. 8. recopil. & de incestu late Iulius Clar. in §. incestus. & Cantera quæstion. criminal. in quæstionibus tangẽtibus punitionem delicti cap. 4. à numer. 53. pagina 498.

417 Est & casus 24. in vsurario, qui præter pecuniam ad vsurã datam, dimidium etiam bonorum amitti tit. l. 5. tit. 19. lib. 8. recopilation. Hic enim & hæresi quasi similis est, circa quod & repetenda sunt, quæ supra notauimus de maxima similitudine delictorum læsæ maiestatis diuinæ & etiã humanæ:

& quemadmodum in crimine lęsæ maiestatis humanę omnia bona confiscantur, & in eis similibus dimidium, vt vidisti in male dicente Principi supra n. 395. & alijs, ita & in crimine hæresis omnia confiscantur bona, vt latè supra vidisti, & in eis similibus dimidium solummodo, vt in istis vltimis vidisti, & supra nu. 404.

DE AMISSIONE TERtiæ partis bonorum.

ET vt gradatim descendamus, sciendum est, & aliquā
418 de tertiam bonorum partē confiscari, cuius speciei primus casus numerari possit, in eo qui priuatā vim committit, qui ponitur à Lucan. de fisc. 2. par. nu. 13. & Chass. in consuet. Burgū. d. rub. 2. des confiscacions. cas. 70. Sed de iure nostri Regni hoc nō ita dispositum inuenio, nam l. 1. tit. 13. lib. 4. recopil. qui alienā rem ingreditur, vel ius quod habebat amittit, vel si nō habebat, ad tantumdem parti tenetur.

419 Secundus casus est in inquietāte funus alicuius, hunc autē adducit Luca. vbi supra nume. 36. & Chass. cas. 29.

420 Tertius casus amissionis tertiæ partis bonorum est, in eo, qui pecunia publica vtitur, ex Luc. vbi supra nu. 49. & Chass. vbi supra cas. 57. sed de recipiente mutuam pecuniam, & vsurpante triticum publicum, omnium bonorum amissione puniri, dixi supra in confiscatione omnium bonorum in casibus specialibus, cas. 26. & 27. n. 372 & seq. & vide supra nu. 461.

PVBLICATVR RES.

ALiquando etiam res vniuersalis vel particularis in com
421 missū cadit, & cōfiscatur, quod varijs ex causis contingere potest. Præcipuus ergo modus acquirendi rem dico vniuersalē, id est hæreditatem, est ab indigno: regulariter enim ab indigno, siue hærede, siue legatario fiscus ei acquisitum aufert. l. 1. & l. non intelligitur. 3. de iur. fisci. l. Papinianus. §. meminisse. de inoffic. testa. l. 1. & toto titu. C. de ijs quib. vt indign. Bald. in l. qui contra. C. de incest. nuptijs. Peregr. de fisc. lib. 2. titu. 2. licēt aliquando non fisco acquiratur, quod ab indigno est auferendum: sed ei qui ingratitudinem indigni supplebit, vt suo loco dicetur, & causas indignitatis, quibus hæreditas aufertur & applicatur, vel non applicatur, fisco enumerantur. l. 13. & 17. tit. 7. par. 6. sed peculiariter aliquas explicabo.

422 Primus igitur indignitatis casus, & omniū maximus est, cū hæres institutus occidit, seu occidere facit testatorem, qui

eum instituit.l siquid dolo.2.§. fratris.siquis aliq.test.prohibu. Fiscus autem succedit, nisi in eodem gradu alius sit, ex Chas. sæpe relato in consue. Burgun. rubr.2.des confiscacions. casu 24.nu.21. Lucano etiam sæpe relato.d.tract.de fisc.2.par. nu.
423 12.videbis infra glo.34.§.7.nu. 159. Cui consonat & secundus casus, nam si vxor procuret necem mariti, quidquid ex eius bonis aliquo modo acquisiuit, amittit, ex l. Lucius.9.de iur.fisci.& l.8.tit.1.p.7. quod & fisco applicabitur, ex supra dictis, & ex ratione generali, de qua supra hac glo.n.425.

Secundus casus indignitatis,
424 qui fisco locum facit, est in taci tè accõmodante fidẽ defuncto de restituẽdo incapaci.l.eũ qui. 18. de ijs quib. vt ind.d.l.13 ti.7. p.6.Chas.vbi supr.cas.25.& Luca.nu.16. Et qui fiscus hoc casu capiat, & quomodo, & alia circa hoc, videbis latius infra gl.34 ver.incidencias.§.7.

Tertius igitur indignitatis
425 casus fit in eo, qui medicos defuncto non adhibuit, nil enim talis acquirere potest.l.indignũ 4.de ijs quib.vt ind.Chass. cas. 26.& Luc.24. Sed hoc casu, si alius medicos defunctoadhibuerit, efficiet, vt quod à tali indigno auferatur, non fisco, sed sibi quæratur, quod in hoc & alijs similibus casibus adducit.l. 27.titul.7.par.6.

Quartus indignitatis casus, quo fisco hæreditas acquiritur, est, cũ quis per metũ hæres fue-
426 rit institutus, vt ex Bar.in l.fi. si quis aliq.testa.prohib. Bald. & alij tenet Chas. vbi supra.cas.27. & Luc.etiam vbi supra nu. 21. Quod tamen idẽ Chass. existimat, dũmodo talis proximior, sit ab intestato, ex hi.C.si quis, aliq.testa.prohib. quasi existimet, testamentum talẽ non valere, & rem reduci ad intestati causam, sed ne ex suo delicto cõmodũ reportet ipse metũ adhibens, ideo ab eo fiscus aufert: sed si non primus, sed alius consanguineus sit, tunc ad causam intestati res reducitur, nec alterius delictũ alterum grauare debet: cuius sententiæ est & Immo.in l.1.de test.& alij. Verùm in contrarium videtur.l.27.tit. 1.par.7.& per eam Gregor.ibi gl.4.tenet, omnino á fisco hoc casu hæreditatem auferri, siue metũ inferens proximior, siue remotior agnatus sit, omnino enim certum est, hunc & institutum & indignũ esse, ac propterea ab eo debet auferre fiscus, & vide omnino eund.Gregor. qui diserte admodum in hoc puncto loquitur, & faciũt quæ videbis infra glo.34.§.7.nã fiscus auferẽs ab indigno substituto præfertur, vt ibi videbis n.
427 170. Cui casui similis est quintus, eius qui defunctum testari prohibuit. talis enim indignus,

efficitur,& ab eo hæreditas aufertur,vt in tit.D.& C. si quis aliquem testa.probib.l.26. tit. 1.part.6.& adducit Peregrin. de fisco.libr.2.titul.6.num.41. Quo forsan casu intelligi posset,quod Chassanæus existimat: cùm enim hoc casu intestatus decedat defunctus,consequens est,proximiori ab intestato quæri,nisi is testari prohibuerit, ex ratione de qua numero supra proximiori:sed hoc casu saltem pro parte delinquentis fisco acquiri,si in pari gradu cum proximiori sit existimo ex ratione

428 de qua ibi,& in glos.34. ibi citata est. Est sextus indignitatis casus, cùm aliquid relinquitur concubinæ, cum qua relinquens non poterat matrimonium contrahere, latè Aymon.

429 Crauetta consilio 229. præcipue numero.8.Cui casui similis est & septimus, derelicto mulieri stupratæ à milite, qui stuprauit eandem, tunc enim à tali muliere aufert fiscus. l. mulierem.14.de his quibus vt indignis.& per illum textum Chassanæus vbi supra casu 65. Quod limitat Corneus consil. 310.numer.9.volumin.1. dum tamen ascendens, aut descendens hæres tali militi deficiat, quasi hic casus magis incapacitati,quàm indignitati tribui debeat:de qua differentia videbis infra gloss.34.verb.incidencias.à numero.167.

Octauus casus indignitatis, & ex quo fisco hæreditas applicatur,est in non querelante

430 necem defuncti: si enim hæres ante querellam necis defuncti factam hæreditatem adeat, efficitur indignus, & ab eo aufert fiscus hæreditatem, vt in l.1.& 3.§.quod ad causam.& toto titul.ad Sylanianum.l.1.C.de his quibus vt indignis.l. 13. & 15. titulo septimo,partit.6.l.11. titulo 19.libr.8.ordinamen. l. 11. titul.8.lib.5.Recopilationis.& ibi Matien.late gloss.3.& Gregor.in l.23.titul.1.part.6. glos. 5.& 6.l. 27.& ibi gloss. 5.cum alijs.tit.1 part.6.& glo.7.l.10.titu.13.par.6.Tali enim casu hæreditas à fisco aufertur, & quid in alijs seruandum sit notan dictæ gl.& videbis infra. Sed hic

431 illa se offert difficultas, an scilicet hæres institutus ab occiso posit cum occidente pacé facere & remittere necem,absque metu indignitatis,& amittendæ hæreditatis? Et affirmatiuam partem, posse hanc pacem facere,absque alicuius pœnæ metu,sentit Antonius Gomez tom.3.variar.cap.3.num. 62.& Plaza in tracta. delictor. capit.29.num.25. in contrariũ tamen, videlicét, id non posse facere hæredem,atque ab id facienté hæreditatem auferendã, sentit Gregor.in dict.l.13. par. & Matien.in l.11.titul.8.libr.5. Recop.gl.3,quas opiniones ad con-

concordiam conatur reducere, D. Perez. in l. 1. tit. 3. l. 5. Ordin. Sed meo videri non est, cur à legum sic recentiũ decisione dis- 433 cedamus, & ita indistinctè teneo, hæredem quocunque tẽpore pacem faciat, hæreditate debere priuari: dicta enim lex Partitę, & cæterę quæ iubẽt hæredem vindicare necem defuncti, cũ effectu debent intelligi. l. si se. 4. §. ait prætor. de re iudi. nec factũ dicitur, quod non durat factum: nec argumentum tenentium contrarium me mouet, non enim valet argumen- 432 tum, licet hodie pacisci, & talẽ offensam remittere, ergo hęres non debet puniri, ex eo quod, lege permittente fecit: hoc enim argumentum facillimè diluitur nostra solenni l. 22. tit. 1. p. 7. in fi. illa enim lex in principio huiusmodi pacta permittit, ita vt ex eis pœnã corporalẽ remittat: at vero in fine accusatorem paciscentem punit, vt in ea patet, nec mirum est, vt vna res diuersis respectibus, diuerso iure censeatur. l. miles. §. pro parte. de leg. 2. quod more suo solito exemplis exornat Tiraq. de retract. lign. §. 1. glo. 18. nu. 23. & in casus contingentia in hac Cancellaria contendebã, à quodam hærede, qui pacem fecerat, hæreditatem fisco auferre, ipse vero ex Anton. Gom. fundamentis suam partem defendebat, tum etiam allegabat, defunctum ipsum iam moribundum asseruisse, se fuisse aggressorem, & ideo remisisse offensam: vnde hæres, qui executus fuit voluntatem, imo factũ defuncti puniri non debebat, ego vero etiam hoc casu, nec pacẽ defuncti debere attendi, quominus & occidens puniretur, & hæres ob remissionem factã contendebam ex supra dictis, & Iulio Clar. lib. 5. recep. sent. §. fina. q. 58. nu. 29. Bartol. in l. dãni. §. Sabini. num. 20. de damno infect. seq. vt per Angel. de malef. verb comparent in termino defensionis. num. 6. Semper enim moriens remittit, motus forsan aliqua non iusta aliorum pietate, non legitimis modis circunscripta, Paris. 1. tom. consi. 13. num. 67. & quotidie in his partibus contingit, licẽt cõtra hanc, quam sequor opinionem, sint Bald. in l. 2. ad Syllanianum. & in l. 1. numer. 31. & 32. C. commun. delega. & pro eo videtur l. si ego. §. si res. de iure dotium. & Alexand. consi. 14. nume. 2. tom. 3. Et licet hoc casu reus fuerit absolutus á mea petitione, quin aliquis ex iudicibus absolutè tenuit, ob pacem factam nequaquam hæreditatem auferendam, nil adduxit quod me moueret, neque fundamenta ab aliquibus ex superioribus Doctoribus adducta me mouent, quominus iura, & antiqua, & noua

teneam, ex quibus ab hærede remittente, & non vindicante necem defuncti, hæreditas aufertur.

Potest & notari nonus indignitatis casus, quo hæreditate
434 quis priuatur, & casus quidem proximiori similis in patrono, qui mortem libertorum suspecto decendetium non defert, vt delictum, si quod sit, patefiat probat l. portionis. C. de hisqui bus vt indign. & Chassanæ. in dict. rubr. des confiscacions. §. 1. casu. 63. num. 36. Sunt etiam alij indignitatis casus, sex enim numerantur dict. l. 13. tit. 7. par tit. 6. quæ declaratur l. 15. eodẽ titu. & patent etiam in tit. D. & C. de his quibus vt indignis. & vidisti supra. n. 9. hac glo. verb. bona vacantia. & videbis infra
435 gloss. 34. §. 7. Et ideo ne latius quam expedit, sermonem protraham, sit decimus casus, in quo res confiscatur, in ludente ad Azardum, nam domus talis publicatur, & ludens pœna extraordinaria punitur: docet Chassaneus vbi supra casu. 42. & Lucan. de fisco 2 part. num. 39. De iure autem nostri Regni, qui in tali ludo lucratur, reddere tenetur, & aliquibus pœnis pecuniarijs punitur, vt in l. 1. & toto titulo. 7. libr. 8. Recopilation & vide supra numer. 390.

436 Vndecimus casus sit, cùm res cadit in commissum: talis enim res fisco applicatur, ex Chas. vbi supra cas. 45. & Lucan. nu. 8. Huius autem casus materia, & longa quidem disputatione vix omnimodo elucidari potest, cũ plerique commissi casus ex statutis dependeant, quorum frequentiores ponuntur à Iulio Clar. libr. 5. receptar. quæstion. 82. & vide supra à numer. 66. & seqq.

437 Duodecimus casus est, eius, qui arbores iuxta publicum aquæductum plantat, quæ aquæductui nocent, tunc enim & arbores publicantur, & etiã prædia, ad quæ tali machinatione & dolo aqua ducitur, ex Chas. in consuet. Burgund. d. rubr. 2. des confiscacions. §. 1. num. 46. & Lucan. de fisco 2. par. nu. 30. quod deduci posset contra eos qui iuxta fontem vel riuos, ex quibus in aliquo oppido bibitur, bobes vel vacas habẽt quas certum est aquæ nocere, & eam bibentibus, vnde armenta talia deberent publicari, quod vtile esset in vrbe de Panamà, vt damna inde vicinorum saluti obuenientia cessarent.

Decimustertius casus es-
438 set in occultante plaustra, vel naues, ne Respublica eis ad publicam vtilitatem vtatur: talia enim plaustra, vel naues publicantur, vt per Chassanæum vbi supra, casu quadragesimo octauo, & Lucanum num. 30. estq; totus tit. C. de nauib. non ex-

excusan.lib.10.& hoc ius plau stra & naues sumendi, vocatur angaria & perangaria, & an locationem fiscus teneatur solue re, videbis infra glo.34.§.2. priuil.18.n.96.

439 Decimusquartus casus notari posset ex proxime citatis, Chassan.scilicet cas.53. & Luc. 26 in alienante rem litigiosam talis enim & rem redhiber, & pretio priuatur: hoc autem nũquam obseruari audiui, sat enim videtur hic puniri, vt hæc fraus fieri non posit,&ea non obstante, & iudicium subsistat, & sententia lata contra tertium exequatur.l.fin.& toto titulo.C.de alienat.iudic.mutandi caus.facta.

440 Decimusquintus casus est in deferente & non probante, talis enim in casu fiscali ad tãtumdem tenetur, ex Chassan. vbi supra cas.59.sed de delatore,& quatenus teneatur,latius dixi supra glos.17. verbo, acusat.a nu.18.

441 Decimussextus casus est, si is cui rogatus sum restituere legatum, dicat falsum, & in eo perseuerauerit,tunc enim tale legatum confiscatur.l.post legatum.§.si patet.versic.fina.C. de his quibus vt indignis. Chassan.vbi supra casu 66.quæ est 5. indignitatis causa.l.13.tit.7. par.6.

442 Decimusseptimus casus est in contrahente incestas nuptias.l.qui contra.C.de incestis nuptijs.l.50.& 51.titul.14. partit.5.& glossa ibidem, Chassanæus vbi supra casu 70. Tunc enim quidquid ob eam causam obuenit, fisco acquiritur: quod lata sententia intelligit Bartol.in authen.de incest.nuptijs.num.13.vt hæc differentia sit inter illa magna crimina,de quibus in princ.§.& cetera, de quibus postea,vt illa ipso facto, cætera post sententiam confiscentur:& de hoc videndus est Salicetus & cæteri in dicta. l. qui contra.C.de incest.nuptijs. Quod verum est, etiam si ius ignoretur, dummodo factum sciatur,nam hoc casu etiam dos confiscatur,vt ex Iulio Claro inter communes Doctores. r. tom.verb.dos.fol.536.vbi plu-

443 res citantur. Et prędicta conclusio limitatur, dummodo filij legitimi non sint, tunc enim illis bona parentis applicantur non fisco,vt notat Dueñas reg.150.limitatio.1. & per totam illam regulam nostrum casum plures referens tractat. Hanc autem amissionem acquisitorũ per illud crimẽ contractã ego intelligo vltra dimidietatem bonorum,de qua pœna dixi supra num.416.& est l.7.titu.20.lib.8. recopilation. quod & sentit Canter. in quæstionib.criminalib.de quęstionib.tangen. punitionem delictor.c.4.n.58.

444 Decimusoctauus casus est, in eo, cui bonis interdictũ est, propter crimen læsæ maiestatis, talis enim non potest adire, & ideo fisco acquiritur, ex Luca. de fisco. 2. par. cas. 20. allegat glo. l. ventre præterito. de acq. hæred. §. 1. quam ego non inuenio: sed certe iste incapax potius dicetur, quàm indignus, & ideo venientibus ab intestato, tale legatum acquiritur, nisi in eorum defectum fiscus tã quam vacantia bona illud occupet, vt dixi supra hac glos. numc. 377.

445 Decimusnonus est in milite nolente annonam recipere, tunc enim fisci commodis applicabitur, ex Bart. in l. fortissimi. C. de erogation. milit. annon. lib. 10. Luc. supra proxime nu. 15.

446 Vigesimus est, si comitatensis faciat rem emi à magnate, vel ciue, ne res illa subsit oneribus, tunc enim talis res publicatur, Bart. in l. 1. C. de nauibus non exp. lib. 10. Lucan. de fisc. 2. par. num. 9. Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 2. des cõfiscacions. §. 1. cas. 22.

447 Vigesimusprimus est in susceptore, qui florenos fiscalescõmutat, tunc enim lucrum amittit, & fisco quæritur, Chas. vbi supra casu. 12. quod multi momenti erit in hoc Regno, in cõmutante massam argenteam, quam nos barras dicimus, pro argenteis numis: potius enim expedit fisco, dictas barras habere, quàm numos, tum, quia pluris æstimatur, cùm vendun tur, tum etiam quia minoribus expensis ad Hispaniæ Regna portantur: vnde certum est in hoc regno tempore profectionis classis annalis plurisęstimari has barras, quam per annidiscursum ad pretium duorũ pro centum, vnde existimarem nõ solum ad illud plus, sed etiam ad interesse harum maiorum expensarum fisco teneri, vel ad quadruplum.

448 Vigesimussecundus est, in comparatis à Præside in Prouintia quam administrat, fisco enim illæ res quæruntur. l. aufertur. 46. in prin. vers. quod à Præside. de iur. fisc.

449 Vigesimustertius, ex quo quam plurimi possunt deduci, est, nam cũ fiscus sit bursa malè acquisitorum, & saccus in quo vaduntur bui sans omnia malè acquisita, vt docet Guiliel. in cap. Raynutius. de testam. verb. mortuo itaque testatore. el 1. 2. part. nu. 143. fo. 113. omnia cum scelere quæsita, siue per contractum, siue ex testamento sibi acquisit, Luc. d. tract. de fisc. 2. par. nu. 11. glo. 4. & 5. l. 27. tit. 22. part. 3. & glo. 5. l. 54. tit. 14. par. 5. quod enim non capit Christus, capit

450 fiscus, regulariter enim totum aliquando fiscus partem capit. d. gl. 5. par. vnde licet dans ob fornica-

fornicationẽ repetere non pos
sit id quod dedit,fiscus tamen
repetere poterit,Palac.Rub.in
451 rub.de donatio.int.§.41.fo.33.
in princ.glo.l.53.tit.14.par.5.
estque l.Lucius.de iur.fisc. Idẽ
que est in eo,quod iudici datur
vt sententiam ferat,siue iniquã
siue etiam æquam,quin etiam
vt breuius proferat, totũ enim
id fisco acquiritur.l.52.titu.14.
par.5.l.27.in fin.tit.22.par.3.fis
co enim in dubio censetur pœ
na applicata,nisi aliud sit expres
sum.l.mulctarum.C.de mod.
mulctar.l.1.in fin.si quis ius di
cẽ.non obtemp.Matien.in.l.1.
tit.1.lib.5.recop.glo.5. nume.
452 1.& vidisti supra glo.16. spec.
48.num.183.& glo.17.num.2.
quin de iure nostri regni expres
sè statutum est, vt dimidium
condemnationis ad minus fis
co applicetur.l.2.tit.26. libr.8.
453 Recop.Auend. de exequend.
mand.2.par.cap.24.nu.4. Sed
vt prædicta regula,de qua su-
pra num.450.procedat,necesse
est,vt turpitudo ex vtriusque
parte versetur,Baptist.de San-
cto Blas.in tract.de actio.cent.
2.num.51.Pauin.de visitation.
quæst.10.2.par.num.121. & vi
detur pro hac parte l.53.tit.14.
par.5.iuncta glo. Verum etiam
est aliquando,etsi ab vna parte
solummodo turpitudo verse-
tur,adhuc fisco acquiri:est etiã
necesse,vt fisco id acquiratur,
vt is à quo aufertur ius habeat,

vt late Corne.cons.141.in fin.
& consi.222.num.4.volu.4.&
videbis latissime infra glo.34.
verb.incidencias.§.7.à numer.
170.

SEPTVPLVM.

EST aliquãdo & in istis ma
454 lè acquisitis pœna septupli,
& octo casus,in quibus hæc pœ
na infligitur, numerantur ab
Auend.de exequend.mandat.
1.par.cap. 2.nu.11. qui omnes
loquuntur in iudice vltra sala-
rium,aut sportulas,aut aliud si
mile recipiente:ponuntur au-
tem cap.2.7.10.11.13.15.& 45.in
capitibus prætor.qui reducun
tur ad excedentem taxam lega
lem,puniuntur autem septu-
pli pœna,vt ibi:est & alius casus
vt nu.seq.

DE POENA QVA-
drupli.

SVnt præterea aliqui casus,
455 in quibus quadrupli pœna
fisco quæritur de iure commu-
ni.Primus casus adducitur in
imponente nouum vectigal,
notat Chasan.sæpe citatus in
consuet.Burgund.rubri.2.des
confiscacions.§.1.cas.10. Luca
vero de fisco.2.par.num.7. do-
cet,ex hac causa dupli condem
nationem esse,sed apud nos ex
hac causa decemplum,aut sep-
tuplum,iuxta negotij qualita-
tẽ soluitur.l.1.& 2.ti.11.li.6.rec.

Se-

456 Secundus casus est, quando Curialis aliquid recipit ab electo in Præsidem pro adeptione officij: talis enim vltra alias pœnas in quadruplum punitur, authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. sic igitur. Chassa. vbi supra cas. 50. nu. 36. vbi etiam & omnia bona amittere tenet. & Luca. nu. 28.

Tertius casus est in defendente
457 te bona confiscata, sub prætextu alienationis antea factæ: l. qui contractibus. C. de iur. fisc. lib. 10. Chassan. vbi supra casu 23. & cas. 52. Estque generalis regula, vt fraudans fiscũ in quæsitis, in quadruplum; in quærendis vero in duplum condemnetur. l. aufertur. 46. vers. 1. & §. fi. de iur. fisc. l. fin. de adm. rer. ad ciu. pert. Anton. Manel. singul. 163. nu. 1. Guilliel. de lud. singu. 133. n. 1.

458 Posset etiam quartus casus adduci in assessore, qui etiam oblata non potest recipere, vltra sportulas, vt docet Chassa. casu 62. vbi supra: sed de iure nostri regni in septuplum condẽnatur. Estque vnus ex casibus Auend. citati supra nume. 436. Quin etiã deduces iudicem aliquid recipientẽ in causa ciuili, qui posset quintus casus esse; talem enim ad triplum teneri, docet Chassa. cas. 68. sed apud nos ad septuplum, vt cum Auend. vidisti, & etiam in l. Iulia repetendarum, vbi quadrupli esse pœnam docet Chassan. cas. 91. Sed hodie & pœna septupli est vt vidisti supra n. 436.

459 Est & septimus casus, & apud nos insignis, in testamentario emente aliquid ex bonis defuncti: tenetur enim ad quadruplum. l. 14. tit. 19. lib. 8. Ordina. l. 23. tit. 11. lib. 5. recop. Quæ generaliter in quolibet administratore procedit, vel in alio, cuius autoritate res distrahitur, & vide latè Matien. in ead. l. & vide infra glo. 34. §. 1. num. 39. priuil. 1.

Octauus casus est, in exigente pecuniam Principis absque
460 licentia & mandato Principis, talis enim in quadruplum punitur. l. 1. C. de statuis & imag. & Matthæ. de Afflict. adductus ab additio. ad Chassan. vbi sup. cas. 12.

Nonus casus sit, vt cum colligentes pecunias publicas nõ
461 possint de eis disponere, vt ex Bald. in rubr. C. de constit. pecun. cum alijs refert. Peregri. de iur. fisc. lib. 6. tit. 3. nume. 52. Ideo si arcarius aliquid ex publica pecunia mutuauerit, & dans & recipiens, ad quadruplum tenetur. l. 1. C. de his qui ex publ. ration. libro. 10. vel omnia bona amittet, vt dict. l. 2. eod. & vidisti supra nu. 386. & licet glo. & Platea in d. l. 2. intelligat, eã procedere in mutuãte aurum, secus in alia pecunia; non video æquam differentiæ rationem,

melius

melius ergo distingue inter pecuniam, quæ nondum in ærario publico est, ab ea, quæ iam in ærario & arca publica est reposita: quæ interpretatio meo videri sat colligitur ex dict. l. 1. nec quis mihi obijciat, solutionem fisco debere fieri in ipsa Camera, non aliàs, vt notat Peregrin. vbi supra nu. 3. & apud nos ordinationibus cauetur, vt non dicatur recte solutio facta vni ex arcarijs, vulgo officiales Reales: nam respondebo, non omnem Regiam pecuniam his solui, sed species quasdam, vt videmus, quintum auri & argenti, vectigalia & tributa, & alia huiusmodi: at alia sunt, quę per officiales specialiter deputatos administrantur, vt videmus in gabellis, & pœnis arbitrarijs fisco applicatis, quorum nullus de publicis illis est, & tamen tenentur singulis annis, aut mẽsibus, aut alijs similibus in ærarium publicum inferre, & ita his soluta pecunia recte dicitur, & in his primam illam legem, at in arcarijs, qui apud nos oficiales Reales dicuntur, intelligerem secundam, ideq; de recipiente mutuum, vel ab his, vel ab illo: quod autem supra diximus num. 420. possumus intelligere, vt extra hos casus sit in quolibet publicam pecuniam vsurpante. Sunt præterea casus quamplurimi, ex quibus pœnæ peculiares fisco attri- 463

tæ sunt, regulariter enim, vt dixi supra num. 434. & istorum casuum ad ius commune plurimi, ad statuta autem quamplurimi referuntur, quos enumerare vix est possibile, licet plures enumerauerint, Chas. in d. rubr. 2. des confiscacions. in cõsuetudin. Burgund. inter supra adductas. & eodem modo Luc. de fisco 2. par. quibus adderepotes, vt qui columnas sepulchri mouet ad decem pondus auri fisco teneatur, & iudex id non exequutus, ad viginti, docet Bonifacius de Vitalin. in rubri. de pœnis violantium sepulchra. n. 2. & de iure nostri regni plura possent numerari, videlicet in non deferente appellationi. l. 13. tit. 18. lib. 4. recop. & dicente verba quædam iniuriosa. l. 27. tit. 19. lib. 8. ordinamen. vetante tempore niuis. l. 4. tit. 19. lib. 8. ordin. equam asino subigente. l. 45. eod. tit. Ordin. concubinæ clerici. l. 54. sed vt prædixi, hæc enumerare laboriosum esset, non autem subtile aut vtile, & ideo omitto: multum enim §. hunc onerauimus.

§. XI. DE POENIS FISco quærendis ex contractu.

465 *A Liqua fiscalia priuilegia remissiue.*

466 *Aliquando pœna parti quærũtur.*

Ex

461 *Ex pactis priuatorum, an ius fisco quæratur ad pœnam.*
466 *Pœna ex delicto fisco acquisita, ob paupertatem remitti potest.*
467 *Ius fisco quæsitum, ex mora tertij non purgatur.*
468 *Etiamsi iuramentum interueniat potest mora purgari.*

De pœnis fisco quærendis ex contractu.

463 PLura Regalia iura, itemque & fiscalia priuilegia numerauit Restaur. Castald. de Imperat. quæst. 110. & refert Matien. in dialog. relato. 3. par. ca. 10. nu. 8. & Chassan. in Catal. glor. mund. 5. par. consider. 24. Et inter alia iura, quæ in fisci commodum cedunt, cap. 8. enu
464 merat mulctas, ex l. mulctarũ. C. de modo mulctar. Et licet pœnę ex delicto, cùm semper publicum commodũ respiciāt, fere semper fisco quærantur, vt late vidisti supra num. 434. Tamen cum præceptum priuatā quærit vtilitatem, & priuato etiam pœna quæritur, vt vidisti aliquos casus superiori §. à nu. 422. & videbis etiam infra gl. 34. §. 7. docet Ange. & Alexan. num. 20. in l. si quis id quod. de iurisdict. omn. iudic. Bald. in l. vnic. num. 43. vers. sexto quæritur. C. de his quæ pœn. nomin. & ex ijs & alijs pluribus tenet Baeza de non meliorand. capit.
465 36. num. 9. & 10. Et ita licet pœnæ in contractibus appositæ, regulariter parti quærantur, aliquando tamen ex conuentione partium fisco quæruntur, quas fiscaiis & petere & prosequi tenetur. l. 2. in fin. tit. 13. lib. 2. recop. Sed hoc non caret scrupulo, sunt enim plures, qui tenent, ex priuatorum pactionibus ius fisco non quæri: adducunturque pro hac parte quasi expressa l. arbiter intra. 47. de recep. arbitr. ex qua tabellione nõ stipulante, talem pœnam non acquiri fisco, tenet glo. & Barto. in dict. l. arbiter. Lanfranc. Balb. commun. opin. centur. 2. concl. 164. int. commun. tomo 3. pag. 145. Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de verbor. concl. 1. num. 2. Ias. in l. reconiunctin. 121. de legat. 3. Boer. quęst. 284 nu. 28. & præter notarium non posse vllum fisco stipulari, refert Peregr. de fisco lib. 6. titul. 1. num. 17. cum 4. seqq. In contrarium autem, imo ex tali pactione, etiam nemine stipulante, fisco actionem quæri, speciale que esse in fisco, vt res inter alios facta fisco prosit, & vidisti supra glo. 17. verb. acusar. n. 48. specia. 1. & probat Lauden. quæstio. 160. & videtur. l. ex ea parte. 121. §. mulier. de verbor. obligatio. iuxta Barto. intellectum ibidē, vbi in pacto facto tertio intelligit textum ibi: sequuntur Paul. Ias. & Zasius ibidem, & licet prima pars communicommu-

munis sit meo videri, salua tantorum virorum pace existimo non iure niti d.l.arbiter.textus enim ille facillimé contra dictam partem posset adduci, nã ibi pœna solummodo fisco stipulata apparet: & tamen inquit textus, sed nihilominus stipulationis pœna committitur: ergo fisco, cùm nulla alia esset. Nec mihi obstant illa verba: Ob eã sententiam fisco nihil acquiritur, quia illa intelliguntur de prima condemnatione rei, quę parti fit: Vel aliter & melius, quia regulariter ex compromisso actio non nascitur.l.2. de arbitr. Pœna autem fisco quæsita non tam ex sententia, quàm ex contractu quæretur: sed quidquid sit, hodie apud nos dubiũ esse non potest, quòd absq; illa tabellionis stipulatione ius fisco quæritur, ex illa generali l.2. titul.16.lib.5.Recop. Tum etiam quia has pœnas & fisco acquiri, & peti debere, expressé decisum extat.l.13.18.26.51. tit. 19. lib.8.ordin.& l.3.& 4.tit. 26.libro.8.Recop. Illud autem

446 maiorem habet difficultatem, an scilicet in hoc casu mora posset purgari, & generaliter moræ purgationem admitti ex æquitate Canonicá, tenet Pet.Rabénas sing.306.& plura adducés Gregor.in l.8.tit.14.par.5.glo.2.ad fin.Gutier.de iuram.conf.3.par.cap.16.nume.7. & capit. 17.Possetq; hoc à fortiori sumpto argumento confirmari, nã facilius videmus posse pœnam remitti fisco, quàm parti acquisitam, nec iùs ad eam l.12.titul. 18.par. 3. & pœnam fiscalem à iudice posse remitti, ob paupertatem condemnati, probat l.4. tit.22.par.3.cum tamen in pœna parti quæsita secus sit.l.11.titu.25.par.4.sed glo.fin. ibi tenet ex causa Regem id facere posse, & tàm Regi, quàm parti debitam pœnam posse à Princi

445 pe remitti, tenet Iul.Clar.lib.5. receptar.§.fin.q.59.nume.2.& §.quin & per iudicem idé posse fieri, tenet Gregor.in l.4. tit. 22.par.3.glo.2.3.4.& 5. Ego vero non dubito, in stricta disputatione defendi posse, in nostro casu, respectu pœnæ fisco acquisitę moræ purgationem nequaquam admitti, ad tollendũ ius iam fisco quęsitum, ex vulgari regul.l.fin.de pact. tum etiam quia supra citati & Bar.in l.insulam.de verbor. ideo purgationem moræ admittunt, quia pœnam ad interesse reducunt, & inde purgationem moræ admittunt, dummodo ius partis deterius factum non sit: quod in fisco considerari non potest: nam licet in causa ciuili, etiam pœna fisco debita, ciuilis sit, ex Corn.1.tom.consi.51.num.19. tamen cum tertius sit, nec interesse in principali contractu habeat, illa ratio non militat, & ita ex purgatione moræ

prioris contrahentis, ius fisco non debet tolli, argum.l. quoties.§.C.de don.quę sub mod. & quæ ibi notantur, & cum pluribus à Couar.libr.1.variar.cap.14.præcipue num.fin.& Ias. in l.1.§.hoc iudicium.num. 23. si quis ius dic.non obtemp. Zasi. in l.ex ea parte.121. §. mulier: num.4.& 5.de verbor.& facit quod in simili notat Corneus 3.tom.conf.5.nu.3.vt si sententia feratur, vt si in mense talis non soluerit certam quantitatem, amputetur sibi pes, potest fiscus transacto mense velle, vel non velle pedem, ex iure iam sibi quęsito, in idemq; recidit. l. 1.§.fin.de stipulation. seruor. ex qua notatur post ius eligendi tertio acquisitum ex mora primi non esse locum purgationi moræ, & tenet Salic.in tract. de mor.2.quæst.princ.7. conclusione negatiua.nu.10.& 11. Paris. 2.tom.cons.19.num.226. & 227.vbi plura adducit ex Alexan.& Paul. estque insigne consi.Cephal.35.num. 28.1 p. Vbi si pax fiat sub pœna fisco acquirenda, rato manente pacto, si aliter pacem frangat, & alter remittat, quin etsi ambo pacé frangant, ab ambobus fiscus pęnam exiget, fiscus enim pacem aliorum non curat, vt vidisti supra glo.17.verb. acusar. nu. 38. in tantum, vt si collusio fiat, vt fiscus pœna fraudetur, contra vtrumque agere poterit fiscus

etiam in causa ciuili, ex Dambouderio in praxi ciuil.cap.74. num.9. Considero & pro hac parte illam enixam contrahentium voluntatem, quę aliquid debet addere principali contra-
468 ctui, vt in vltimis voluntatibus est l.1.instit.de lege Fus. Caninia toll. Neque quis mihi obijciet moram purgari posse, etiã si iuramentum interuenerit, vt plura adducens tradit Hippolytus sing.463. Nam præterquã quod illud intelligitur in foro pœnitentiali, vt tradit Additionator ibi, & Cota in memora. verb.mora. Potest etiam respõderi, iuramentum omnes conditiones habere, quas & principalis contractus.l.fin.C.de non numer.pecun.& ita nihil addit præter vim ad implementum, & ideo prædictum argumentum non potest trahi ad ius tertij, nec etiam obstat argumentum, de quo supra num.469.nã illud procedit ex paritate rationis, hic autem longe diuersa est vt vidisti, diuersis enim respectibus, & fisco & parti ius quęritur: si enim ex delicto, aut cõtumacia pœna peteretur, vbi nihil est, fiscus suam mulctã perdit, vnde dicit Lud.Damboud. in praxi ciuili cap. 17. in fine, pauperem non ligari pœnis statutarijs: & ita nihilominus, si iudex hoc casu possit ius fisco nõ quæsitum remittere, ex dict. l. parti tæ, cum non quæsitũ posset

ser dici ex proxima ratione, alias autem iudex ius fisco quæsitum nõ potest auferre, ex Bodeo in §.sed hactenus.institut. quib.non est permis.

§.XII. DE ALIIS IVribus Regalibus.

469 *Rex noster habet partem decimarum, concessione Apostolica.*

470 *Rex noster potest extraordinarias collectiones ponere.*

471 *Rex habet angaria & perangaria.*

469 HAbet & Rex noster inuictissimus, concessione Apostolica, iustis & legitimis titulis tertias decimarũ, vulgariter apud nos, duas partes ex nouem, ex omnibus rebus, quæ hoc in regno decimantur: in his enim Rex habet ius fundatum contra quemcunque l. 1. tit. 31. lib. 9. Recop. Quia tale ius à Rege ipso non posse separari, aut alij concedi, ex aliquibus refert Palac. Rub. in repet. rubric. de donation. int. §.37. num.13. & huius iuris mentione faciunt Roderic. Suar. alleg. 28 in 3. dubi. & Auend. de exequen. mand. 2. par. cap. 4. nu. 21. Hoc autem ius, redditusq; ex eo prouenies qualiter Regi pertineat, qualiter conseruetur, soluatur, & custodiatur, vide per dict. tit. 21. libr. 9. recop. Nil enim peculiare habet, & ideo ibi te remitto: illud autem obiter scias, partem quæ in hoc regno Regi competit ex decimis, totam distribui parochis, fabricæ ecclesiæ, & hospitalibus, prout in erectionibus continetur, duæque nouem partes ex dimidietate decimarum Regi conseruantur, quas etiam donat fere semper fabricæ, ita vt nunquam quod sciam aliquid commodi ex decimis sibi rex noster retinuerit, etsi id iure possit, vt sup. vidisti.

470 Competit etiam Regi ius imponendi extraordinarias collationes: refert Chassan. in cat. glo. mund. 5. par. dict. consider. 24. cas. 14. Harum autem regula constitui non potest, cum ob varias necessitates variæ imponi possint, & aliquantulum tetigi supra glo. 9. nu. 164. & apud nos varijs nominibus aliqua appellantur, moneta forera, Martiniega, Chapin de la reyna, & alia, quæ non à nobilibus, sed à plebeis solummodo soluuntur vt omnibus patet, refert Otalora, & vidisti supra in princ. huius glo. & ita hic non moror.

471 Habet & Princeps angaria, & perangaria, plaustrorum præstationes, vt videre est per Chassan. vbi proxime casu. 13. Sed hoc, si quid peculiare habet, videbis infra glo. 34. §.2. & vide supra §. 10. nu. 438. cætera quæ per Chas. ibid. ponuntur, ad ius pecuniariũ nõ spectãt, & ideo omitto, quod si volueris, ibi poteris videre.

GLO.

GLOS. XXI.

Y a la execucion de mi iusticia,

1 *Verbum, exequi, quid significet.*
2 *Fiscales qualiter teneantur lites prosequi.*

DE VERBO, EXECVTIO Iustitiæ.

Verbum, exequi, & execu-
tio, varias habet significa-
1 tiones: significat enim aliquan-
do perficere, seu absoluere. Pla-
utus: Nullam rem oportet ag-
gredi dolose, nisi astutè, accu-
ratéque exequi. Significat præ-
terea, punire, siue, vlcisci, §.
final. institut. de ijs qui sunt sui
& l. 1. ff. eod. l. penultim. de ex
traordinar. crimin. vnde execu
tionem publicam habere dici-
tur in l. hæc stipulatio. 200. de
verborum signification. Exe-
qui etiam pro consequi sumi-
tur. l. 2. & ibi gloss. C. famil. er-
ciscund.

Ex quibus omnibus verba
huius tituli explicantur, vt pro
2 curator fisci, & litem prosequa-
tur, & perficiat, & quatenus
in se est, iustitiam impetret. &
consequatur vsque ad diffini-
tiuam sententiam, & vt dici-
mus, extractionem executoriæ
ita enim cautum extat. l. 2. ti-
tulo 13. lib. 2. recopilation. &
de cæteris ad fiscalis officium
pertinentijs, late per totum il-
lum titulum, per se enim pro-
sequi debent. Est enim indu-
stria personæ electa, vt videbis
infra glos. vigesima octaua, te-
neturque allegationes & pro-
bationes pro fisco adducere. l.
2. eodem titulo. & instruere
iudices de iure fisci, id est, ius
pro fisco eis allegare, præser-
tim in arduis causis. l. 10. eodem
titulo. generaliterque & parti-
culariter, prout rei qualitas po
stulauerit, petere tenetur, vt ge
neraliter cauetur ordinatione
octuagesima secunda hu
ius Audientiæ.

(.:.)

GLO.

GLOSS. XXII.

Y acrecentamiento de mis rentas Reales:

1 *Fiscalis industria multum prodest ad Regia pecunia augmentum.*

DE AVGMENTANDIS Regijs redditibus.

1 MVltum exuberat Fiscalis officium in Regis patrimonio protrahendo, pecunijsque ei quærendis, ad quæ legitimis modis tenentur omnino: quéadmodum enim diligenti cultura & cura prædia augentur, & ampliores reddunt fructus, ita fiscus procuratoris diligentia augetur, qua ratione ab eo iustissime diligentia exigitur. l. non intelligitur. 3. §. si quis palam. versicul. diui. de iure fisci: quod vtrum ego compleuerim alij dixerint: id autem scio, nil contra conscientiam, aut fisco acquisiuisse, aut remisisse: scio enim plusquam quinquaginta millia ducatorum Regi nostro acquisiuisse, quę mea particulari industria Regi nostro acquisita sunt, præter plusquam centum quæ etiam acquisiui, in quibus ad minus aliquid facilioris acquisitionis mihi attribuerem, & ne nimius dicar, non hæc prædictis quinquaginta adiungo: taceo magnam pecuniæ summam, quę me Delegato ad petendũ Regi nostro gratis oblata est, & maxima offerentium lætitia, de qua vidisti supra glo. 9. & qualis hæc diligentia debeat esse, vidisti etiã supra glo. 9. nu. 37.

GLOS. XXIII.

Segun lo ha hecho y deuido hazer el dicho Doctor don Geronimo de Tobar, y como lo hazē, puedē y deuen hazer los otros mis Fiscales.

1 *VErbum, Possum, affirmatiue prolatum non inducit necessitatem.*

2 *In vltimis voluntatibus, an necessitatem inducat verbum, Possum.*

3 *Ex verbo, Possum, quæritur tertio actio vtilis.*

4 *Verbum, Debeo, necessitatem inducit.*

5 *Verbum, possum, & debeo, aliquando conuertuntur.*

Q DE

DE VERBIS, POSSVM, &, debeo.

1 PLurima hic tanquam ad id tendentia ponuntur verba, quæ non modo eandem, imo diuersam nimis habent significationem: verbum enim, possum, affirmatiue prolatum, vt hic, necessitatem non inducit. l. sæpe. de offi. præsid. facit l. non quidquid. ff. de iudic. glo. verb. potest. in cap. 1. de regu. iur. lib. 6. Acebed. verb. posse. in l. Gallus. in princ. de liber. & posthu. & Bart. ibi num. 3. Iaſ. 1. lectur. num. 14. & 2. lectur. nume. 16. ibi dicit communem Fortuni. num. 35. Sarmien. 36. Et licet in
2 vltimis voluntatibus sunt qui putent, hoc verbum, posse, necessitatem inducere. gloſ. in d. l. sæpe. verb. necessitatem. Bar. in dict. l. Gallus. num. 4. & cæteri cõmuniter, vt testatur Iaſ. num. 27. sed cum nulla iusta sit differentia, nõ est, cur secus hic, secus ibi dicamus, cùm imo argumentum vulgare de princ. instit. de lege Fuſ. Can. toll. cõtrarium suadeat. Nec supra dictis obstat l. fideicommissa. ff. 6. hęc verba. de legat. 3. Necessitas enim ibi, non ex vi verbi, sed ex testatoris voluntate inducitur, quæ ibi declarata sufficiens est ad inducendum fidei commissum. l. penult. de legat. 1. l. cum proponebatur. 66. de legat. 2. l. nutu. 21. de legat. 3. ex quibus forsan, si alicui donetur res aliqua, vt possit certa
3 pars ad alium peruenire, huic tertio actio vtilis quæritur, ex l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. idque non ex necessitate inducta per verbum, sed ex modo inde inducto: modus nãq; obligat. l. quibus diebus. §. Ter milius. & per tot. de cond. & de monstr. & per tot. C. de donat. quæ sub mod. & cum obligatio passiua non sit in nostra potestate. l. in ementis. de contra. emp. vtilis actio tertio quęritur ex illo modo, non autẽ ex viverbi Potest, quod ex sua natura, nec in contractibus, nec in vltimis voluntatibus necessitatem induxit: at verbum, Debet, & necessitatem inducit, & dat formam. l. sæpe. ff. de offic. Præ
4 sidis. l. 1. §. 1. quod quisque iur. glo. in l. in hac actione. 3. §. 1. ver. ostendere, ad exhibendũ. auth. quod relictum. C. fine cẽsu vel reliq. glo. & Abb. in c. pro osuir. de appell. & alij relati à Nau. in c. inter ver a. 11. q. 3. n. 92. & Matié. in l. 1. tit. 4. libr. 5. Recopilation. gloſſ. 4. numer. 6. vtrumque autẽ verbum, potest, &, debet, recte explicatur in cap. vt famæ. 35. de senten. ex com. ibi: Nõ solũ possũt, sed debent, Barto. autẽ omnino videndus in l. creditores. 2. lect. C. de pignor. à num. 2. cum sequent. recte horum verborum naturam explicans, eos conuertit, ita vt

ita vt verbum, Debet,intelligatur,id est,potest,vt in l.obserua re.de offic. Proconf. & legati. in fin.cum similib.Verbum verò,Debet,intelligit, id est devr banitate, vel vt inquit glo. in c l.de regul.iur.lib. 6. licite id enim possumus,quod iure possumus,& lege permittente. l. nepos Proculo.de verbor.sig. quod& necesse est,glo in l.Gallus.in prin.de liber. & posthu. Corset.singul.211. in cap. verbum,Potest.Cardin.Paris.in rubric.soluto matrimo.num. 55. Cœpol.de imp.mil.del.§. nobilitatis.nu.33.& ita hic pro eodem sumuntur hæc verba: fiscalis enim,qui ex legibus & ordinationibus procedit, vt vide bis infra glo.25.id potest,quod debet,& id debet quod potest, & ideo non iubetur in præsenti ea facere,quę & prędecessor, sed quod iuste,& secundum leges & ordinationes executus fuit:vnde cum aliquando aliqui mihi consuetudinem prædecessoris allegabant, id semper respondi,me nullatenus ad illius facta sequenda adstringi, sed quatenus lege inniterētur. Verum est,meum prædecessorem iuridice & optime omnia quæ ad eius officium spectabāt exequutum,sed aliqua quorū fundamenta & rationem forsan ignorabam, nunquam sequutus fui.

GLOSSA XXIIII.

De las otras Audiencias Reales destos Reynos y de las Indias.

1 *AVdientia regiam personam repræsentat.*
2 *Et potest quæ & Rex expedire.*
Magistratus trans mare non minorem habent potestatem.
3 *Audientia Indiarum maiorem forsan habēt potestatem, quā regni Hispaniæ.*

DE AVDIENTIÆ Autoritate.

1 MAgna huius officij autoritas,de qua videbis infra gl. 31.non parū deducitur ex eo, quod officiū Cancellarię sit:Cācellaria enim, siue audientia in Hispaniarū regnis, siue in ipsa Hispania,siue in his Indorū partibus cōsideres magnā & maximā quidē habet autoritatē, vt colligitur ex Azeu.in Curia Pisa.lib.2.c.23.n.2.& li.4.c. 6. n. 5.& cōueniūt omnia quæ latè congessit Boer.de autor.magni Consi.& Parlam. Franc.ᵉ & sat sit dixisse,in his audiētijs immediatè regiā personā repręsētari, & mādata audiētię sub nomine

 & sigillo

ſigillo regio explicari, vt cauetur in titul. 15. lib. 2. Recopilat. & in ordinationibus huius Audientiæ, quo nihil maius dici poteſt: vnde de omnibus rebus de quibus & ipſe Rex & Audientia etiam cognoſcit, vt docet Matien. in l. 3. titulo 10. libr. 5. recopilationis, gloſſ. 10. num. 4. Nec Audientiæ hæ Indiarũ minorem habent autoritatem, quam eæ, quæ in Hiſpania ſitę ſunt: Magiſtratus enim qui trans mare mittuntur, non minorem quàm cæteri habent autoritatem. l. 1. C. de comitibus rei militaris. libr. 12. Laudenſis de dignitatibus. quæſt. 52. Vnde iure optimo in his verbis Audientię Indorum, & Hiſpaniæ, æquiparantur omnino: quod & ordinationibus noſtræ Audiẽtię cauetur. Quin aliquid amplius habent hæ Indiarum Audientiæ: plurima enim quæ Hiſpaniarum Audientiæ, nec expediunt, nec poſſunt, in his Indorum Audientijs expediuntur, propter difficultatem Regis adeundi: vnde Matienço in l. 10. titulo. 17. libro 5. Recopilationis. glo. 14. tenet, quod per ſupremum Conſilium, & per Indiarum Audiẽtias poſſunt explicari, & ita in multis fieri ſcio: quod forſan euenit potius naturali appetitu poteſtatis extendendæ, quàm ratione: ego enim potius exiſtimaui, id ſolummodo debere ſeruari, cum eſt periculum in mora, ita vt Rex ipſe conſuli non poſsit commode, vt in expenſis faciendis ex Regio ærario cauetur ordinatione 65. quod fit ſolemnitate de qua ibi, ſed nihilominus, vt prædixi, video licentiam ſibi ſumi aliquando iuriſdictionis latius protrahendæ, & præſertim in caſus contingentia, cum noua quædam decima peteretur per Epiſcopum in Argentina Cancellaria, & ego allegarem, cauſam ad ſupremum Regium Conſilium remittendã, ex l. 6. titul. 5. libr. 1. recopilatio
3 nis. obtinuit in Cancellaria debere agitari ex conſuetudine, quam aliquis iudex allegauit eſſe in alia huius Regni Audientia, quæ an ſit conſuetudo ex vno aut altero actu, ipſe viderit: illud autem ſcio, & ita factum, & me contrarium ſenſiſſe.

GLO. XXV.

Guardando las Ordenanças de la dicha Audiencia.

Ordinationes custodiri debent.

DE ORDINATIONVM obseruantia.

HIC explicatur quod supra
1 gl. 23. dixi de verbo, potest, &, debet, potest enim fiscalis, & debet, guardando las Ordenanças, quæ omnino ordinationes conformes sunt legibus regni, & dictæ leges per ordinationes custodiri iubentur, quatenus aliud specialiter in his ordinationibus non cauetur, tūc enim ordinationes custodiri debēt, & quia posteriores, & quia specialiores, quorum quodlibet sufficeret. l. sed & posteriores. de legib. l. in toto iure. 81. de reg. iur. cum vulgat.

GLOSSA XXVI.

Y por esta mi carta, o por su traslado signado de escriuano.

1 *NON est sine difficultate, an credatur exemplari.*

2 *Princeps an exemplari possit fidē adhibere, remissiue.*

Suspectum instrumentum est exemplar.

Nec potest fieri, etiam per Regem, vt ei credatur.

3 *Exemplari non creditur, in tertij præiudicium.*

4 *Exemplo quando credatur absque originali.*

5 *Citatio non semper requiritur in exemplari, & nu. 8.*

6 *Verba intelliguntur secundum personam cui diriguntur.*

7 *Solemnitas à Regis arbitrio pendet.*

8 *Princeps potest facere, vt credatur exemplo sine citatione.*

DE FIDE EXEMPLARIS.

1 ETSI regulariter magnam habeat difficultatem, an debeat exemplo fides haberi, vt colligitur ex ijs, quos citat Duenas reg.280. Mascard. de probationibus concl.711.& alijs statim citandis, maior posset oriri difficultas in hoc casu, si ego contendissem ex exemplari à notario transcripto ad hoc officium recipi: potuit enim facillimo negotio contingere, vt ego, vt sæpe fit, regium notariũ adirem, exemplumque extrahi facerem, exemplatumque titulum in hac Cancellaria præsentarem, vel Posset etiam facilius contingere, si hoc in Hispania à consanguineis vel amicis factum fuisset, & originale, & exemplum diuersis nauigijs ad me mitterentur, & perdito originali ad meas manus exemplum solummodo iperuenirer, eoque vti vellem, si viueret prædecessor meus, qui paulo ante meum accessum diem suum obijt, nonne suam possessionẽ defenderet, & me admitti impedire curaret: & quia casus cõtingere potuit, & si non contigit, nam & prædecessor meus mortuus fuit ante meum accessum, & ego originale præsentaui, tamen adhuc hęc verba sine dote relinquere mihi nõ est visum. Videtur igitur inprimis exemplo fidem adhibendam non esse, suspectum enim tale instrumentum est.l.2.de fide instrumentorum.l. sancimus. 3. C.de diuers.rescrip.l. procurator.eod.vulgar. authen. siquis in aliquo documento.C.de edẽdo.l.44.tit.18.par.3.Si ergo exẽplo non creditur, nec pro scriptura habetur, sine titulo autem, vel eo non exhibito, recipi non poteram, vt videbis infra gloss. proxima, & glo.41.sequitur necessario, posse me inanem reddi. In tantum autem verum est exẽplo fidem non adhiberi, vt sint, qui existiment, nec ex Regia potestate id fieri posse, aut etiam Pontificia.Rom. singul. 716.allegans pro singulari, cap. 1.de fidn instrum. Abb.ibi Fel. in cap.cum olim.num.12.de re iudic.& alij quos refert Masc. de prob.concl.711.nu.14.Cou. cap.21.pract.nume.1. Menes. in l.sancimus.3.num.2.C.de diuers.rescrip.& obtinuisse testatur Pin.1.par.rubr.C.de rescin. cap.2.num.13. Augeturque ex eo difficultas, quòd Gouar.vbi supra nu.fin.tenet, hãc clausam non debere intelligi cum tertij præiudicio: tunc enim vt exemplum fiat, & eum cuius interest citandum, & autoritatem iudicij interuenire debere, affirmat: in meo vero casu præiudicium tertij nemo non videt, citationis autem difficultas, ne dicam impossibilitas, plusquam mani-

manifesta est, qualiter enim in hac ciuitate poterat prædecessor meus citari, cum exemplū vel à me in ciuitate de Panamà, vel à consanguineis in Hispania deberet fieri exēplari: qualiter igitur poterat Regium mandatum adimpleri, quod & mihi per Secretarium missum fuit, & Præsidi de Panamà rex noster ipse propria manu subscripta schedula mandauit, vt & ego statim iter arriperem, & ipse ad id omne auxilium præberet, & diem meæ profectionis sibi regi rescriberet, egoque & parere habebam necesse, & æquum non erat, vt oleum & operam, vt dicitur, perderem, & volūtas regia defraudata maneret, quam quidem voluntatem & regium desiderium, plusquam promotionē meam habui, verius est igitur huius Audientiæ Præsidem, & Auditores ad me recipiendum præcise teneri, etsi exemplum solummodo exhiberem eis, id enim in præsenti specifice iubetur, & ita locum habēt quæ dixi supra glo. 19. à num. 4. Regia enim mandata ad vnguem seruanda sunt. Facit & pro hac parte: nam multi sunt
4 casus, in quibus absque originali exemplo creditur, probant supra relati, & præter eos Socinus regul. 179. Cynus in l. procurator, C. de fide instrument. Imol. & Canonist. in cap. 1. eodem, & fere omnes in eo conueniunt, vt instrumentum autoritate iudicis sumptum plenam faciat fidem: at in præsenti non solū cuiusuis particularis iudicis autoritas, sed regis ipsius autoritas & mandatum interuenit, à fortiori ergo fidem faciet, quin & exemplum à notario bonæ famę desumptum, aliàs plenam fidem facit, Bald. relatus per Menc. vbi supra n. 11. quęadmodum & apud nos ad regia priuilegia transcribenda officiales deputati sunt titu.
5 8. lib. 6. ordin. Neque citatio in hoc casu præcise necesse fuit. Hoc enim & alijs obtinet casibus, vt supradicti referunt, præsertim, quia hic, in his dico officijs non est totaliter ius quæsitum; potest enim Princeps ex libito & instituere, & iterum officiales destituere, vidisti supra glos. 12. verb. en lugar, & ergo citatio necessario nequaquam fuit: facit & pro hac parte, nam titulus hic mihi missus fuit in ciuitatem de Panamà, vt patet ibi: Mi fiscal que al presente soys de mi Audiencia real, que reside en la ciudad de Panamà de la Prouincia de Tierrafirme. Si autem citandus esset prædecessor meus in hac ciuitate, facilius esset aliud originale ex Hispania mitti, scitum est enim facilius à ciuitate de Panama in Hispaniam, & ire homines, & redire, quàm ab

ab eadem in hanc Argentinam vrbem,ergo necessaria nō fuit huiusmodi citatio,si enim necessaria foret,nihil huiusmodi verba operarentur, cum id sit contra ius:prætérquā quod
6 verba intelligi debent secundùm personam ad quam diriguntur,& in cuius fauorem emittuntur.l.plenū.12.§.equitij.de vsu & habitatione. & cū si prædecessor meus foret citandus,nullius effectus,aut cōmodi mihi essent huiusmodi verba,sequitur neutiquam citationem in hoc casu requiri. Nec in contrarium adducta nobis aliquatenus obstant,non illud quod ex Pinelo & alijs retulimus,Principem scilicèt efficere non posse,vt priuatæ scri
7 pturæ fides adhiberetur. Contrarium enim verum est, cùm enim robur & virtus solemnitatis à iure pēdeat, ius autem à Principe.§.sed & quod Principi.institu.de iur.nat.gē.& ciu. sine dubio est, hanc vel illam esse solemnitatem à Regis arbitrio pendere,vt videmus in testamentis.l. dictantibus. 22. C.de testamentis. & ad matrimonia plurimum conducit, vt ex illo textu notatur ad caput primum Concil. Tridentin.de reformation.matrimon.sessio. 24. Nam in ambobus iuribus ex solemnitate voluntas regulatur,quin magnus testium numerus,qui in testamentis requiritur,solius Principis vnius præsentia suppletur. l. omniū. 19.C.de testamen. & ita sufficiens erit solemnitas,quâm hic Rex iubet fieri: tota enim solēnitas à Rege pendet,vnde & exemplar,si Regis sigillum habeat,plene probat.glo. final. l. 114.tit.18.par.3.& videbis in-
8 fra in gloss.49.de sigillo, & ita Principem efficere posse, vt & exemplum valeat,& sine citatione fiat,& alia huiusgeneris, ex Aymon. Crauet. de antiq. tempor.1.par.§1.num.4.& Menoch.de arbitr.iud.quæst. 171. numer.10.libr.1. & alijs refert Mascard.dict.concl.711 nu. 16. & seqq.pluribus id confirmat & licet a pluribus id de citatione dicatur, tamen non omnes id necessitati subijciunt:plures enim ex supra relatis tenent solius iudicis præceptum sufficere: si ergo præceptum iudicis sat est,quanto magis prçceptū Principis id poterit: & ita nullo modo mea receptio impediri posset,etsi non originale, sed exemplum adducerem solummodo.

(:.)

GLO.

GLOS. XXVII.

Y mando al Presidente y Oydores della, que luego como les fuere mostrado.

1 *Nisi titulus ostendatur, officialis recipi non debet.*
2 *Tria requiruntur, vt quis sit officialis.*
3 *Titulus officij non potest probari testibus.*
4 *Pluribus ex causis receptio posset impediri.*

DE TITVLI PRÆSENtatione.

1 VErbo, Mando, iure optimè in his literis Rex noster vtitur, cum & subiectis, & circa rē quæ ad Regē spectāt, & actū per alium non expediendum mandet, vt de verbo, mando, latè tradit Felin. in cap. eam te. 7. de rescript. à nu. 9. & duobus seqq. & hunc titulum exhiberiā mē iubet, nam titulus hic & literæ Regię ostendi debent ante receptionem, si enim non ostendantur, receptio fieri non debet. c. Lugduni. 9. q. 2. glo. in c. nobilissimus. 97. dist. late Paris de Puteo de syndic. §. an officialis. pag. 130. in 14. tom. tract. Auiles in capit. 1. prætor. verb. cartas. per tot. & cap. 5. verb. suspendidos. nu. 5. quod etiam procedit in beneficio, ad quod nullus sine literis recipitur, Boer. decis. 89. num. 1. & decis. 149. n. 6. late, non enim in officijs titulus per testes probari potest Auiles dict. cap. 2. nume. 9. Et ex tribus quæ desiderantur ad obtinendum officium, secundùm Bart. Paul. & Soci. in l. Publius. de cond. & demonstr. quos refert Boer. dict. decis. 149. pri-

2 mum requiritur titulus: secundum, acceptatio: tertium, exercitium. Primum autem desideratur titulus, quę tria & videtur titulus hic sentire: hic enim dicitur, titulum exhibendum, post ea autem acceptatio requiritur, ibi: Reciban de vos el juramento, vt videbis infra glo. 28. Tertium autem, exercitium, ibi: Os aya y tengan por tal, y vsen con vos, vt videbis infra glo. 29. Primum autem titulus requiritur, qui præcise necessarius est, nec aliter potest probari, nisi literis ipsis, non per testes, aut aliàs, vt ex Auiles retuli proxime, & probat in beneficio Rebuf. de benefic. tit. de rescript. ad beneficia vacantia. nu. 17. & alijs, Bertachin. in repert. verb. officium. vers. nono. allegat Bald. in l. 1, C. de testamen. quæst. 6. sed meo videri melius diceret, quęst. 7. & in l. solemnibus.

bus.C.de fide instrumentor.& ideo iure optimo iubetur hic titulum exhibere, tum, vt constet, literas Regias habere me, in quo multum exuberat priuilegium, vt exemplari credatur, vt vidisti supra gloss. proxima.
3 Tū etiam titulus exhibetur, vt & de veritate precum constet, si prece fuerit impetratum, vel alia de causa, quæ Principem mouet, vel etiam an sit vitium in persona, veluti si inter reos esset nomen electi, quo casu admitti non deberet, l. reus delatus.7.& ibi omnes, de muneribus & hon. Laud. de dignitati. q.41. Vel si in iure peritus non esset, vt vidisti supra glo. sexta, vel alios pateretur defectus, qui esse possent: tunc enim nō statim electus recipiendus esset, sed potius Principi esset rescribendum. Auil. dict. capit.1. prætor. verb. mandamientos, num.20. in fin. & vidisti late supra glo.19. verb. cumplan a mi seruicio: & si Princeps tali casu suppleret defectus, tunc admittendus esset talis, argument. l. quidam consulebant, de re iud. & Chassan. in catal. glo. mun. 9. par. consider. 15. conclus. 38. sed donec id appareat, suspendi debet receptio, vt vidisti d. glo.19.

GLOS. XXVIII.

Tomen y reciban de vos el dicho Licenciado don Francisco de Alfaro.

1 *Plures geminationis effectus remissiue.*
2 *Ex geminatione censetur electa industria persona.*
3 *Fiscalis non potest per substitutum seruire.*
4 *In casu absentiæ per ipsum fiscalem nominandus est substitutus.*
5 *Substitutus eisdem vtitur priuilegijs.*
6 *Solicitador del fisco, & de eius officio.*

DE SERVIENDO officio.

SEcundò iam in his regijs literis nominor: primū enim vidisti supra glo.4. Duplicatio ergo hæc non ponitur sine causa: duplicatio enim plures effectus obtinet, quorum plures cōgesit Menchac. de succes. crea. §.3. num.38. & vidisti alios supra glo.15. num.4. Sed quod ad
1 nostrum attinet institutum, ille est singularis effectus, vt ex hac geminatione personę industria censeatur electa, nec subdelegare posit. Euerard. in centur. lega. cap.91. fol.248. liter. A. referens

rens Bald. in cap. fin. de offic. de legat. vbi sequitur Cardinal. & posteriores: vnde de iure nostri regni fiscalis tenetur per se ip-
2 sum deseruire, non autem aliũ substituere. l. 2. tit. 12. lib. 2. ord. l. 1. tit 13. lib. 2. Recop. Montal. in repert. verb. fiscalis. fol. 48. Ex causa autem alium poterit substituere. d. l. 1. & Montalu. in repertor. verb. procurator fisca. lis. fo. 96. tunc autem non nisi vnum substituet, & quod ex causa possit, probat expresse d. lex, dummodo id fiat cum Regia licentia, & ex causa, quod & in relatore, licet largius lex
3 loquatur, probat D. Per. in l. 12. tit. 3. lib. 2. ordin. ex qua & l. 2. ego semper tenui, in aliquibus casibus iustæ absentiæ, veluti cum anno 1596. cum essem fiscalis in Audiẽtia Regali de Panamà ad classem annalem expediendam proficiscerer, secũdum regium mandatum, & etiam ex hac Argentina Cancellaria ad postulationem proficiscerer, cuius iam mentionem feci supra glo. 21. & supra glo. 22. tenui inquam à me fieri debere nominationem substituti, & ita à me nominati deseruierũt tempore meæ absentię, licet aliqui ex Auditoribus contrarium vellent: fuerunt autem in ciuitate de Panamà Licenciatus Ferdinandus de Herrera Melgarejo: in hac autem Argẽtina ciuitate Licenciatus Ioannes Ramírez de Salazar, vterq; autem & diligentissimus, & vigilantissimus, mihique charus
4 & cõterraneus: talis tamẽ meus substitutus Audientiæ per me fuit præsentatus. Et hoc casu defendi posset, eisdemmet priuilegijs, quibus & ego eum debere frui, vt probat Hippolyt. singul. 649. ex l. suggerente. C. de offic. eius qui vic. iud. gerit. & ita in hac Cancellaria Argẽtinã meus substitutus loci prærogatiua fruitus fuit, id tamen quod de substituto dixi, ad eius officialem non extenditur: fiscales enim officiales habent, v-
5 num quidem singuli, qui vocatur solicitador del fisco, cuius vox nulla est, sed de mandato fiscalis processus ad fiscalem adducit, curat, vt notificationes fiant, testes præsentat, & efficit cætera huiusmodi, quæ & personæ & dignitati fiscalis impediunt ne per eum possint expediri. Hic autem officialis nulla expressa nostra lege fundatur, sed vniuersali omnium fiscaliũ consuetudine, & de iure communi pro eo est. l. nullum. C. vbi caus. fiscal. & ita iure optimo hæc consuetudo nonsolũ præscripta, verùm expresse approbata est per Consilia suprema, & audientias, cum tali de publico salarium sit constitutũ de publico dico, ex pœnis Audientię, sumptibus deputatis: quin iste per se coram Ecclesiastico

stico tribunali proprio nomine defendit, ea quæ ad regiæ iurisdictionis defensionem spectāt contra eos qui ecclesiastica immunitate frui prætendunt, & cętera omnia, quæ per fiscalem non possunt personaliter expediri, vt dixi supra glo. 10. verb. en mi Real audiencia. nume. 7. & seqq.

GLOS. XXIX.

El iuramento y con la solenidad que en tal caso se acostumbra, y deueis hazer: y auiendole hecho.

Sine acceptatione non confertur beneficium.

1 *Iuramentum est signum acceptationis officiorum, & seqq.*

2 *Substitutus etiam iurat.*

Receptio sine iuramento nil valet.

3 *Qua iuret iudex.*

4 *Quid iuret fiscalis.*

DE IVRAMENTO officij.

ECCE secundum quod supra glo. 27. diximus requisi ad officij adeptionem, acceptatio scilicét: nā sine acceptatione Principis beneficium non confertur. Alc. in cap. cum contingat. de iureiur. num. 328. & 329. Qui autem iurat nulli dubium est, acceptare. argu. l. Publius. 36. in prin. & ibi glo. ver. munus edidit. de condit. & demonst. In signum ergo acceptationis, & ante receptionem iurare debet, omnia se recte & secundùm officij obligationem expedire, vt probat Boer. de custodia claui. ciui. num. 53. & de Magistra. Roma. nu. 53. & Deci. 149. nu. 9. & 10. Paris de Put. de syndic. §. iuramentum. nu. 8. Platea in l. si vacātia. C. de bo-
2 nis vacantib. lib. 10. nu. 2. & addition. ad Bart. ibi, num. 3. Azebed. in Curia Pisan. cap. 13. nu. 6. & Auend. de exequen. man. 1. par. cap. 2. circa princ. & cap. 19. num. 28. & iuramentū à fiscali præstandum ponit. l. 11. d. tit. 13. lib. 2. recop. Quiu & fiscalis substitutū iurare teneri probat Montalu. in suo repert. verbo, procurator fiscalis. fo. 96. ex regia pragmatica Regis Ioannis I I. de qua in l. 2. tit. 12. libr. 2. ordin. & ita præcise iurare tenetur officialis, vt in l. 14. tit. 22 lib. 5. recop. & prohibetur tabellio testimonium dare receptionis Correctoris, nisi prius iurauerit, vt ibi, quæ circa pondera statuta sunt: estque in omnibus officijs iuramentum necessarium, vt probant Auenda. & Platea vbi supra, in tantum, vt sint qui putent, aliter receptū sine iuramenti solemnitate expellendum, nec ab eo gesta valere, vt refert Boer. de custodia clauium ciuita. num. 52. & 53.

Auend.

Auendan.autem & Platea explicant, quod debeat continere iuramentum: sex vero promissiones sub iuramento colle
3 git Montalu.in repertor. verb. juez ordinario. foli. mihi 60. Primum autem est, quod obediens erit Regi, eiusque mandata exequetur. Secundũ, quod Regis dominium & honorem iuraque regalia obseruabit. Tertium, quòd regis secretum non reuelabit. Quartum, quòd regis damnum pro posse euitabit, & si per se non potuerit, id Regi notum faciet. Quintum, quòd citissime, & quo melius
4 potuerit, lites definiet. Sextũ, quòd à litigantibus, seu litigare volentibus, dona, aut promissiones non accipiet. Hoc autem prosequitur, extendens & limitans ad diuersa officia, & diuersa iuramenta adducens, Auenda.vbi supra, & Plat.proxime citatus. Fiscalis autem iurare tenetur pro nullo, nisi pro rege, eiusque fisco patrociniũ præstare: & quod has causas prosequetur, & tam in iure, quàm in facto omnia quæ potuerit pro fisco adducet, & in omnibus & per omnia Regiũ commodum, iustitiam & præeminentiam quæret, vt habetur in l.2.post principium.titu. 13.lib.2.ordin.& alia, quæ ad fiscalem spectant videri possunt in illo titulo: aliorum autem officiorum iuramenta sub proprijs titulis sunt in libris recopilationis, ibique videri possunt.

GLO. XXX.

Os ayan reciban y tengan por tal mi Fiscal de la dicha Audiẽcia de los Charcas, y vsen con vos el dicho oficio, segun dicho es.

1 *Idem est esse tale, vel haberi pro tali.*

DE VSV OFFICII.

1 EX tribus quæ ad officia necessaria diximus supra glo. 27.num.1.ex Boer. vltimum ponitur in his verbis exercicium, scilicet ibi: Vsen con vos. Ex hocque iam nil potest dici deesse, quoad officium obtinendum, pleneq; dicitur obtinere, nam ex sola electione non quæritur ius electo, vt ex Bart. in authent.de administr.refert & sequitur Auiles cap.5. prætor. verb.suspendidos.num.15.qui vtitur: vnde hoc in vltimum locum reijcitur: verba autem, de quibus hic, scilicet, Os tengan por tal, non denotant improprietatem, nam licet absolutè haberi, verbum improprietatem denotat.l.prætor ait.20.§. prætor ait.de oper.nou.nuntiatio. Prateius de verb.iuris, ver. haberi.

habere illud est in ijs quæ facti sunt, aut in ijs quę sunt iuris, vt collatio officij. & alia huiusmo di idem est esse tale, & haberi pro tali. probant Bar. & Bald. in l. nuper. C. de natur. liber. Paul. consi. 223. p. 1. Ant. de But. cõs. 20. & alij quos refert Ioann. Li cirier de primogenit. lib. 1. q. 13. nu. 3. & ita si vel hæc sola verba in hoc titulo essent, sufficerent ad officium cõferendum.

GLOS. XXXI.

Yos guarden y hagan guardar todas las honras, gracias, mercedes frãquezas, preeminencias, libertades, e inmunidades, y todas las otras cosas que por razon de ser mi Fiscal de la dicha Audiencia deueis auer y gozar, y os deuen ser guardadas, como se hizo con el dicho Doctor don Geronimo de Touar, y se haze y deue hazer con los otros mis Fiscales de las dichas Audiencias.

1 *Honos quid sit, inde quæ honoraria.*
2 *Gratia idem quod beneficium.*
3 *Immunitas quæ sit.*
4 *Omne Principis officiũ honorẽ tribuit.*
5 *Fiscalis valde honorãd, & quare.*
6 *Fiscalis praeminentia ex sede.*
7 *Ex veste*
8 *Ex administratione.*
9 *Ex perpetuitate.*
10 *Ex salario.*
11 *Fiscalis liberatur à patria potestate*
12 *Filius fiscalis cæteros aduocatos præcellit.*
13 *Ex reputatione principis Fiscalis honoratur.*

DE PRÆEMINENTIIS Fiscalis.

1 Verba hæc omnia in præseñti cumulata inter se differunt in stricta significatione: verbũ enim Hispanum, honra, Latine, honos, teste Varrone de lingua Latina lib. 4. ab honesto onere dicitur: itaque honestus dicitur, quod oneratus, & dictũ onus est honos qui sustinet Rẽ publicam, vnde honos vel honorem gerens dicitur Magistratus, in §. Magistratus. instit. de iur. nat. gen. & ciuil. ibi. Vt ius honorarium: vnde honoraria plura dicuntur, quia ab honore Prætoris id est à Prętore veniũt l. ius autem ciuile, de iust. & iu. l. 2. §. eodẽ tempore. de orig. iuris. vnde honoraria iudicia, honorariæ actiones. l. si creditori. 28. de leg. 1. l si domina. 25. ad Velleia. l. si plurimi. 39 in prin. de noxal act. inde & obligatio honoraria, quæ ex edicto perpetuo, vel ex Magistratu venit. l. obli-

l. obligamur. 51. de act. & obli. inde etiã honorarij successores id est bonorũ possessores, qui ex edicto prætoris veniunt. §. 1.
2 inst. de bon. pos. inde & honoraria pœna dicitur. §. pœna autẽ. inst. de iniur. sic & honorarius tutor & curator, & alij passim honorarij dicuntur: verbũ autẽ Hispanũ, gratia, idẽ quod beneficiũ significat, vt sentit & explicat Calepinus verb. gratia el 1. Beneficium autem idem quod priuilegiũ dicimus. l. beneficiũ. 3. de const. Princ. vnde beneficiũ ætati & sexui tribuitur, id est gratia, & remissio fit,
3 vt passim in titulis de minori. & ad Velleia. ita & beneficium cessionis, & alia plura facile est inuenire: quo sensu hic accipi potest, siue gratia & liberalitas. l. in commodato. 17. §. sicut. ff. commodati. quo in sensu sæpe sumitur, & ita hic, gratias, mercedes y franquezas, idem pene sunt, inmunidades, siue libertades, munis officiũ Festus intelligit. vnde immunis, id est, qui ab officijs excusatur, & qui à muneribus vacat: ita intelligitur in titulo de iure immunitatis, & de immunitate nemini concedenda, licèt alias plures habeat significationes, vt per Prateium de verbis iuris: sed hæc omnia verba, & præeminentias, & cætera quæ particulariter & generaliter nominantur pro eodem sumuntur, & omnia possent sub primo honoris nomine cõprehendi, nil enim magis fiscali cõuenit, quã
4 honor. Id enim proprium habet collatio beneficij à Principe. Vnde licet procuratoris officium sit vile, tamen procuratoris coram Principe, est dignitas & multo magis esse Principis procuratorem, docet Roman. sing. 818. cuiusuis enim officij Principis dignitas magna est, vt probat additio ibi. Princeps enim est fons & origo omniũ dignitatũm, et ab eo dignitates omnes procedunt, vidisti latè supra glo. 1. et probat l. nemini. 3. C. de Consul. lib. 12. Chas. in catal. glo. mund. 5. par. cons. 24. cas. 25. Et ita quem Princeps honorat, et nos honorare et reuereri debemus, vt videbis infra gl. 33. et ita nimis debent honorari aduocati, seu procuratores fisci, vt late tradit Chas. in catalo.
5 glor. mund. 7. par. consi. 33 et 39 Multa enim sunt, ex quibus huius officij autoritas deprehenditur, et in primis vt à Rege nominetur. vt vidisti supra glo. 1. nec sine delectu à Principe quis ad huiusmodi officium eligitur, imo de præstantioribus debet eligi aduocatus fisci. l. binos vbi notat Bald. C. de aduo. diu. iudic. et ex equestri ordine Alcia. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. nu. 14. et illustri dignitate decoratur ipse, et potest eius filius decorari. l. restituendæ.

tuendæ.§.Sacras.C. de aduoc. diu.iud.vt vidisti supra glo.9. Deprehenditur etiam eius di-
6 gnitas & autoritas ex pręeminentia,nā ex præeminentia di gnitas arguitur.l.honor.inprin cip.de mun.& hon.Oldr.cons. 150.Rota decis.442.Fuit dubitatum,& ex alijs probat Vanti. de nullit.tit.de nullit.ex def.iu risdict.deleg.Præeminentia au tem sumitur ex sede,vt ibi,&se des dignitatem & honorem probat:glo.in §.alium.verb.altiori.instit.de bon.possess.& ibi Porc.& Ang.Imo.in l.qui soluendo.la 2.de hæred. instit. & plures relati à Chas.in catal.gl. mund.1.par.cons.12. & ita fisci procurator & aduocatus omnes aduocatos pręcedit.l. 2. C. de aduo.diu.iud.l.iubemus. & l.restituendas.§.1.C.eod. probat Chas.d.par.7.cons.33. sed in hoc longe hoc officium antecellit apud nos,atque ipsi in telligunt: nam in primis ordinationibus huius Audiētiæ Fis calis primum locum obtinebat sedilis dextri,& præcedebat etiam ordinarios iudices:at hodie nonsolum hoc fit,imo omnes fiscales sedent in scabello eodē,quo Præses,& Auditores sedēt,nulla omnino quoad hoc differentia seruata,nec quo ad alia,vt infra videbis, vnde quoad sedē impossibile est,maiorē esse pręeminētiā.quā habemus hodie fiscales. Illud autē quod de præcedētia aduocatorū dici tur in substituto in casu absen-
7 tiæ iustæ Fiscalis,est vestis, etiā honorē & dignitatē,arguit Sp. in tit.de aduo.§.sequitur videre.de vesti.& vt ait glo.in l.1.C. nulli licere in fren.lib. 11. chlamis militem,purpura Regē,stola sacerdotē,toga aduocatū,cucula monachūdemōstrat,quod & refert Bal.in cap.causam. de probat.quæ & alia refert Chas. in catal.glo.mun.1.par. consid. 23.Quod maxime attenditur ad honorem tali seruandum. c. si vero.4.de sentent.excom.l.9. tit.3.l.2.tit.4.lib.1.recop. Vnde etiam virgini incedenti habitu meretricio facta iniuria nō punitur:notatur in l.si qua per calumniam.C.de Episcop. & cleric.& est l.18.tit.9.part.7. & ibi Gregor.gloss.2. vnde & latus clauus,seu lati clauium insigne Senatoriæ dignitatis dicitur: qualis autem fuerit,& aliæquę ad hoc spectant,refert Chas.vbi supra post considerationem 38 conclusione.7.quod non parū conducit ad nostræ autoritatis excellentiam: cum enim iustissimis de causis Philippus Secundus Rex noster bonæ memorię præcepto generali statuerit,vt vestis esset, qua eius supremi ministri à cæteris literatis,& ab omnibus propterea habitu distinguerentur,iussit, tales ministros vestem, seu togam talarem deferre: hac autē

vti so-

vti solummodo præsides, Cõsiliarios, Auditores, & Fiscales, tam supremorum Cõsiliorum, quam Audiẽtiarum cæterarum permisit: vnde venit, vt cuiusuis Audientiæ Fiscalis habitu non distinguatur à supremi Cõsilij Præside. In administratione etiam dignitas consistit, probat Chassaneus vbi supra, cõ
8 sideratione 29. Hæc autẽ huic officio non est, ei enim & regalis patrimonij actio, & cõseruatio, & totius regalis iustitiæ ad delictorum punitionem persecutio demandata est: vidisti supra late glos. 19. 20. & 21. Vnde quemadmodum iudices supremi in iudicando repræsentant supremum nostrum principem, ita & Fiscalis causas prosequendo eundem principem repræsentat: quin longa diferentia est, nam cum in Præside, & Auditoribus simul iũctis repręsentatio sit, in vnico fiscali eadem repræsentatio residet: vnde confirmatur quod supra vidisti glos. 9. numer. 27. & glos. 17. num. 3. vt omnino fiscalis officium, officio iudicis succedat, & assimiletur. Est & fisca-
9 lis alia dignitas hoc tempore ab antiquis multum distans: nã cum de iure cõmuni fisci procurator biennio solummodo duraret, l. fácimus 2. C. de adu. diu. iud. & Chas. d. cons. 33. hodie apud nos hæc officia perpetua sunt ad vitam, vt & aliàs refert Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. nume. 12. & vidisti latè supra glos. 8. verb. Que agora y de aqui adelante, in hocque etiam Præsidi, & Auditoribus similatur: perpetuitas autem dignitatem confert. Nec secundum strictam significationem prælatus dicitur, qui perpetuus non est, Laud. de dign. q. 13. & qui perpetuus est præce-
10 dit: idem Lau q. 32. Quibus omnibus iam consequens est, vt eũ salarium secundum personæ dignitatem debeat constitui. l. 7. titu. 17. part. 3. Boer. de auth. magni Cõsilij à num. 31. l. cum plures. §. cum tutor, de admin. tut. quin & salarium dignitas dicatur, vt per Capicium dec. 27. nume. 12. sequitur, & fiscalem, sicut & in cæteris, ita & in salario Auditoribus ęqualẽ omnino esse, vt videbis infra glossa 35. Quod tam in supremis Consilijs, quam in omnibus Audientijs communiter obseruatur, ita vt prout vides, Auditores à fiscalibus nomine differãt solummodo: indeque minima promotio est, si fiscalis in Auditorem eiusdem Audientiæ sumatur, Auditoresque aliquando in fiscales maiorum Audientiarum, vel cõsiliorum promo-
11 uetur. Dignitas etiam huius officij ex eo colligitur, nam fiscalis a patria potestate liberatur, & filios a curiali conditione liberat. l. fi. C. de decurionibus li.

10.iuncta glos.in auth.sed Episcopalis, verb.a curia.C.de Epis. & Cler.Laud.de dignita.q.22. Nec nouũ est, vt hæc dignitas, & eius præeminentia ad filios protrahatur, nam & alium casum

12 sum vidisti hac glos.n.5. Est & alius, nam si fiscus, fiscalis Aduocatus sit, cæteros Aduocatos præcedit, si credẽdum est Chassanæo in Cat.glor. mund.7. p. consid.45. Et vt finem faciam, sufficit hoc in casu reputatio

13 principis, qui tantum fiscales honorat: authoritas enim in reputatione consistit. Cæpol. de Imperatore mil.deligendo. §. authoritatis causa, ex l.cognitionum §.1.& ibi gl.verb.æstimatione de varijs, et extraordinarijs cognitionibus. Rex autem multum de fiscali confidit. l.1.et 2.tit.13.lib.2 Recop.et videbis infra glos.34.per totam, præcipuè in princ.num.2. Vnde magni vbicumque habetur, nec nisi nomine ab Auditoribus, vt prædixi distinguitur, vt hac gloss. vidisti, et colligi potest ex Salic.in l.vniuersi.C. vbi causæ fiscales, et Guillielmo de Cugno.ibi, et Guillielm.Robillio in tractatu de iustitia et iniustitia. lib.3.capit.6.num.4. th.17.fol.mihi 106.inter tract. refert et sequitur Auiles in procemio capitum præt. verb. acordado num.16.

GLOSS.XXXII.

De todo bien y cumplidamente, sin que os falte cosa alguna.

1 *Plenum quid dicatur, & numeris sequentibus*

2 *Verbum Plena auget significatione.*

3 *Verbũ Plenum intelligitur secundum subiectam materiam.*

QVID PLENVM dicatur.

1 VErba hæc synonima sunt, illud enim plenum dicitur, cui nihil addi potest. c. bene quidem 56.dist.ca.si omnia, in fi.6.q.1.cũ alijs adductis a Tiraquel.de retr.lign.§.4. glos.1. num.16.17 et 18. Cui enim aliquid deest, id plenum nõ dicitur, vt voluerunt relati a Tiraq. de retr.conu.§.2.glos.vnica,n. 4.et ita aliquando verbum Plene auget verbi significationẽ,

2 et ita plena possessio dicitur dominium.l.raptorum.C.de Episcop.et cler.Guilierm.in c.Raynuntius, de testam. ver. cætera bona.1.p.n.17.et ita ex his verbis magis ac magis comprobatur huius officij authoritas, et eminentia, quantisque verbis titulus hic et per eum ego honorem accipiam: præter id quod vidisti supra glos.proxima: verba e-

3 enim hęc significant, vt secundum subiectam materiā, quod magis fieri possit comprehendatur, vt docet Bertach. in suo repert. de clausulis rescriptorū, versic. fin. & latè prosequitur Pratreius de verbis iuris. verb. planè. vbi post diuersas interpretationes interpretatur, latius, longius, pingius, quemadmodum & interpretatur Ioannes de Gracia, de rescriptis. nu. 52. Staphileus de gratijs & expectatiuis. §. competenti, n. 2.

GLOS. XXXIII.

Que yo por la presente os recibo, y he por recebido al dicho oficio, y vso y exercicio del, y os doy facultad para le exercer, segun dicho es.

1 *ABlatiuus absolutus resoluitur in conditionem.*

2 *Quem princeps elegit, nullus debet reprobare.*

3 *Clausula apponi solita, apposita cēsetur.*

DE POTESTATE vtendi.

HIS Verbis regulariter illa solent adijci: Caso, que por ellos, ó por alguno dellos
1 no seays recebido. Quasi ante præsentationem nullum ius habeat electus, vt vidisti supra gl. 27. verb. y mando. Verba enim hæc, quæ vt dico solent adijci, sunt ablatiui absoluti: & ita resoluuntur in conditionem. l. 1. C. de iure emphyteuti. l. ab emptione, de pactis. l. a testatore, de conditionibus & demonstrationibus. l. cuītis, & ibi Bart. de vsuris, licet etiam aliquando varie, secundum subiectam materiam intelligantur. Alc. in l. cum quærebatur 240. a num. 3. de verb. sign. Et ita videbatur, hāc concessionem cōditionalem esse, vel saltem modalem, & ita forsan hæc verba in hoc casu fuere omissa propter difficultatē quam tetigi supra glos. 12. verb. en lugar, &c. Et dubitationis, vel litigij vitandi causa hæc verba omissa fuere, propter enixam illam Regis nostri bonæ memoriæ voluntatem, vt statim iter arriperem, & hoc officium exercerem, de qua dixi supra n. 26. ver. y por esta mi carta, &c. Et ita omnino debebant Præses & Auditores me recipere: in supremis enim magistratibus dignitas statim acquiritur. Bart. in l. 1. §. diuus, de var. & extra. cogn. facit l. ex eo, & ibi glos. & Bart. de militari testamento. l. fin. C. de decurionibus lib. 10. Felin. in cap. eam te. 7. de rescriptis nume. 8.
2 Nam licet aliqua possent alijs casibus allegari, vt vidisti supra glos. 27. verb. mando. &c. in fi. tamē hic omnia cessant, nam semper præsumptio est pro electo

cto, vt sufficiens sit. Alc. de præsumptionibus reg.3. præsumpt. 15. num. 2. & 3. Et quem Princeps elegit, nullus debet indignum reputare. Cœpola de imperatore mil. del. §. pro Imperatore vero. nu. 5. 6. & 7. cum etsi dispensatio necessaria sit, etiã concessa videatur. l. quidam cõsulebant, de re iudic. vidisti latè glo. 13. Electio enim Principis alia confirmatione non indiget, docet Martinus Laud. de dignitatibus. q. 6. Et cum de potestate Principis dubitandum non sit, vt vidisti supra glos. 19. verb. Cumplan a mi seruicio. voluntas autem plana sit, clausula debet intelligi, quo meliori possit modo, quod aliquãdo quorumdam actuũ fauore præsumitur Alc. in l. si ego pecuniã 18. numer. 5. si cert. petat. Hip. sing. 36. vbi plura de hac clausula refert. Quanta autem voluntas in hoc casu sit, vt inde fauorem colligas, deduces ex adductis glos. 13. & glos. 26. et etiam ex hac, & dictæ clausulæ
3 omissione. Et licet hæc clausula apponi solita, apposita censeatur, ex Hugo. Celso de clausulis numer. 4. Abb. in cap cum enim, de constitutionibus. Cotta in memorabilibus, verb. clausula: tamen ex supradictis differentiæ ratio satis coligitur, & nullo modo potuit receptio impediri. Nec obstant quæ adducit Affiictis dec. 335. numer. 5. vt etsi dicatur in noua concessione, Non obstante alia &c. tamen id non sufficit, & quæ Felin. adducit in capit. ex parte. 2. a num. 18. de re iud. & alij plures, vt clausulæ apponi solitæ omissio, vel insolitæ appositio, falsitatis præsumptionem inducat, id enim in præsenti non fit, vt ex rationibus in præsenti adductis, & etiam ex magna huius tituli solennitate, vt videbis infra glos. 46. & 49.

GLOS. XXXIIII

Con todas sus incidencias y dependencias, anexidades y conexidades.

1 *Concesso principali, annexũ videtur concessum.*

2 *Plura fiscali competunt, præter iudiciales actus.*

3 *Actio nascitur ex obligatione, obligatio ex contractu.*

4 *Subditus efficaciter Principi obligatur ex contractu.*

5 *Contractus Principis lex est.*

6 *Principis contractus & tertios obligat.*

Princeps ex contractu obligatur.

7 *Principẽ ex contractu obligari naturaliter, refutatur.*

Obligatio naturalis an de iure Canonico actionem producat.

8 *Ex contractu Principis, & succes-*
sor

sor obligatur.

9 *Principi conuenit seruare contractus.*

Principis contractus, bonæ fidei sunt.

De iure Canonico obligatio natura lis non producit actionem.

10 *Contractus a iure gentium, formula agendi, à iure Ciuili processerunt.*

11 *Princeps ex contractu obligatur, & in sequentibus id attenditur quod principaliter fit.*

12 A *Equitas Principe decet.*

13 *Voluntas inspicitur solum ad obligationem.*

14 *Priuilegia an Princeps potest reuocare.*

15 *Princeps concedit prædia vberiora reddenti.*

16 *Non licet sterilia fiscalia prædiare mittere, & vberiora retinere.*

17 *L. qui fundo. C. de omn. agr. des. lib. 11. explicatur.*

18 *Priuilegium, si pretium interuenit, habetur pro contractu, & alijs casibu.*

19 *Si procuratore credat modum, non obligat fiscum.*

DE INCIDENTIIS FIS calis, & de contractibus in genere.

1 HOc regulare est, vt principali concesso, omnia quę illud negotium tangunt, concessa cēseantur. l. quidam consulebant 57. de re iud. l. vltim. C. vbi, & apud quos. c. præterea 5 de of. del. cap. si Monachus 16. quęst. 1. reg. accessorium, lib. 6. Et ita hic exprimitur, quod de iure in erat, sed nō abs re: nam possent aliqua alijs specialiter esse demandata, quæ principalis naturam ex eo non sequerentur, vt probat glos. fin. in d. c. prętorea, de offi. del. Et ita, & tacitè, & expresse, omnia quæ fiscalis officio ānexa, & cōnexa sunt, mihi demandata videntur, hæc enim plura sunt, non enim solū fiscalis est, præcipuè in his Indorū partibus agere & accusare, prout vidisti supra gloss. 16. & glos. 17. sed omnia ferè, quę in regalibus Indorum Audiētijs, & aliquando extra eas gerūtur, fiscalis assēnsum, vel ad minus præsentiam requirunt, & ita in secretā litium determinatione assistit, & vbicumque de aliquibus sumptibus ex Regio ærario faciendis tractatur: præsens item est subhastationibus, & possem regulam generalem cōstituere, vt nihil sine fiscali fiat, cum & plurima ei demandentur, & inter alia, vt epistolam quotannis ad Regem mittat de omnibus quæ sibi videbitur expedire Regi notum facere. Sūt & alia quā plurima huiusmodi, quæ ad fiscalis officium spectant: 2 illud autem præcipuè, quia fiscalibus contractibus interuenit, & de his in gloss. hac noster est futurus sermo. Nec id abs re tractabitur, est enim

certum fiscalis principale of-
ficium esse in iudicio agere, vt
latè vidisti supra glos. 16. Age-
re autem quis non potest sine
actione. l. si pupulli. §. videa-
mus, vers. quanuis, de negot.
gest. Actio autem ex obligatio
ne nascitur. l. licet. §. ea obliga-
tio, de procuratoribus: obliga-
tio autem ex contractu vel a-
liàs l. 1. & toto titulo. D. de a-
ctionibus, & obligat, & instit.
de obligationibus, & quatuor
titulis sequentibus: nascitur e-
nim obligatio ex cōtractu, vel
ex maleficio, vel ex alijs causa-
rum figuris, d. l. 1. de obliga. &
actionibus, vel quasi contractu
aut quasi maleficio. §. sequens
diuisio, inst. de obligationibus,
quæ ad supradictas species re-
ducere facile est, & ideo de his
tractare expedit, vt sciamus
quando, & qualiter fiscus cum
alio contrahat, & eius nomine
fiscalis, indeque qualiter fiscus
obligetur, vel alium obliget:
ac propterea quādo fiscalis pos
sit conuenire, vel conueniri. Et
4 deueniēdo ad contractus, illud
sine dubio est, subditum cum
Principe contrahentem effica-
citer obligari, de quo non so-
lum leges, verum & integri ti
tuli sunt de conueniendis fisci
debitoribus, & de locatione
prædiorum ciuilium, & alij
plurimi, lib. 10. & 11 C. an au-
tem. & qualiter Princeps cum
subdito contrahens oblige-
5 tur, non sine dificultate est: vul
garis enim regula, Principis cō-
tractum legem esse. §. sed &
quod Principi placuit, de iu. na
tu. gen. & l. Cæsar, de publ. &
vect. Corneus cons. 92. 2. part.
num. 5. & cons. 127. nume. 16.
ead. p. & cons. 211. num. 4. vol.
4. Alc. in l. post venditionem.
num. 20. C. de pactis. & multi
statim referendi et vidisti supr.
glos. 13. num. 3. at lex non ligat
Principem. l. Princeps, de legi-
bus, cum vulgatis: ergo ex tali
contractu Princeps, nec eius fis
6 cus obligatur. In contrariū au-
tem, Principem scilicet obliga
ri, probatur, nam vt supra dixi
nume. 4. plusquam certum est,
priuatum cum Principe con-
trahentem obligari: quin Prin
cipis contractus etiam non cō
trahentes obligant aliquando.
Corneus consil. 338. numer. 2.
volum. 1. at contractus vltro ci
troque obligatorius est. l. La-
beo 15. §. contractus, de verbo
rum significatione. Ergo quē-
admodum et priuatus, Prin-
ceps etiā obligabitur: pro qua
parte considerari potest, l. 1. in
fin. et. l. 2. in princip. de officio
Proc. Cæs. vbi aditione hæredi
tatis ita efficaciter Cæsar obli-
gatur, vt necessarium sit ei be-
neficium restitutionis: ergo o-
bligatio ciuilis fuit, quæ ciuili
remedio indiget: ita etiā Prin-
ceps alienationi consentiens,
nec ipse, nec ab eo causam ha-
bens

bens contrauenire potest. Afflictis dec. 112. num. 7. facit et pro eadem parte, nam validum est argumentum de quasi contractu ad contractum: probatur per locum ab speciali in cap. decet, circa fin. iuncta gl. verb. processus, de imm. Eccles. li. 6. tradit Euerardus in sua centuria legali, cap. 18. At quasi contrahendo in iudicio Princeps obligatur etiam ad amissionem causæ. l. iustas 6. C. de iure fisci lib. 10. Ergo et ex contractu obligatur Princeps. In hac igitur difficultate duæ reperiuntur opiniones, prima existimantium Principem ex proprio contractu naturaliter tantum, non etiam ciuiliter, aut iure ciuili adstringi, aut teneri, quod docet Abb. in cap. 1. num. 1. de probationib. Imol. ibidem nu. 2. Hi autem ex hac naturali tantum obligatione efficaciter teneri putant, quod difficile nimis videtur, si consideremus conuentionem nudam ciuili: non vestitam inefficacem esse ad actionem producendam. l. iurisgentium 8. §. sed cum nulla, de pactis. Talis enim obligatio naturalis per abusum, et non proprie obligatio dicitur. l. neque seruus, de peculio, quod forsan mouit supradictos Doctores, vt existimarent, Papam adeundum pro iustitiæ executione contra secularem Principem, sequendo opinionem existimantium, de iure Canonico conuentionem quamlibet naturali tantum obligatione fulcitam producere actionem, quam vt communem tenet Ias. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla, colum. 2. de pact. et ibi Horoscius num. 11. idem Ias. in §. in personam nume. 26. de actionibus. Alc. lib. 5. Parad. capit. 9. Berengarius in l. pacta conuenta, cap. 1. num. 7. Coua. in cap. quamuis pactum. 2. p. §. 4. num. 12. Ant. Gom. 2. to. variar. cap. 8. num. 4. et cap. 9. n. 3. D. Perez in l. 3. titu. 8. lib. 3. ord. Hæc autem quam isti communem dicunt, non sine scrupulo est, necesset difficile contrariu defendere: sed quia hoc non est nostri instituti, ad illud redeamus. Legistæ igitur in ea sunt

8 sententia vt efficaciter Principem obligari teneant, quin & eius etiam successorem: nomen autem obligationis non expresserunt, vt videre est ex Cyn. Bar. et Bald. in l. digna vox. C. de legib. idem Bald. in cap. 1. num. 2. de natura feudi, qui dicit eam communem in l. qui se patris, numer. 13. et 14. C. vnde libr. Ias. cons. 1. nume. 11. et 2. libr. 1. Peregri. in. alios referens in tractat. de fisco, lib. 6. tit. 1. num. 7. et aliis: et licet quæstio hæc posset de nomine dici, cum omnes tandem concludant, efficaciter Principem obligari ex suo contractu. Imo nulli magis, quam Principi conuenit fidem

in suis seruare contractibus. Bal
dus in repetitione. l. hypothe-
cas, numer. 2. C. de remissione
pignor. & ita omnes Principis
contractus naturam bonæ fidei
inducere, tenent Bald. in cap. 1.
§. si quis vero, in princip. titul.
de pace Constantiæ. Dec. consi.
4. numer. 2. & consi. 187. circa
finem, Zasius consi. 14. nume.
43. Ias. in l. cum fundos, si cer-
tum petat. Natta consi. 452. nu
mer. 9. Mench. de succes. creat.
§. 26. numer. 27. & alij relati à
Padilla in l. 2. C. de rescindend.
vendit. nu. 7. Inde inferens, ip-
so iure esse nullos contractus
cum Principe celebratos, si eis
dolus causam dederit. Vnde e-
tiam Alc. in l. cum fundus 31.
§. is, si certum peta, ex Bald. de
pace Constantiæ, verb. supra te
net contractus omnes cũ Prin-
cipe habere naturam bonæ fi-
dei. Indeque a tempore moræ
debentur fructus, & inde for-
san vsuræ, vt vidisti supra glos.
16. priu. 55. num. 150. & priui.
64. num. 209. Et ita non interest
multum, quo nomine eam ap-
pelles; & licet etiam certissi-
mum sit leges ciuiles astrin-
gere Principem non posse. dict.
l. Princeps, de legibus: solutus
enim legibus dicitur Princeps:
tamen si aliquis ciuilem vo-
cet hãc obligationem, non dif
ficulter ei assentiam: tum quia
efficaciter obligari. proprium
est ciuilis obligationis. d. §. sed
cum nulla. l. iuris gentium, &
in princip. vbi notatur, institut.
de obligationibus, ita vt nec iu
re Canonico actionem ex nu-
do pacto oriri, defendat Salic.
in l. legem. C. de pactis, Alc. li.
5. Paradoxorum. cap. 9. Forcatu
lus Dialog. 69. numer. 5. Cona
lib. 5. comment. cap. 3. nume. 5.
Camillus Plautius in tractat. de
verborum obligationibus. capi
tul. 1. Ex ea in tractat. de pa-
ctis nume. 37. contra id quod
10 vidisti supra numer. 7. Tum e-
tiam quia contractus omnes a
iure gentium processerunt. l. 2.
§. ex hoc iure, de orig. iu. §. ex
hoc iure inst. de iur. natur. gẽ.
& ciu. Hoc autem ius nõ Rex,
non Princeps aliquis instituit,
sed gens ipsa congregata, &
necessitate edocta, vt dictis iu-
ribus. Actiones igitur composi
tæ sunt, non quod contractui as
sentiam dederint, vel inutilem
cõtractum vtilem reddiderint,
sed vt disceptandi commodio-
rẽ vsum præbuerint, vt dict. l.
2. Et ita actiones omnes mate-
riam a iure gentium, formulas
autem a iure ciuili sumpserũt,
dict. l. 2. & § ius autem gentiũ,
institut. de iure natur. Cum er
go Princeps iure gentium con
trahentibus teneatur, ex his au
tem ciuilis producatur obliga-
11 tio, vt vidisti, consequens est,
ex his contractibus Principem
ciuiliter obligari. Ex quibus di
luitur difficultas. l. Princeps: in
his

his enim contractibus Princeps non obligatur vigore legis actionem producentis, sed ipsius met contractus iure gentium comprobati: & non obstat, formam actionis ex contractu productæ a l. ciuili dari: id enim solum attenditur, quod principaliter fit. l. 1. de auth. tutor. Quod comprobari potest, nam ius patronatus spirituali annexum est, & ita vendi non potest. c. de iure 16. de iure patronatus, & tamen cum vniuersitate bonorum vendita transit, capit. ex literis, 7. de iure patronatus, & eodem modo de eo iure iudex aliàs incompetens cognoscit: notatur in capit. quanto 3. de iudicijs. Id enim ratione accessorij conceditur, quod principaliter minime concederetur, & idem in nostro casu accidit, & ita Princeps ex suis contractibus tenetur, vt vidisti, & probatur

12 dict. l. 1. Et maiori quidem de causa, cum ius suum priuatorum iuri adæquet Princeps dicta l. iustas, & l. idem, de compens. In dubio enim iure priuati Princeps vtitur. l. cum vitiose, de pignoribus, & l. de contractu, C. de rescindenda venditione, vidisti supra gloss. 16. numer. 10. Præterquam quod æqualitates contractuum iuri, & æquitati conuenit, dict. §. contractus. l. Labeo, de verborum. nihilque magis Principe deceat quam æquitas. l. digna vox, de legibus, præterquam quod & Principis vtilitati hoc idem conuenit, vix enim alias, & ne vix quidem inueniretur, qui cum Principe contraheret: quod damnum maximum eidem adduceret, vt considerauit l. non intelligitur 3. §. cum quinquennium, de iure fisci. Et in pupillo etiam considerauit. l. quod si minor 25. § non semper, de minoribus & magis sine difficultate hodie apud nos id procedet, cum sola voluntas obligandi se requiratur ad obligationem ex l. 3. titul. 8. libr. 3. ordinat. l. 2. titul. 16. libr. 5. Recopilationis.

13 Dum tamen & causa sit obligandi, vt explicat Anton. Gomez. 2. tom. variar. capit. 11. numer. 3. & 4. Did. Perez in dict. l. 3. ord. Matienço in d. l. 2. Reco. glos. 1. num. 3. Gutierrez de iuramento confirmatorio ca. 47. num. 4 par. 1. Causam inquam, vel expressam, vel aperte probatam, ex Bal. in l. generaliter, col. penult. C. de non nu. pec. quam exornat Greg. in l. vlt titul. 13. p. 5. ver. señalada razon, licet causam non requiri, existi met Dueñas Reg. 118. Segura in l. si ex legati causa, de verborum numer. 104. Sed vtcumque sit, siue causa requiratur etiã hodie, siue nõ requiratur, tñ semper causa sit in contractu, multo

multo magis hæc obligatio vo
lũtati innitens in contractibus
fiscalibus procedit, ex quibus
ad plurima infert Bald. & alij
relati a Felin. in d. cap. 1. de pro
bationibus, præcipue ad pacem
Cõstantiæ, quam Federicus Im
perator pacto firmauit cum ci-
uitatibus Lombardia, & ad alia
quæ consultò omitto. Hæc au-
14 tem quæ de Principis obliga-
tione dicta sunt, supradicti Docto
res tenent, in contractibus so-
lummodo intelligi, quasi id in
priuilegijs secus sit, quę sine de
lectu Princeps, quandocunque
voluerit reuocare poterit, quod
præterquam, quod sine scrupu
lo non procedit, grauior mihi
videtur difficultas, dum ad id
probandum adducitur l. qui fũ
dum. C. de omni agro deserto.
li. 11. Considero enim, textum
illum male ad reuocationẽ in-
duci, cum electio concedatur
ibidem, & certo modo nil aufe
ratur, imo etiam non priuile-
gium, sed contractus est, & suis
numeris sane absolutus, est e-
nim emphyteuticus vltro citro
que obligatorius, maximeque
emptioni & venditioni, vel lo
cationi, & conductioni conue-
niens: in idque incidens, vt inti
tul. C. de iure emphyteutico,
& in alijs titulis videre licet. prę
cipuè in §. adeo, institut. de lo-
catione: si ergo ibi reuocatio,
datur, reuocabitur sine dubio
cõtractus, & quidem perfectis-

15 simus. Nec mihi quis obijciat,
in eo ibi priuilegium consiste-
re, quòd Princeps prædia con-
cedit vberiora reddenti. l. qui-
cumque 7. eod. tit. id enim nõ
sine pretio fit, vt expresse pro-
bat tex. ibi, Canone saluo: at
quando in Principis concessio-
ne de pretio fit mentio, nõ pri
uilegium, sed contractus repu-
tatur, tenet Bald. in l. qui se pa-
tris. Cod. vnde liberi, num. 14.
Afflictis de iure prothomiseos
§. licet nu. 7. Fel. in cap. 1. nu. 2.
de probationib. pretium enim
diuersificat factum, supr. glos.
17. nu. 19. & 20. Ergo decisio il-
lius text. non fundatur, quia i-
bi priuilegium sit, pręterquam
quod non est sine difficultate,
& quidem maxima an priuile
gium per Principem cõcessum,
absolute, & sine vlla ratione tol
li posit, vt proxime tetigi, &
videre est per Fel. & alios, vbi
supra. Existimo ergo d. l. qui fũ
16 dos, interpretandam per l. qui
per potentiam, quæ statim se-
quitur, vt scilicet locator fun-
dos diuiserit, eiusdem substan
tiæ & contractus, ita vt opi-
mos retineret, infructuosos ve
ro non: tunc enim præcipitur,
vt vel alteros accipiat, vel alte-
ros etiam dimittat: quod & vi-
detur sentire glos. ibi, verb. opi
mioribus, & est hoc regulare in
fiscalibus, vel Ecclesiasticis re-
bus, vt ad hoc posit locator cõ
pelli. auth. de alienatione &

emphy-

emphyteusi.§.si verò secundũ prędictum modum, videbis infra hac glos.§.2.priu.11.nu.85.

17 Nec obstat verbum Susceperint,de quo ibi,quo probari videtur,optimum fundum solũmodo locatum,nam id ibi non sustinetur, et cogitur locans alium acceptare,quia iure priuato locatio facta fuit:verbum autem Iure priuato intelligi non debet prout glos.ibi: idest iure emphyteutico: priuatũ enim vel publicũ dicitur ex eo quod ad Principem spectet,vel non. §.ius publicum,inst.de iu.nat.gent.et ciu. Et ideò ex persona, non ex contractus natura dicitur publicum,vel priuatum: intelligitur ergo text.ille,vt locatio facta fuerit ibi a procuratore qui contractũ fecit,non tanquam fisci procurator, sed tanquam priuatus: tali enim casu nihil agitur,et ideo ius non tribuit.l.1.de of.proc.Cęs.et ideo nihil mirum,si contractus non sustineatur absolute, sed forma de qua ibi. Vel melius intellige text.illum per l.2.eod. tit. vt scilicet priuatus, qui a fisco conduxerat fundos steriles, et optimos eiusdem substantiæ, vel cõtractu eodẽ, vel ex eadẽ statione,postea alij fundos optimos locauerat, sibi autẽ infructuosos retinuit iure priuato,id est,priuati contractu, fiscus enim, vel eius procurator in eo nõ interuenit,nec fisco cõsultũ est,cum iste,qui steriles fundos retinuit, minus idoneus est. Fisci enim priuilegium est, vt videbis infra,sicut dixi, vt cogat, vel steriles acceptare, vel fructuosos relinquere. Nec quisquam casum hunc inusitatum existimet, sępe enim fit,et magno pretio vidi,sæpe in Hispalẽsi mea ciuitate,vbi emphiteuticus contractus multum est in vsu,aliquas emphyteuses a primis locatoribus multi vendi iuxta commodum eis inde proueniens,&illud est sine dubio, text. illum de priuilegio minime posse intelligi. Quæstionis igitur resolutio, quę ex supradi

18 ctis Doctoribus colligitur, ea est,vt si priuilegium ad contractum reducatur, vel in contractum incidat,vt in casu quo dixi supra nu.10. quia pretiũ interuenit,vel si priuilegium ob remunerationem concedatur, addit Gre.gl.2.l.10.tit.1 .p.3. Vel aliàs tunc priuilegium regulabitur,secundum quam inducit naturam,cum et Principis contractus irreuocabilis sit, vt vidisti supra,et videbis infra hac glo. at si nudum priuilegiũ sit, et in suis terminis permanear,qui concessit, et reuocare poterit cum voluerit: et faciũt quæ supra vidisti glo.6.et glo.12.Et hæc pro nunc sat sit dixisse. Cum ergo Princeps ra-

19 ro,aut nunquam per se contrahat: idque per ministros exequatur;

quatur, qui non omnes id possunt, quin nec Procõsul rerum fiscalium habeat administrationem, vt docet Corneus consil. 247. num. 4. vol. 1. sed fiscalis, vt laté hoc tractatu vidisti, qui et mandatum habet cum libera, ex I as. in l. 2. §. creditum, numer. 20. si certe petat. et videbis infra. §. 8. num. 233. cum officialis fisci, secũdum debitum modum procedere teneatur, vt fisco acquirat, vel eũ obliget. Bal. in l. 1. penult. colu. C. per quas pers. et d. l. 1. de offi. procõ. ideo qualiter contractus fisci fiant, quatenusque fisci nomine fiscalis contrahat, videndum est.

§. I.

De emptione & venditione rei fiscalis.

1 *Emptio & venditio de iure gẽtium processerit.*

2 *Venditio rerum fiscalium, sine fiscali non fit.*

3 *Plures militias Autor vendidit, magnumque commodum, inde Regio aerario prouenit.*

4 *Fiscales res non possunt alienari.*

5 *Nec etiam minui.*

6 *Princeps donare potest.*

7 *Patrimonium Principis quotupliciter consideretur.*

8 *Supremæ Regiæ dignitati conuenientia ab eo non possunt separari.*

9 *Quæ Regi vt Titio competunt, alienare potest.*

10 *Idem de rebus quæ in commissum incidunt.*

11 *Idem & de confiscatis.*

12 *Idem de quinto prædæ, ante prædã factam.*

13 *Mulcta sunt fructus iurisdictionis.*

Perceptione naturam mutant fructus in pluribus.

14 *Facilius potest donare rex pœnã acquisitam, quam acquirendam.*

15 *In alienatione rerum, si inde graue damnum resultat, solennitas requiritur maxima.*

16 *Res Principis quæ alienari possunt, vẽduntur de eius mandato.*

17 *Militia quid sit, & an officia tabellionatus, & similia vẽdi possint.*

18 *In his Indorũ partibus vẽduntur officia magis, secũdũ doctorũ doctrinã.*

19 *Officia quæ in his partibus vẽdũtur nõ subiacẽt hypothecæ, & num. 20.*

21 *Fiscus non præsumitur res alienas velle vendere.*

Officiali suadenti potest resisti, & quando.

22 *Venditio rei alienæ a fisco vt valeat, quid requiratur.*

23 *Rem cum alio communem alienat fiscus, & sequentibus.*

24 *Fiscus requirit consortem ante vẽditionem.*

25 *Sufficit communio, etiam pro minima parte.*

26 *Rem alienam vendit fiscus ex pluribus causis.*

27 *Si venditur res pupilli, debet tutor citari.*

28 *Vendit fiscus rem alienam, etiā primo creditore inuito, sed aliter ex debito reali, aliter ex personali.*
29 *Re aliena vendita, intra quadriēnium agit dominus.*
30 *Res alteri obligata alienatur per fiscum.*
31 *Alienatio rei fiscalis facta a priuato, an valeat.*
32 *Cum solennitate debita debet fieri alienatio, vt valeat.*
33 *Solennitates quinque requiruntur in hac alienatione.*
34 *Tres solennitates solum requiruntur, & n. sequent.*
36 *Res aliena si vēdatur a fisco ob debitum, eadē seruabitur solēnitas*
37 *Quid sit de iure Regni.*
38 *Si res aliena non vendatur ob debita, bona fides requiritur.*
Res aliena venditur a fisco.
39 *Procurator fisci sibi non emit.*
40 *An possit haberi fides de pretio.*
41 *An apocha solutionis sufficiat.*
42 *Nō requiritur præcise præsentia pecuniæ.*
43 *Dominium an trāsferatur ante solutionem.*
44 *Subhastatio an sit necessaria in his venditionibus.*
45 *Etiā pro parte socij solutio fit fisco.*
46 *Aedilitium edictum nō habet locū in venditionibus fiscalibus.*
47 *Et an ad simplum teneatur.*
48 *Fiscus tenetur de euictione ad simplum.*
49 *An teneatur cū vēdit rē alienam.*
50 *.2. C. de rescind. an habeat locū in fiscalibus vēditionibus, & n. seq.*
52 *Quo recedit in locatidombus, ad venditionem trahitur.*
53 *Ex identitate rationis lex extenditur.*
54 *Ea quæ publici iuris sunt, æstimari nō possunt.*
55 *Pretiū iustū quomodo probetur.*
56 *Partium transactio potest sententia confirmari.*
57 *Fiscus hereditatē vēdēs liberatur statim a creditorib⁹, secus in priuato*
58 *Gabella non debetur ex venditionibus fiscalibus.*
59 *Fiscus habet adiectionem in diem, & quomodo, & n. seq.*
61 *Qui vendit pro fisco, apponit clausulas consuetas.*
62 *Fiscus cogit alios ad emendum, & vendendum.*
63 *Emens a Fisco, statim contrahit hypothecam.*
64 *Ab alio emens nō tenetur stare colono.*
65 *Emens a fisco tenetur stare colono.*
66 *Fiscus potest res vetustate corruptas alijs miscere.*
67 *Serui actores fisci nō possūt vendi.*
68 *Fiscus cogit glebā sterilē acceptare.*
69 *Fiscus transfert priuilegium fori.*
70 *Non tenetur autori litem motam denuntiare.*
71 *Fructus aridi spectant ad venditionem fisci.*

DE EMPTIONE ET venditione.

1 CVM De iure gentium emptio & venditio processerit, l. ex hoc iure, de iustit. & iure. l. 1. in princip. de contr. empt. §. ius

§. ius autem gentium, verſ. ex hoc iure, de iuſt. & iu. Fabianus de empt. & vend. 1. q in princ. n. 4. & primo loco nominetur in d. §. ex hoc iure, nimisq. vſitata ſit emptio, vt in princ. tit. 5. p. 5. & etiam inter cōtractus fiſcales magis vſitetur emptio, præcipuè in his Indorum partibus, ideo de hoc emptionis & venditionis tractatu agere pri-
2 mo loco libuit. Quid autem in emptionibus & venditionibus ſeruandum ſit, fiſcalem cognoſcere maximè oportet, cum ſine fiſcalis præſentia celebrari non poſsit venditio: aſsiſtere enim debet fiſcalis procurator, aliàs non valet venditio l. quicumque. C. de fide inſtrum. li. 10. l. 1. D. de officio procuratoris Cęſaris, Martinus Laudenſis de officio Dominorum. quęſt. 99. & videbis infra hac gloſ. & §. num. 32 & ſequentibus. Et ita quomodocumque res fiſcalis vēdatur, ſiue generali, ſiue particulari Regis mandato, apud nos fiſcalis aſsiſtit, vt cauetur ordinatione 59. huius Audientię, & cum pręter fiſcalem vnus ex Auditoribus aſsiſtat, & Comites rerum priuatarum, quos officiales Reales dicimus: tamen licet aliquis ex eis deſit, non multum curatur: at ex Auditoribus vnus hodie, alter cras aſsiſtit, at fiſcalis omnino, & præciſe aſsiſtit, & mihi ſoli in hac Argentina Cancellaria demandā uit excellentiſsimus nobilis Ludouicus de Velaſco, horū Regnorum del Piru dignißimus Prorex, futurorum Proregum exemplum, cuius facta qui ſuerit ſecutus, non errabit. Ipſe igitur, cui militiarum huius Regni, ſiue vēdibilium officiorum venditio a Rege noſtro potentiſsimo extitit demandata, mihi eandem in hac Prouintia commiſit, & ego ſolus aliqua officia dudum vacantia, alia itidem nunquam antea vendita vēdidi, indeq, plusquam ducētorum millium pondo regio ęrario acquiſiui, meq. ſolū hoc exequi, nō paruæ vtilitatis fuit regio ęrario, licet communiter dicta ordinatio obſeruetur: ſed ſi aliqua dubitatio ſit de alicui° diligentia & integritate, dictæ ordinationis obſeruatio magis expediat, & ita a dicto domino Prorege ſæpe multi habitus ſui hac de cauſa, & conſanguineis meis hac de cauſa officia cōtulit nimis honorabilia, qua de cauſa ipſe iure optimo ſēper benemeritus de me habebitur: & ita ad hæc multū fiſcalis attēdat, multum enim in hoc eius officium exuberat, vt ſicut diligēs prædiorū cultor, ātea infructifera fructificare faciat, vt docet. l. nō intelligitur 3. §. tacita, ver. diui fratres, de iure fiſ. Ego
3 enim vſque ad diem quo hæc ſcribuntur, decimum ſcilicet Auguſti anni 602. decem & ſeptem

septem officia, nunquam antea védita vendidi, præter alia quę mea de causa subhastantur hodie, et multa alia quæ antea vacantia vendidi, quæ forsan mul to vacarent tempore, si id tam mihi curæ non esset: et cum in Audientia de Panama, alia etiam officia vt venderentur efficere, peculiari epistola ad me transmissa Rex noster Secundus Philippus, Regum lumen, et Catholicæ Fidei seruator, et defensor obseruantissimus mã dauit, vt semel adminus in heb domada voce præconia manifestarentur, et subhastarentur, quod et ego introduxi, et ad Regẽ scripsi rationibus quibusdã, quę quia aliquibus honorabiles nõ sũt, omitto. Sed videtur om
4 nino inutilem esse nostrã quæstionem, cum fiscales res aliena ri non possunt. c. intellecto, et omnes per tex. ibi. de iureiur. l. 1. tit. 17. et l. 4. tit. 5. p. 2. l. 28. tit. 11. p. 3. l. 3. tit. 5. li. 5. ord. quæ est l. 3. tit. 10. li. 5. Rec. Abb, Imol. Bal. et alij in d. c. intellecto. Palac. Rub. in c. per vestras 2. not. §. 1 n. 40. de don. int. Hostiens. et Fel. in c. dilecti. de mai. et ob. Barto. in l. prohibere. §. planè quod vi, aut clam, plures refe runt Greg. in gl. 1. d. l. 28. et gl. 2. l. 10. tit. 18. p. 3. Cou. in c. quan uis pactũ, de pactis. li. 6. 2. p. §. 2. n. 4. Mench. de successionum creatione li. 3. §. 26. n. 82. Matiẽ ço in l. 3. tit. 10. li. 5. Rec. glo. 3. et aliqua vidisti supra gl. 20. verb. patrimonio. §. 3. à n. 35 vnde di citur, nõ posse Principem alienare ciuitatem inuitis ciuibus, Corsetus de potestate Regia. 1. p. n. 16. Restald. Castald. de Imperatore q. 104. n. 13. Soc. cons. 7. li. 1. Et cum ex causa necessitatis id facit, admittendi sunt homines ciuitatis ad emẽdam libertatem, si tantundem domi uo dare velint, quantum ab em ptore fuit pollicitũ. Luc. de Pe. in l. 1. C. de capit. ciuium censi bus eximenda. li. 11. Hostiens. et Fel in c. dilecti, de mai. et obed. Hipp. in l. 1. §. cum quidã, n. 10. de quęstionibus, quos refert Cou. vbi supra. Et nõ solũ alienare in totũ, verùm nec mi nuere potest Rex ea quæ patri monij eius sunt. Bal. in vers. am plius cõsueuerunt, de pace Constantiæ, ex l. si optio. D. qui. et a quibus, optimè Luc. de Pena in l. quicunq, C. de omni agro deserto li. 11. col. 4. probat l. 28. ti. 11. p. 3. et per eum tex. Greg. ibi glos. 1. verb. menguar: vnde nec iuramẽtũ, de hoc tenet d. c. intellecto, de iureiur. et d. l. 28. Cou. vbi sup. n. 3. plures refert et Alc. in c. cũ cõtingat, de iure iur. n. 272. Matienç. vbi sup. gl.
6 13. Sed nihilominus verius est, Regi maximè cõuenire, nõ solũ alienare, sed et donare etiã, dũ tamẽ id legitimò modo fiat l. vt virtutum. C. de statuis et imag. l. 10. tit. 18. p. 3. et ibi glo. 2. estq;

estque integer tit.9.li.5.ord. & tit.10.lib.5. Recop. & videbis infra hac glos.§.4. vnde & afortiori alio modo poterit alienare.l.apud Iulianum.§.constat, delegatis.1. estque integer tit. C.de fide instrumentorum, & iure hastæ fiscalis li.10. cum alijs titulis sequentibus. & apud nos.l.13.& 14.tit.9.part.6.& latè d.l.3.tit.10.libr.5.Reco.& in ea Matienço glos.3. multifariã
7 consideravit Regis patrimonium,& sex species bonorum regalium enumerat:at Mench d.§.25.nume.85.triplex bonorum genus constituit. Tu autẽ vidisti supra gloss.9. optimam diuisionem esse, vt duplex patrimonium in principe consideretur,eius autem plures species,vt supra glos.20.ver.Patrimonio,in princ. & per totam: sed prima distinctio ea est, de qua hic, aut enim priuatum tã quam Titij,aut publicum, tanquam principis consideratur, quia princeps duplicem personam sustinet, ex Bald.cons. 159.num.5.li.3.&Tiraquel.de iure primogeniorum.q.35.numer.22.refert Matienç.d.glos. 3.n.6. Quod si aliæ species considerantur,ad prędictas sine dubio reducuntur, & ita sensit Greg in l.13.tit.9. par. 6. gloss. 2.His igitur sic suppositis,subdistinguo iterum,nã ex ijs quæ Regi, tanquam Titio competunt,aliqua sunt ab antiquo Regio patrimonio,& coronæ incorporata, & quasi de regalibus sunt,vt sunt saltus,palatia, & non immerito annumerabimus etiam ciuitates, & villas, & alia huiusmodi : alia vero quæ recenter à principe possidentur,vel mobilia sunt, ita vt non censeãtur Regio patrimonio incorporata,nec a Rege vel le incorporari. Item & ex ijs, quæ Regi competunt vt Regi, aliqua sunt Regiæ dignitatis propria, vt quam dicimus maioriam,suprema scilicet illa iurisdictio,& quæ ab ea depẽdẽt, de qua per Couarr.cap.1. & 4. pract.&supragl 20.§.3.Alia autem sunt quę Regi competunt ex regalibus iuribus,vt fructus iurisdictionis,veluti res quæ cõfiscantur,vel in commissum incidunt.His igitur sic constitutis, ex pluribus cõclusionibus Matienço vbi supra, duas extremas formo conclusiones, vt inde ad mediam deueniamus. Dico igitur, Supremæ Regiæ dignitati conuenientia,maioriam scilicet illam,& quæ ei solummodo cõueniunt,cum personæ principis conueniant, & cohęreant,ab eo separari,aut alienari non posse, siue onerosо,siue lucratiuo titulo, ex d.c. intellecto.l.6.tit 28.p.6. & d.l. 3.tit.10.lib.5. Recop. Probant quos adduximus supra num.4. & innumeri relati per Regnicolas ante citatos, quos ne trãs

cribere

cribere videar omitto, & Ma-
tien.nu.8.d.glo.7. Altera etiã
et prima conclusio sit: Ea quæ
Regi competunt, vt Titio, pecu
liari iure nulli dubiũ est, regem
alienare posse, prout voluerit,
consumere itidẽ & perdere po
terit, vt arg. l. sed etsi lege. §. cõ
suluit. de peti. hær. l. in re man
data. C. mand. tenet Mench. v-
bi supra nu. 84. & Matien. d. gl.
7. n. 14. Contractus enim in his
iure subsistit, & ita & tertius vẽ
10 dere poterit, vt per Alc. in c. cũ
contingat. de iureiu. n. 172. Idẽ
etiam dico de rebus iam confis
catis, vel quæ inciderunt in
commissum: hæc enim Regis
propria sunt, & licet Igne. in l.
donationes. C. de donat. int. n.
47. id ita demũ intelligat, si pa-
trimonio regio incorporata nõ
sunt, quod & sentire videtur
Luc. de Pen. in l. quicũq;. 2. col.
vers. quod si tẽpore. C. de omn
agr. des. lib. 11. & in l. 2. col. 2. ver
sic. quid enim. C. de fund. patr.
quos refert Mench. d. nu. 85. &
alios etiã refert Matien. d. gl. 7.
nu. 12. qui duo ex Paris. cons. 1.
n. 26. lib. 4. tenent, idẽ esse, etiã
si Regio patrimonio incorpo-
rata fuerint: quod vel ex eo pro
bant, nam Rex potest condẽna
tum, cuius bona condemnata
fuerunt restituere, & restitutio
ne facta, etiã bona intelligũtur.
l. 1. in fi. vbi Bar. & alij, & l. fin.
C. de senten. pas. Bart. in l. Gal-
lus. §. & quid si tantum. nu. 131

de liber. & posth. vbi alij, quos
refert Matien. d. nu. 13. Iul. Cla.
lib. 5. receptar. §. fin. q. 59. num.
2. & seqq. Quod non modo ve
rum, sed & verissimum puto,
in tantum, vt vltra supra dictos
existimem, facilius & maiori
iure posse à Rege concedi tales
res incorporatas, quam ante in
11 corporationẽ incorporatas di-
co, prout in l. si quando. 3. C. de
bon. vac. lib. 10. videtur intelli-
gi per Pratei. de verb. iuris, id
est confiscatione facta, ita enim
in præsenti intelligo, & pro hac
parte adduco in primis. l. in
fraudem. 45. de iur. fis. vbi fraus
fisco facta, circa acquirenda pu
nitur, atque si fieret circa acqui
sita, & vidisti supra glo. 16. à nu.
43. Ergo quemadmodum dis-
ponitur circa dationem incor-
porãdorum de proximo, & de
incorporandis disponi debet,
præter vulgare illud, quod pro
ximè accingendus habetur pro
accincto: facit et pro hac parte,
quod Matiẽ. & cæteri notãt de
quinto prædæ Regi debito, nã
ante prædã factam illud aliena
re nõ potest nisi solẽnitate, de
qua in l. 1. 2. 3. & 4. tit. 10. lib. 5. re
copilati. de qua supra relati, &
12 idem Menchac. de successión.
creation. §. 3. numero tertio.
Ergo idem in acquisitis & in
acquirendis seruatur. Facit &
melius pro hac parte, nam
mulctæ fructus sunt iurisdi-
13 ctionis, vt ex Bartolo habes

in l.fin.solut.matr.& Lud.Roma.cons.70.vltim. dub. tenet Chas.in consuet.Burgun. rub. 9.des mainsmortes.§.18. num. 35.verb.iusticiables & loutes iustices, & possidenti tempore condemnationis acquiruntur, ac propterea talis suos facit: ergo Rex,cuius tempore talis cōdemnatio fit,sibi acquirit, nec post acquisitionem de regalibus censetur,vt videmus in decimis,nā licet res sacra sit ius decimæ,at fructus ex decima prouenientes, vt profani alienari possunt,postquam semel soluti sunt,& Episcopus,& cæteri, cui competunt,libere de eis disponunt,nec amplius decima dicentur,vt notasti obiter supra gl.10.§.3.n.52.Quod non videtur ante perceptionē,tūc enim pars rei dicuntur.l. fructus pendentes.44.de rei vend.quod idē videtur in nostro casu,nā postquam lata sententia est,& vt alij dicunt,incorporatio facta,vt de rebus proprijs Princeps,cui fuerūt acquisitę,libere disponere potest:at ante acquisitionē, cū dependeant à iure Regali,de
14 quo vidisti supra gl.20. in prin. à nu.8.magis difficulter separari possūt,& ideo incidūt in tertiā conclusionē,de qua statim. Cōsiderari etiā poterit pro hac parte l.1.ti.26.lib.8.rec.vbi prohibetur donatio pœnarū ante condemanationē,quæ lex licet forsan tēpore quo fuit condita, alia fuisset ratione innixa, non immerito & hac posset fundari,& ita iuridicū omnino existimo,melius posse fieri alienatione à Rege post cōdēnationē,& quā ipsi dicunt incorporationē, quā antea,ita vt hoc casu nō solēnitas,de qua in dictis legibus & per dictos DD.requiritur,ita vt non dubitē hoc casu defendere,idē omnino tali casu debere dici,quod & in proprio ipsius patrimonio,tanquā Titij diximus,vt & alienare & perdere sine delectu possit: vnde licet nullus prædictorū ita intelligat,vel ita explicet, existimo, hoc esse verissimū, nisi aliquis ex eis intellexerit incorporationē,vt in perpetuo regis patrimonio sit,ex Luc.de Pen. in l. quicunque.C.de omn.agr.des. lib.11.in fin.4.col. quod nullus expressit,si tamē expressissent, seruari deberet,quod statim in tertia conclusione dicetur. Sic igitur tertia conclusio .In alienatione cęterorum regalium, oppidorum scilicet,gabellarū, vel aliorum iurium alienationem non valere, nisi cum solennitate,de qua in dictis legibus tit.1.lib.5.ordi.& titul.10. lib.5.recop. nec aliter donationem factam valere etiam iuratam,prout dicti Doctores tenent,& Mench.d.§.3. num.3. quod magis intelligunt,dū tamen graue inde damnū resultaret,veluti si magnæ rei fieret alie-

alienatio, si enim parua esset, nec Regno damnosa forsan valeret, saltem prout ad vitam cōcedentis, vt probant supra relati, & Gregor. gloss. 2. l. 10. tit. 18, partit. 3. & glos. 3 l. 13. & gl. 2. l. 14. titul. 9. par. 6. Magna etiam de facto per eundem Principem poterit reuocari, cum de facto non tenuerit: ita enim tenent omnes supra relati. & late Lucas de Pen. in l. quicunq. C. de omni agro deserto. libr. 10. Neque obstat, Reges Hispaniæ dominos esse omnino totius Hispanici soli, vt probatur multis iuribus adductis per Mencha. dict. §. 3. num. 3. quæ transcripsit Matien. dict. gloss. 7. nam recte satisfaciunt ipsi, & posset eis addi, ius Regni, & ius maioratuū, eodem modo regulari, vt probat Paulus de Castro cons. 164. num. 1. lib. 2. Menchac. de success. creation. §. 26. num. 86. & 94. Couarru. libr. 3. var. cap. 5. num. 5. Gomez. in l. 40. Taur. & alij quos refert Matienç. in l. 6. tit u. 7. lib. 5. Recopilatio. gl. 3. nu. 16. allegans l. 12. tit. 6. par. 2. & alios autores, & queadmodum qui maioratum possidet, non potest successori præiudicare, neq; ex contractu neq; ex testamento, vt patet & tetigi supra glo. 20. §. 9. à n. 272 ita nec Rex successori præiudicare potest his alienationibus, non enim magis Rex dicitur, qui nunc viuit, quā dicetur successor suo tēpore, sed licet maioratus ad vitā fructus alienare possit: hoc non ita absolute Regi permittitur propter maxima incōmoda inde toti reipublicæ prouenientia, & ita dicta iura & Doctores intelliguntur, vnde remunerationis causa, alienatio quidem valet & tenet,
16 & secundùm merita ita & alienatio metitur, an valeat & an duret, vt probant supra dicti, & præcipue Grego. d. glo. 2. l. 10. titu. 18. par. 3. Hæ igitur res, quas alienari posse dixi supra n. 9. & 10. hæ vendi possunt, & cōmuniter venduntur: hoc autē fieri non potest, nisi Regis mādato, l. aufertur, vers. actores. de iur. fisc. dict. l. 13. titu. 9. part. 6. Bartol. in l. 1. C. de fid. instrum. lib. 10. Peregrin. libr. 6. tit. 5. nu. 2. Hoc vero mandatum generale iam in his Indorum partibus habemus, & sine speciali mandato, res quæ cadunt in cōmissum, quæ etiam confiscantur, species etiam, quæ ab Indis pro tributis soluūtur, certis sub hastationibus & forma, de qua infra, venduntur: inter alia autem, quæ vendere de rebus fisci iubemur sunt militię, siue
17 officia quædam, quæ vendibilia appellantur, militia enim dici videtur pro quibusdam annonis, siue salarijs, quæ armatam vel inermem militiam exercentibus pręstari solebant antiquitus de publico, quas

militias vendi solitas, probatur l. Lucius Titius.22.de legat. 2. l.mortuo boue.50. §. si Titio. eod.tit.l. fideicommissa.11. §. si seruo.l.his verbis.pen.§.fina. de leg.3.& ita sentit Barto. in l. 1.§.neque castrense.n.4. de collation.bonorum. Alciat.libr.8. Parergon.cap.3. Lancellot. de militijs.casu,1.Pratei.de verbis iur.in ver.militia.omnium latè Tell.Fernand.in l. 26. Taur. à 6.vbi an vendi, an conferri possit, & alia huiusmodi, Baeza de non meliorandis.à num.14. ca, 26. Azebedo in Curia Pisana, lib.4.cap.fin vbi refert qui de hoc tractarũt, & inter alios Mẽchac.controuers.illustrium. c. 43.& Nauar.& alios, vbi late
18 tractatur, an huiusmodi officia vendi possint. Sed quoniã iam amplè disputatum, & tandem conclusum extat iure vẽdi posse huiusmodi officia, dum personis idoneis, & iusto pretio in iustos vsus deputando veneat, circa hoc non insisto: illud autem scio, quæ Doctores expostulant, melius posse adimpleri in his partibus, vbi mandato Regio hæc officia non nisi ad vitam primi possessoris venduntur, & ita pluracessant inconuenientia, quæ supradicti DD. cõsiderarunt. Beneverum, est permitti eis, qui officia notariatus, siue audientiarum, aut aliorum tribunaliũ emerunt, & alia officia huiusmodi, quæ vulgariter dicuntur de pluma, vt semel possint hæc officia renuntiare, ea lege, vt tertia pars pretij Regi soluatur. Ille autẽ qui officiũ per renuntiationẽ adeptus est, iterum renuntiare non potest,
19 ex quo officia Decurionatus & cætera huiusmodi nõ subiacẽt hypothecæ.l.fin.C.de pignor. Authent.de exhibendis reis.§. optimum. Bart.in dict.l.1.§.neque castrense.num.4.de collat. bonor. Tellus vbi supra, nu. 7. & ita sæpe defendi, ob debita talia officia vendi non posse: considero namque l.2.C.de euict. vnde vulgate illud sumitur dicterium. Nã. factum iudicis, factum partis cẽsetur: & licet ex ea causa diceretur vsum vendi solummodo, & ad vitam veri domini, pro quibus adducebatur, vtilitatem solummodo vẽdi, quæ resultat ex vsu officij, & posset adduci, quæ notat Bertachin.de gabellis.2. membro. 8.partis principalis.num.28.gabellam, scilicet, debere procuratorem, si gabella debeatur de lucro officij: adhuc enim ego concedebam, nec hanc commoditatem & vsum vendi posse, cum huiusmodi officia exerceri non possint per substitutum, vt cauetur Regia pragmatica, dat.9.die Iulij, anno 1589.& alia, lata etiam decimatertia die
20 Iunij, anno 1590. Existimaui etiam magis expedire officia huiusmodi perpetua ad vitã esse, prout

prout in hisce venditionibus fit quam annalia, prout ante venditionem erant, sed ne diutius protraham, quæ nostri instituti non sunt, ideo omitto. Illud autem scio, me semper in huiusmodi venditionibus curasse, vt idoneis conferrentur, & iam semel officium vendidi plus licitanti, & tamen domino Proregi aliqua proposui, quibus ta
21 lis venditio rata non debebat haberi, & ita factũ fuit: & hæc pro nunc sint satis: forsan tamen aliqua de hoc in discursu huius §. obuia erũt: res ergo fisci, quę nõ sunt in eius perpetuo patrimonio, alienari possunt cũ Regio mandato, vt supra nu. 16. & solemnitate de qua infra, res autem alienas alienare nolle præsumitur fiscus, nec alienat, Fabian. de emption. & vendit. 3. quæst. princip. num. 17. nec ratione etiam vsusfructus vendit proprietatem, Dueñas reg. 375 1. limita. & vide infra num. 21. Quin officiali inuadenti tales res sine mandato, potest de facto resisti l. prohibitũ. C. de iu. fisc. lib. 10. l. deuotum. C. de metatis & epidem. lib. 12. l. fina. C. de bon. vacan. cum alijs adductis à Bald. in l. 1. nu. 4. C. de hæred. vel action. vend. & in l. 2. C de commun. rer. alien. sed vt locum habeat, quod de resistentia dicitur, necesse est, vt notoriè constet sine mandato procedere, aliàs enim id non procedit, nec iudici licet resistere cũ armis, vel sine eis, sed obedire, vt per Pan. in cap. si quando. de offic. deleg. Imol. in l. ab executore. C. quor. app. non rec. & in cap. dilecto. de senten. excom. lib. 6. & quod notat Dyn. in l. quod quis mandato. de regulis iur. lib. 6. refert D. Perez in l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. glo. metiere manos, ad hoc enim vt venditio valeat, fiscus debet vendere rem vt suam, & bona fide alienare, & cum subhastationibus. Bald. in l. multum. C. de cõmunerum alienation. refert, quotu pliciter fiscus vendat, vbi dicit, ita intellectam. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr. Salicet. in l. si hypothecas. C. de re-
22 missio. pignor. plures referens Dueñas regul. 238. limita. 1. Et litigium etiam est sufficiens ad impediendam fiscialienationẽ, res enim vel actiones, quæ litigiosæ, vel in controuersia sunt, alienare non potest. l. res. 22. in princ. de iur. fisc. Peregr. de fisco. lib. 4 tit. 6 num. 19. & fiscus vendens, præsumitur rem possedisse Balbus de præscriptio. nu. 2. & bona fide versari. Bald. in d. l. 2. C. de commun. rerũ. alienatio. vt euitetur sinistra suspicio: quod & probant supra relati: in tantum, vt etsi post talis rei venditionem, eius confiscatio fiat, venditio reconualescit, nec à fisco res euincitur, sed à Titio. de rei vendicat. & Bal. 23

vbi supra,sed rem quam fiscus
23 habet,etiã communem cũalio,
recte fiscus poterit vendere,etiã
socio inuito, quod maximum
fisci priuilegium est,itemq; per
sonalissimum,non enim id li-
cet priuato,etsi pretium in fisci
vtilitatem versum sit.l.2.& ibi
Bald.C.de commun. rerum a-
lienation.Abb. Siculus in cap.
quamuis,de re iudicata. nu. 22.
Laudens.de fisco.1.par. nu.35.
45.& 47.Fabian. de Mont. de
emption.& vendition.q.3. nu.
56.Negussan. de pign.3. mem
br.2.par.principal.num.36. &
hoc casu nonsolum pars fisci,
verum & socij remanet aliena
ta:in hoc enim magis priuile-
gium consistit, aulus in l seruí
§.Labeo ait.num. 2. de legat.1.
Deci.consi.235.nu.7.2.par. Al
ciat.in l.si socius.32.§. quod si
communem.num.7.si cerr. pe
tatur.Affli.de iur.protomisce.
§.tota hæc.num.17.Marant. de
ordin.iud,4.par.1.distin. num.
75.fo.48.Bart.in l.forma.num
2.C.de vendition.rer.fiscal.lib.
10.Bald.in l.multum.C.de cõ-
mun.rerum alienation. nume.
1.& in l.quoties.nume.1. dicto
titul.C.de venditio.rerum fisc.
lib.10.& ibidem num. 4. & 5.
Salicet.in l.nullum.num.2. C.
de commun.rerum alienation.
24 Hanc autem alienationem fis-
cus faciet,requisito prius con-
sorte,licet id non precise, sed
de æquitate intelligat Bald. in
d.l.2.arg.l.necesse. de in diem
adiect.& l.1.de priu.credit.Cõ
munio autem debet esse circa
rei ipsius proprietatem,vt alie
natio teneat modo de quo su-
pra:nam si vsumfructum fiscus
25 habeat,hac ratione proprietaté
non alienabit,Bald.in l. multũ.
C.de commun.rerum alienat.
num.4.& Dueñas supra relatus
reg.375.limit.1. vbi de hæredi-
tate loquitur.Communio autẽ
ad vendẽdum sufficit, vt & pro
minima parte sit,Platea in l. 1.
C. de vendition. rerum fiscal.
cum priui.commun.lib. 10.n.
1.in princip.licet contrarium te
nuerit Deci. in l.cuius effectus.
190.n.5.de reg. iur.per dict. l.1.
sed meo videri non bene .Ven-
dita ergo re communi fiscus
quod suũ est,actione negotio-
rum gestorum cõsequetur.Pla-
tea dict.num.1,in fin. sed si rem
ipsam velit sibi retrahere, quẽ-
admodum & priuati consors,
poterit sibi habere,& dare quã
tum cæteri,Tiraquel. de retra.
lignagier.§.1.glo.18.num.7.ad
ducens l.1.de priuileg. credito.
Nec solum rem communem,
sed & alienã omnino rẽ fiscus
alienare potest, ratione tributi
26 non soluti.l.1.& ibi Bald. C. si
propter public.pensit.l.1. & ibi
glo.verb.distrahatur, & Barto.
C.de vendition. rerum fiscal.
Nec solum pro principali col-
lecta, sed etiam pro collectæ
pœna, Baldus in l. edicta. C.
si ad-

si aduers. fiscum nu. 4. Alexan. in l. creditori. de action. empt. non solum rem principaliter obligatam, sed & omnes vendere potest fiscus ratione tributi non soluti, sed priuilegium solummodo habebit in re tributaria, in alijs autem non nisi ex anterioritate, Bald. in l. 1. C. si propter public. pensitat. num. 1. In hoc autem casu, cùm prop
27 ter minoris debitum res venditur, vltra alias solemnitates, de quibus infra, tutor minoris citari debet, aliàs postea admitteretur ad retrahendã rem venditã debito soluto, Paul. & Salic. in
28 l. edicto. 3. nu. 4. omnino videndus. C. si aduers. fisc. Vnde nulli dubium erit, posse fiscum alienare rem sibi obligatam, non solum consentiente, sed etiam inuito creditore, & quod magis est, inuito primo creditore, dum tãmen ei fiscus de primo debito satisfaciat. l. res. 22. §. res autem. de iur. fis. & argumento l. vnic. C. de vend. rer. fisca. Platea in l. vnic. C. pœnis fiscal. credit. præf. num. 4. post med. & glo. 3. in l. 33. tit. 13. par. 5. Quod posset limitari, dum legitimo & conuenienti pretio fieret vẽditio. l. si minori. 3. C. de iur. fisci. libr. 10. de quo videbis infra & has res debitorum pro debito reali ordinario vendit fiscus, etiam si tales res restitutionibus & conditionibus subiectæ sint, secus si munus extraordinarium, vel rei non inhærebat, vel aliàs erat personale, quia tunc anterioribus creditoribus non fit præiudicium, vt ex l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. de iure fisci, & in l. Imperatores. de publicanis. & l. cum possessor. §. final. de censibus & Paulo in dicta l. Imperatores. refert Peregrinus de fisco. libr. 6. titul. 4. numer. 43. & in alienatione ex causa ciuili eadem dicta censentur, quæ supra in criminali glossa 20. §. 10. à numero. 279. & de prælatione in glossa decimasexta, speciali. 42. numero. 162. Sed & dominium ab alio fiscus auferre posset, & alij donare, aut vẽdere, si credendum est Baldo
29 in l. omnes: numero. 1. & additionat. ibi. C. de quadriennij præscription. Sed illa absoluta potestas in consequentiam nõ est trahenda, ideo illud certum est, procuratorem fisci de mandato Regis posse vendere rem alienam, dummodo id bona fide faciat, vt supra hoc §. numero. 22. Et putans rem suam esse: quod posset euenire, si inter res cõfiscatas aliqua esset res nõ delinquentis, quæ delinquẽtis cẽseretur esse, tunc enim cũ sucçedat regula iuris, is enim qui in ius succedit alterius, iustã habet ignorantiæ causam, & ratione possessionis rectè fiscus putat rẽ suã esse, ex Abb. in c. quãnis. nu. 13. de re iudicat. facit. l.

 16. ti.

16.tit.7.lib.9.Recopil.vbi quæcunque bona possessa perdebitorem fisci venduntur,nisi scriptura probentur non esse eiusdē & ideo talis alienatio cum bona fide à fisco facta,valet & tenet,nec dominus potest agere, nisi intra quadriennium ad pretium: emptor enim statim securus est.l.omnes.& l. bene à Zenone.C.de quadrien. præs. Paul.& Salicet.& omnes in d.
30 l.edicto.3.C.si aduers. fiscum. Bald.ibidem.& in l.1.C.si pro. public.pensitat.Specul. titu.de præscrip.num.29.Ang.in §. edicto,instit.de donatio.num.2. & 3.Guiliel.in cap.Raynutius. verb.& vxorem.num.381.cum duob.seqq.Budeus in §.edicto instit.de vsucap.vnde à fortiori & res alteri obligata à fisco aliénari potest,dummodo vel notificetur ei,in cuius fauore obligatio facta fuit,vel id per publicum proclama fiat,tūc enim
31 ex eo consensu, saltem tacito, & venditio valet,& ius pignoris remittitur,Negusan. de pignori.3.membr.6.par.nu.25.sed vt prædixi,si res minoris sit,etiam in perpetuum retrahi poterit,vt probāt supra relati,præcipue Salic.in d.l.edicto. num. 1.C.si aduer.fiscum.E conuerso etiam posset adduci Alciat. in cap.cum contingat.de iur.iurand.nu.272.Vbi refert, alienationem rei fiscalis à priuato factam,saltem cum iuramēto valere,nisi mala vtriusque fides sit sed profecto inde nullum fisco resultare posset præiudicium, & ideo omitto:id enim impossibile est verificari,cum nec tali casu,cum venditio fit simpli-
32 citer,valeret. Ad hoc enim vt valeat,venditio fieri debet, cū omnibus solemnitatibus, si enim ita fiat, emens consequitur plenam securitatem, & fiscus post quadriennium,nam illo transacto,nec ad pretium tenebitur,vt probant supra relati nume.29. Adeò enim securus manet emptor,vt nec prætextū minoris ætatis, nec alia quidem de causa talis venditio impugnari possit,nec ipse fiscus.l. si quis.C.de fide instrum. lib. 10.l.quæcunque.5.eod. titu. & toto tit.C. ne fiscus rem quam vendidit euinc. & vidisti hac glo.& §.num.28.Si autem aliter fiat emptio,non seruatis solemnitatibus,emptor dominus non fit, & ideo res etiam cum fructibus tenetur restituere, nec solum fructus perceptos, verum & percipiendos.d.l.1.C. de fide instrument.Specula.de fructib.& interesse.§.1.nu. 4. vers.quartus casus. Solemnitates autem quinque enumerat Bald.& Salicet.in d.l.edicto.in fin.C.si aduers.fisc.videlicet vt
33 sit debitum vere,& quod bona fide fiat distractio,& iusto pretio,& subhastatione facta, & plus offerenti,Peregr.autem d. lib.

lib 6.tit.4.in princ.ad decem vsque extendit,vt scilicet adsit debitum,quod debitor fuerit interpellatus,quod venditio fiat præsente procuratore,quod publice fiant subhastationes per viginti dies, quod in subhastationibus exprimatur qualitas rei,quod bona fide vendantur, quod pro paruo debito non vẽdatur res magni valoris, quod in venditionibus non inseran-
4 tur pacta insolita,quod pro iusto pretio res vendatur ; quod pretio præsente vendatur:Guillielmus autem vbi supra nu.29 aliud requirit, licet tam diffuse non procedat,vt scilicet res distrahenda non sit minoris, vel absentis reipublicæ causa. Ego vero existimo,breuius has qualitates restringi posse,& de substantia solemnitatis solùm esse præsentiam fiscalis,& subhastationes & mandatum. Primum enim præsentiam fiscalis requiri,vidisti suprà hoc §.num.2.& 33.probat Bar.in l.1. C. de fide instrum.per tex.ibi Socin.con. 46.nu.17.& apud nos ordinat. 59.in qua,licet alij etiam iubeãtur talibus venditionibus assistere,nullus sic enixe ac fiscalis iubetur.Secundum de subhastatione,probatur in l.si tempora secundùm glo.quam ibi sequuntur Doctores. C. de fide instrum.lib.10.authen.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct. eccles.Apud nos autem triginta diebus proclama fieri iubetur in bonis minoris.l.60.tit. 18.p. 3.& ex æquiparatione minoris & fisci,de qua supra glo.16.pri. 56.nu 191.Idem & in fisco obseruatur,licet aliquibus casibus vel protrahantur, vel abbreuiẽtur termini vt videre est.l.2.& 24.tit.11.& l.13.tit.12.lib. 9.recop.& alijs illorum titulorum;
item & diem assignari vltimæ 36
subhastationi, vulgo, remate, probatur l.5.d.tit.11.quin & hora,vt videbis infra.§. sequenti. de location.à nu.75. Tertium autem mandatũ scilicet, requi-
35 ri,probatur,vt vidisti supra hoc §.num.16.Reliqua enim quę à Peregrino adducuntur, vel supradictis reducuntur, vel non substantialia, sed naturalia sunt Illud enim vt adsit debitor, ad mandatum reducitur,secundũ quod interpellatus fuerit, nõ existimo præcise requiri ; cum lex interpellet,præterquam in minore, vel Reipublicæ causa
absente,vt per Guillielm.et Sa 37
licet.supra relatos quod autem exprimatur qualitas rei, id est, fieri demonstrationem et rem confinibus demonstrari.l.si rẽ. 6.et ibi glo.de reivend. vidisti supra glo.4.num. 1.quod bona fide vendatur de substantia venditionis non est,sed ad securitatem,ideo de naturalibus, non de substantialibus, idẽ dico de de alijs quatuor restantibus, naturalia enim non autem substãtialia

tialia sunt, idemque dici posset ad Guilliełmum de re minoris id enim ad securitatem spectat. Hæc autem quæ diximus proxime, intellignntur in subhastatione rei fisci, & in ea verissimum est, illa tria solummodo requiri, sed quod cæteri deferunt ad venditionem rei alienę referunt. Certum enim est,
36 etiam in venditione rei debitoris fisci, cum pro causa debiti venditur, id cum omnibus fisci solemnitatibus fieri debere, vt docent Lauden. de fisco. quæst. 165. Bald. in l. 1. nu. 5. C. si prop. public. pensitat. Fabian. de Mõte de emption: & vendi. 5. par. princip. nu. 87. aliâs etiam emptor tenetur ad fructus perceptos & percipiendos, & quandocunque retractabitur venditio, Bald. per tex. ibi num. 1. & 6 in l. quod in libello. C. de fid. instrumentor. lib. 10. Barto. in l. si minori. C. de iur. fisc. libro. 10. Lauden. vbi supra. Guid. singu.
37 352. §. vbi. & quandocunque: at apud nos aliter consuetudo est, & ita si res aliena, vt aliena pro debito fiscali vendatur, minor solemnitas requiritur, subhastationesque breuiores fiunt, vt per tot. tit. 7. lib. 9. Recopil. nec necesse esse fiscalem assistere, vidi, licet aliquando etiam ego præsens fuerim huiusmodi subhastationibus. Mandatum autẽ semper adest, cum debita fiscalis perquiri & satisfieri pluribus ordinationibus cautum sit, & ideo, vt prædixi, pro mandato est, vt debitum sit, neque aliud aut necessarium est, aut seruari vidi. Si autem res non debitoris vendatur, tunc ante omnia bona fides requiritur, vt latius vidisti supra, & inde etiam con
38 sequens est, vt eadem adhibeatur solemnitas, quæ deberet adhiberi, si vera esset causa, quę bonam fidem præstat: si enim vt fiscalis venditur, talis res eadẽ solemnitas quæ & fiscalibus rebus debet adhiberi, sin vero vt debitoris, eadem, quæ in debitoris bonis subhastandis requiritur: et in omnibus ijs casibus semper censetur exemptus venditionis rei minoris, vt vidisti supra nume. 30. ex quo et alijs defendebam, non valuisse venditionem prædiorum Indorũ oppidi de Macha huius prouintiæ, quæ vendita fuerant, vel donata, vt per aduersos dicebatur nomine Regio. Dicebam enim nec ordinem mãdati Regij seruatum, nec subhastationes interuenisse, & propterea populum iure minoris vti, tum etiã Indos ipsos minores reputari, ac propterea eorum nomine, & vt sibi necessaria prædia restituerentur, quocunque tempore me debere admitti, qui regio mandato, epistola ad me transmissa, eorum defensioni assistere, & pro eis aduocare iussus fui.

PRI-

PRIMVM PRIVILEGIVM

Plura ergo huius contractus respectu specialia inueniri posſunt in fiſco,ſicut & in alijs ſpeciebus vidiſti ſupra,& omiſſis pluribus,quæ ex dictis huc-
39 uſque in hoc §.adduci poſſent, primum ſpeciale ſolummodò ex ſupra dictis obſerua,vt ſcilicet fiſcus rem communem etiã pro parte ſocij,vel omnino alienam rem vendere poſſit, & emens à fiſco plenam conſequatur autoritatem, dummodo cũ debita ſolemnitate & bona fide alienatio fiat,quod ſatis late habes explicatum in hoc §.à n. 21.Et cum bona fides requiratur in fiſcali etiam ad ſecuritatem tertij, neceſſe eſt,vt etiam quoad ſe ipſum bona fide verſetur, & ſciat ſibi rem aliquam emere non poſſe,cui vendendæ præpoſitus eſt.l.non licet.de cõtrahend.emption.quod hodie extenſum extat,& nullus, qui cuiuſuis rei venditioni præeſt, vt iudex,vel adminiſtrator,talẽ rem ſibi emere poteſt,aliàs venditio non valet, & ad quadruplum emens tenetur.l. ſi in emptione.§.vlti.de contrah.emp. l.cum ipſe.C.eod.l.4. titul.5.p. 5.l.23.tit.11.lib.5.recop. Anto. Gom.tom.2.cap.2.nu.2. Dueñas reg.31.Matien.in d.l. Recopilationis.

II. PRIVILEGIVM.

Secundum ſpeciale in fiſco vẽdente ſit,vt non poſſit ineius venditionibus haberi fides de pretio. Præſenti enim pecunia
40 res fiſcalis diſtrahi debet.l. 1.& l.etſi inſtrumentum.3 C.de fide inſtrumen.lib.10.& ibi Bartol.in l.grauiſſimum.nu.2. C. ne fiſcus rem quam vend. libr. 10.& in l.1.C.de offic. Procura. Cæſar.à num.4.Bald.in l. 2.C. de hæred.vel action.vend.Fab. de Mont.de emption. & vend. 3.quæſt.princ.num.31. Bertac. in repert.verb.procurator fiſci. verſ.6.Sed cum omnia præſumantur ſolemniter acta,confeſſionem de recepto factã ab adminiſtratore, contra fiſcũ probare,tenet Mart.Laudenſ.de fiſco.quæſt.26.plures eiuſdẽ ſententiæ fautores refert Tiraqu. de retract.conuen.§.4. gloſ. 6. num.1 .vnde procurator fiſci de non recepto quietare facit, vt dicit Barth.Velenci.de charitatiuo ſubſid.quæſt.104. nu. 2.& apochã adminiſtratoris ci-
41 uitati præiudicare, tenet Alcia. in l.præſes.C.de tranſaction.n. 29.Sed quod vltimo loco dico de apocha de recepto,nõ ſtatim verum eſt,vt vidiſti ſupra gloſ. 16.num.163.ſpecia.43. & glo. 18.priuil.10.num.19. Et hodie apud nos cum ex ordinatione Regia Comites rerum priuatarum

rum simul debeant solutiones recipere, & statim in libro scribere non censetur, sufficiens instrumentum solutionis, nisi ex huiusmodi libris apochæ fides comprobetur, quo casu deceptio non potest cótingere. Quod
42 autem de præsenti solutione de iure communi videtur necessarium, raro apud nos inuenitur, nec hodie id omnino seruatur, vt præsenti pecunia res fiscalis distrahatur, & ita sine difficultate obseruari vidi, & obseruaui, vt hac præsentis pecuniç scrupulositate spreta, quod Regio ærario magis expediret quæreretur, cum ex dilata solutione aliquantulum carius res vendantur sine peccato, vt ex relatis á Nauarr. in manual. de peccatis capitalib. cap. 23. à nu. 81. Et ita hæc consuetudo in ijs Indiarum partibus ita est extensa, vt vix & ne vix quidem, emptores inueniantur, nisi aliqua pretij partis dilata solutione: & cum ego per epistolam Regiá Maiestatem, & eius supremũ Indiarum Consilium consulerem, quota nam differentia deberet versari inter dilatam solutionem, & præsentem, vt melior altera earum conditio videretur, mihi ex Regia epistola fuit responsum, datum Vallisoleti, sexto die Aprilis, anno 1601 vt augmentum curarem, & pretij securitatem: quo responso plusquam satis hæc vniuersalis consuetudo comprobatur.

III. PRIVILEGIVM.

Tertium speciale, & proximo proueniens illud est, vt
43 licet dominium transferatur regulariter ex venditione, dũ modo fides de pretio habeatur, l. procuratoris. 5. §. plane. de tributoria. §. venditæ. instit. de rerum diuision. cum alijs, tamen in venditione fiscali, absque pretij numeratione dominium nõ censeatur translatum. l. si procurator. 5. de iur. fisc. in fin. Sed cum, vt proxime vidisti, valeat venditio sine præsenti pretio, vt extra fiscum probatur in proxime dictis iuribus, cum vulgatis, consequens est, & dominiũ transferri, vt ibi probatur, & ita in facti contingentia defendi, cùm vt supra dixi, officia tabellionatus & cętera huiusmodi possint renuntiari, ita vt tertia pars pretij Regio ærario inferatur, duabus primo possessori relictis, cum officium tale vni fuisset venditum certo pretio certis diebus persoluendo, & cum non soluisset posteriori termino per officiales fuisset officiũ venditum, cum factum iudicis, factum partis sit, ex l. si ob causam. 13. C. de euiction. & videbis infra priuil. 7. nu. 48. & ille dominium ex venditione fuisset adeptus. defendi inquam, vti ex venditione per ipsum facta,

cta, tertiam pretij partem ærario inferri debere: ipse enim & vere dominus fuit, & facto iudicis vendere videtur.

IIII. SPECIALE.

44 QVartum speciale in venditionibus fiscalibus, de quo supra late à nu. 32. vt scilicet de substantia venditionis fiscalis rei sit, vt venditio sit solemniter subhastata. l. 1. C. de fide instru. lib. 10. & cæteris iuribus ibi adductis, quoad subhastationis formam, vide infra §. proximo num. 76. vt vidisti restringi ad venditionem rei, quæ omnino est fisci, si enim debitoris sit, & ex causa debiti vendatur, licet de iure communi eadem solénitas requireretur, vt dixi supra num. 36. tamen hodie secus est apud nos, quo videtur incidere, quod refert Peregrin. d. libr. 6. tit. 4. num. 14. vbi docet, res mobiles creditoris pro debito fiscali sine subhastationibus vendi: licet in immobilibus aliud esse referat, sed quid sit apud nos, vidisti supra.

V. SPECIALE.

45 QVintum speciale, quod à primo procedit, illud est, nam si fiscus rem communem vendat, emptor totum pretiū etiam pro parte socij fisco soluere debet, & ita soluendo liberatur, facit l. Senatus. & l. res quæ §. 1. de iur. fisc. Bald. in l. 2. C. de commun. rerum alienat. Luca. de fisco 2. par. numer. 36. & alij quos refert Dueñas regul. 375. ampliat. 6. & vidisti supra glos. 16. priuil. 39. num. 150. Fiscus autem socio tenetur ad partē pretij, vt tenet Bald. & Dueñas supra relati, & Plate. in l. vnic. nu. 1. C. de vendit. ter. fisca. libr. 10.

VI. SPECIALE.

SExtum fisci priuilegium in venditionibus, & quidē so-
46 lemne illud est, nam contra illum locum non habet ædilitiū edictum, si res morbosa fisci vēdatur, expressa l. 1. §. illud. de ædil. edict. Bald. in l. 1. circa fin. de hæred. vel action. vend. & in l. fina. C. de ædil. action. Cœpol. in d. l. 1. §. illud. nume. 1. Alciat. in l. cum quis. 16. num. 4. de verbor. signif. Tenebitur autē procurator, si sciens tale vitium, dolose vendat, vt tenet Cœpol. ibi num. 2. quod an verum sit, ipse viderit: & forsan hoc non tam
47 difficile mihi videtur, quam quod statim subijcit num. 3. docens §. illud, debere intelligi quoad pœnam, nam ad simpluū tenetur fiscus, quod tamē meo videri non iure probat: legem enim nullam pro sua parte adducit, nec rationem concludentem, & cum d §. illud, expresse loquatur, non est cur ab eius disceda-

cedamus conclusione, & ita in telligo præcise textum ibi, vt nullatenus fiscus teneatur ædilitio edicto, redhibitoria, aut quanto minoris, vt vidisti supra glo.18.priuil.7. & præter illum textum expressum mihi suadetur ex eo, nam d.§. specialitatem constituit in fisco, ita vt plusquã respublica habeat priuilegium, & plusquam minor: at minor ex delicto tutoris nõ punitur, sed tutor ipse. l.1. in fi. C.de falsa monet. Ergo vt priuilegium sit, necesse est, vt ad nihilum teneatur. Præterea etiam priuatus redhibitoria, vel quanto minoris solummodo tenetur ad simplum, ad rem scilicet ipsam, vel ad minus pretiũ licet actione in factum ad interesse teneatur, quod & simplũ potest dici, vt probat d.l.1.& totus titulus l. Iulianus.§.1. eod. l.64.titu.5.par.5. Anton.Gom. 2.tom.var.cap.2.nu. 48. & 49. Si ergo fiscus teneretur ad simplum, nil speciale in fisco esset, & contrarium voluit text. ibi, nec ratio Cœpolę aliquid me mouet, nam fiscus non dicitur locupletari, cum iactura aliena ex huiusmodi venditione, cũ ignorans ipse sit, & maius damnum esset, vendirionem tam so lenniter factam facile retractare, quod aliàs considerauit l. in causa.de minorib. Præterea & pro hac parte adduci possunt, quæ videbis hoc §.sing.7. 8. & alijs infra, & decimoseptimo.

VII. SPECIALE.

Erit & speciale septimum, nam fiscus non tenetur de
48 euictione, nisi ad simplum, licet in priuatis secus sit, in tantum, vt etiam si procurator duplum promittat, fiscum non obliget nisi ad simplum. l.si procurator.§.in princi.de iure fisc. Bal.in dict.l.1.C.de hęredi. vel action. vendi. Afflict. de iure prothomisc.§.4.num.26. Laudens.de fisc.q.iii. Lucan.1.part. num.57.Paris.cons.101. nume. 54.volu.1.Peregr.tit.4.num.37 & á fortiori fiscus non tenebitur de euictione, si rem debitoris ob debitum vendat, tunc e-
49 nim nec ad simplum tenebitur, vt l.ob causam.13.C. de euicti. & tenet Dueñ.regul.169. amp. 1. Si tamen Rex iuberet aliter fieri instrumentum, teneretur de euictione, vt refert Greg.gl. fin.l.23.tit.18.part.3. Sed certe lex illa hoc nõ innuit, sed solũmodo ibi fit mentio pœnæ à Rege impositæ non iuuantibus collectoribus tributorum, & talis pœna si Regi visum fuerit, potest extendi vsque ad addictionem et venditionem bonorum delinquentis: et licet non dubitem, posse Regem teneri de euictione, si ipse velit, teneo id non probari dict. l. 23. et multum dubito id vnquam factum

factum aut faciendum: fiſcus enim qui tot priuilegia habet, non debet eſſe deterioris conditionis, quam priuatus, qui tali caſu de euictione nō tenetur, vt vidiſti: ſi tamen id mandatum eſſet, non eſt dubitandum, aut ſi conſuetudo ita ſe haberet, nā vendens res fiſcales ordinarias clauſulas, poteſt apponere, vt vidębis infra num 61. priuil. 12.

VIII. SPECIALE.

50 PRO octauo ſpeciali quærendum eſt, an in venditionibus fiſcalibus locum habeat, l. 2. C. de reſcind. vendition. & videtur, plures ex antiquis virtualiter tenuiſse, non eſſe locū in huiuſmodi contractibus remedio d. l. 2. nec ex læſione poſſe talem contractum reſcindi, cum in vēditionibus fiſcalibus ſubhaſtatio & cæteræ ſolennitates requirantur, de quibus ſupra hoc §. à nu. 32. Ex his enim cauſis remedium hoc excludi, ex Angel. in l. pretia rerum. nu. 3. ad leg. Falc. & in l. 1. nume. 2. C. de præſcrip. triginta vel 40. annor. qui pro ſua opinione videtur adducere l. 1. verſ. ita enim C. de præd. Decurion. libr. 10. vbi Barto. num. 4. & Plate. nu. 2. quos & alios refert Padill. in l. 2. C. de reſcinden. vendition. 30. & Pinel. 2. par. d. l. 2. cap. 2. nu. 25. & Pereg. d. lib. 6. c. 4. nu. 8. nil affirmans, tenet, venditiones fiſcales ob læſionem ſolum modo reſcindi: verūm illa opinio, quemadmodum & ratio, qua fundatur, facile diluitur, cū communior opinio ſit, ſubhaſtationem nō excludere remediū, d. l. 2. vt cū Imol. & alijs tenens Alex. in l. ſi quis cum, aliter. n. 16. de verbor. obligat. & ibi Roman. n. 8. Alexā. in l. pretia rerum, ad legem Falcid. Barto. in l. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. & plures quos refert Pinc. & Padil. vbi ſupra, & in fiſcalibus venditionibus hoc l. 2. remedium admitti, imo minori ex læſione notat Pin. vbi ſupra, nu. 27. ex l. ſiquidem. C. de prędijs min. & in venditionibus fiſcalibus locum habere remediū l. 2. tenet Quemad. in quæſtion. fiſcal. q. 15. Sed cum in facti contingentia accidiſſet, vt cōtra vē-
51 ditiones aliquas à me factas, officiorum procuratoris huius Argentinæ Cācellariæ emptores vellent venire: longe enim maiori pretio, quā ante vnquā ea diſtraxi, & horū exemplo quidam theſaurarius domus monetæ oppidi de Potoſi, qui ibi officium emerat, eandē litem proponeret contendi, tales lites nō debere admitti, nec in venditionibus fiſcalibus præcipue horū officiorū locū eſſe remedio d. l. 2. C. de reſcindend. venditio. Si enim his litibus daretur locus, nulla emptio ſuſtineri poſſet, cum in hac prouintia teſtes facillime

cillime deponant. non solum in his, quæ credulitatis multũ habent, sed etiam contra facti veritatem expressam, quemadmodum & mihi contigit in his litibus, nam per aduersos vsq; ad satietatem, quod allegarũt probatum fuit: meum autem principale fundamentum, quo has lites & earum progressum, & ingressum impedire curabã, deducebã ex l. 14. & 15. tit. 9. lib.
52 9. recop. vbi in locationibus & conductionibus redditnũ regalium, remedio d. l. 2. Nec pars fisci, nec aduersa vti potest, quæ iura cũ expresse loquãtur in locatione, & ad venditionem necessario trahi debent: locatio enim & vẽditio omnino æquiparãtur, & eisdẽ legibus procedũt l. 2. locati. princ. Inst. eo. Ange. in §. pretiũ. inst. de empt. & vend. n. 4. Tiraq. plures referẽs de retr. lig. §. 1. gl. 14. n. 3. Ex qua ratione Faber. d. l. 2. quę de emptione loquitur, ad locationẽ extendit, & cum pluribus idẽ tenet Pin. in d. l. 2. t. p. c. 3. n. 17. & Menes. nu. 13. & seqq. & videbis §. proximo, in prin. idque sine difficultate est, & ita ẽ conuerso eadẽ fieri debet extẽsio, ita vt omnino dispositũ in locatione, & ad venditionẽ extẽdatur: non enim est nouũ, vt vnũ statutum per aliud extendatur, etiam si exorbitans sit, Hippo. cons. 64. nu. 19. & cons. 97. n. 24 præsertim in æquiparatis, tũc enim omnino extensio fit, gl. in cap. præsenti. de sententia excommunication. & Domin. et Franc. relati à Mier. de maiora. 1. par. quæstio. 208. nume. 4. Parisii. consil. 59. 3. part. Rip. in l. si constante. num. 62. soluto matrimon. et ita lex exorbitans extenditur ad alium casum minime comprehensum, ex identitate rationis. Mieres de maiorατu. 3. par. quæstion. 9. num. 21. Et cum ratio generalis est, etiã lex specialis extenditur, Boer. consil. 26. numero quarto, Pau-
53 lus 1. parte consi. 441. nume. 6. Nec tunc recte dicitur extensio, sed comprehensio, vbi est rationis similitudo, Paulus. 2. par. consil. 261. num. 3. late Curtius Senior consi. 39. à numer. 10. Matien. in dialog. relator. 3. par. cap. 5. numer 15. quod et in priuilegijs videmus: nam si lex duo adæquat, priuilegium vni concessum competit et alteri, Romanus consilio. 147. nume. 2. plura iura allegans, idéq; est in correctione, nam vno æquiparatorum correcto, et alterum corrigitur, Euer. in cent. leg. loco 35. fo. 120. lite. D. Abb. in ca. nihil. nu. 9. de elect. idem et in pœnalibus. Ias. in §. ex maleficijs. instit. de action. nu. 39. Ex quibus plusquam planum est, in venditionibus fiscalibus non esse locum remedio l. 2. C. de rescind. Et in hoc officiorũ venditorum casu et aliæ militabant

54 bant rationes, illa præsertim nã hæc quæ publici iuris sunt, æsti mari nõ possunt. l. illud. C. de excusatione munerum. Bal. in c. i. §. ead lege, de lege Conradi in vsibus feudorum. Aued. resp. 9. nu. 1. Et cum in his officijs honor conferatur, nõ æquè cadũt in considerationem. Præterea & licèt ex eis commodũ pecuniarium resultet, nõ tamẽ illud certum est, vt antiquis in militijs cõsiderabatur, & in tessera frumentaria sensit Alc. & cæteri relati supra nu. 3. Vnde quo ad commodum pecuniarium atinet, hi euentum fortunæ censentur emisse, & ita impeditur remediũ l. 2. ex Ioanne Andr. & Spec. relatis a Padilla
55 d. l. 2. n. 15. Allegabam etiã, prętium iustum constitui ex loco publici mercati. c. 1 de empt. & vend. Tiraq. plures allegantem de retr. lign. §. 1. glos. 13. n. 6. Et cum venditiones fiscale, semper cum subhastationibus in foro publico fiant, aliunde non posse intelligi pretium, & ita idem tenet Soc. reg. 427. Baldus in l. vetustissimam, numer. 6. C. de iure dominij imp. Fel. in cap. cum Ioannes num. 5. de fide instr. Greg. in l. 55. tit. 5. p. 5. glo. 7. Quod etiam cum pretiũ taxatum est, intelligit Mexia in pragmatica panis col. 4. nu. 20. & testes non concludunt, nisi dicant per verbum facti; sci licet ita vidisse communiter vẽ di tales res, docet Anto. de Burgos in c. i. de emptione & venditione n. 9. Afflictis dec. 316. a num. 5. Et ità in similibus optima probatio est, quę deducitur ex instrumentis aliarum venditionum. Bal. in l. 1. C. de sententijs, quę pro eo, quod interst, n. 86. Cephalus cons. 161. n. 16. li. 2. Et ita impossibilis est certa probatio in hoc casu, sed hęc omnes lites transactæ fuerunt, agnouerunt enim litigãtes bonã fidem, & me rigorosum in his fraudulentis litibus, & post primam sententiam in aliquorũ fauorem latam, liti cesserũt: existimo enim, si liti non cessissent, aduersam sane eisdem sen
56 tentiam futuram. Et ita transactio mea petitione, sentẽtia cõ firmata fuit, ex praxi meæ Hispalensis patriæ, ad quam facit l. si quos 59. C. de decurionibus li 10. & doctrina Bar. in l. stipulationes non diuiduntur num. 50. vers. præterea, de verbor. obligat. & in l. si conuenerit nu. 26. & ibi notatur, de re iud. tex. in l. tale pactum, ver. qui proto uocauit, de pactis, licet aliqui contrarium hoc casu teneant, vt per Pin. in d. l. 2. C. de resc. 2. p. c. 2. nu. 23. Et post, vt omnis cessat difficultas, pactum in his venditionibus semper apposui, vt leges Regni loquentes de locationibus, ad has venditiones extenderentur: licet meo videri hæc expressio

necessaria non esset., dispositum enim in venditione, intelligitur in locatione, et econtra, vt proxime vidisti n.52. Allegabam etiam et in his litibus, alia quæ nostri instituti modo non sunt: stet igitur nostrum octauum speciale, vt saltem de iure nostri Regni in venditionibus fiscalibus non habeat locum remedium legis secundæ.

IX. SPECIALE.

57 Nonum speciale fit in fisco, nam si priuatus vendat hæreditatem, non ex eo liberatur a fideicommissarijs, legatarijs et creditoribus, possunt enim tales hæredem couenire, licet ipse contra emptorem actionem habeat. l.2. C. de hæreditate, vel actione vendita: at si fiscus vendat statim liberatur, nec coueniri potest a creditoribus, vel legatarijs. l.1. eodem titul. et ita non tenetur, nisi in subsidium, vidisti supra gl.18. priu. 3 nume.9. at tunc solummodo quatenus ad eum peruenit. l. cũ qui bona 41. de iure fisc. Bal. in d.l.1. C. de hæreditate, vel actione vend. Salic. ibidem nume. 1. et 2. Lucanus de fisco 1.p. numero 20 quod a fortiori est, si iure creditoris vendat, vt vidisti supra numer.49. et tenet Negussantius de pignoribus, 1. membro.6. partis, numer.40.

X. SPECIALE.

58 Decimum speciale fit, nam licet omnes in suis venditionibus teneantur ad gabellã, fiscus tamen ab ea immunis est, Bertachinus de gabellis titul. per quos soluatur gabella, n.25. l.3. tit.18, lib.9. Recop. et vidisti latiùs supra glos.20. ver. patrimonio §.8. num.119.

XI. SPECIALE.

59 Vndecimum speciale fit, vt Fiscus semper habeat priuilegiũ adiectionis in diem, l. si tempora 4. C. de fid. instr. li.10. Peregr. de iu. fisc. d. li.6. tit.4. n. 42. Laud. q.264. Hoc autem apud nos qualiter sit seruãdum, dispositum extat per ll. titu.13. lib.9. Recop. vbi intra quindecim dies admittitur, qui decimũ vel dimidiũ decimi obtulerit, intra tres verò mẽses admittitur, qui obtulerit quartũ pretij vẽditionis: qui termini legales sũt, nec limitari, aut renuntiari possũt l.17. tit.12. li.9. Rec. vnde trãsactis illis terminis restitutio nõ admittitur facilè, vt per Gre. in l.5. tit.19. p.6. gl.3. et videbis §. seq. priu.6. n.84. Quod tamẽ intelligẽdũ est, vt ibi, dũmodo vẽditio fuerit legitime facta, et cũ suis solẽnitatibus et de cõsẽsu maioris partis assistẽtiũ vẽditioni, l. nominationum. C. de decurionib. l.2. C. de præd. curial.

curial, & l.fi. de venditione rerum ciu. & in ordinatione 59. huius Audientiæ, & cęterarũ huius Regni.

XII. SPECIALE.

61 DVodecimũ supradicto proximũ illud est, vt scilicet nomine fisci vendentes possint apponere clausulas consuetas, etiam pœnales, vt dicebat Florianus in l. qui erat, fam. herc. per l. bene à Zenone. C. de quadr. præsc. quod & voluit Ang. in l. 2. de iurisd. omn. iud. & Guill. in c. Raynuntius. vers. in eod. testamento relinquens 1. n. 49. refer Matienç. in l. 1. tit. 4. li. 4. Reco gl. io. & 11. extraordinarias clausulas apponere non potest. l. 1. C. de pascuis publ. li. 10. Luca. de fisco 1. p. n. 9. & probatur ex dictis supra hac gl. speciali 7. et 11. & alibi passim.

XIII. SPECIALE.

62 DEcimum tertium speciale sit, nam fiscus potest cogere aios, vt emant, & etiam vt vẽdant, prout necessitas fisci expostulauerit, docet Ioannes de Amicis cõs. 8. n. 57. & ita si fiscus habet plurimum frumentum, quod non potest cõseruare, potest subditis imponere necessitatem emendi. Corsetus in suis singularibus. verb. fiscus n. 1. & de causa pia, vel publica, pro interpretatione. l. inuitum, C. de contrahenda emptione, adducit Couar. lib. 3. var. cap. 14. Sed id extra causam publicæ vtilitatis admitti nõ debet, nec enim singulas res subhastatas facilẽ quis debet compelli emere, vt consuluit Natta cõs. 500. & ita hoc speciale a nobis adductum negat Peregr. d. li. 6. tit. 4. num. 44. Sed nec negatiua, nec omnino affirmatiua, potest cõsiderari conclusio: aliquibus enim casibus, vt vidisti, certũ est, hoc priuilegium habere fiscum, & vide supra glos. 16. speciale 8. a nume. 38.

XIIII. SPECIALE.

63 Decimum quartũ speciale sit, vt emens a fisco statim sine alia declaratione contrahat hypothecã in fisci fauorẽ, docet Negussant. de pign. 4. memb. 2. p. num. 113. Corsetus in suis singularibus, ver. actio hypothecaria, n. 1. to. 1. singulariũ D D. p. 302. Hoc autẽ nõ solũ cõsideratur in emptione & vẽditione sed in omnibus cõtratibus fiscalibus, vt videbis hac glos. §. 5.

XV. SPECIALE.

Decimumquintum priuilegium est, vt fiscus ab alio emens, non teneatur stare colono vendentis. Laud. quæst. 264. & Lucan. in eodem tractatu

de fisc.1.p.n.49. Sed in hoc nullum fisci priuilegium potest cõsiderari, cum in priuatis idem detur, vt particularis successor locationi stare nõ teneatur. l. emptorem. C. loc. l. qui fundum. ff. eod. l. 19. tit. 8. p. 5. Poterit autẽ specialitas, in hoc cõstitui, quia ex pacto aliter esset dicendum in priuato, vt docet Cou. lib. 2. var. cap. 13. n. 1. & Xuarez in l. post rem iudicatam, in declaratione ad legem regni, limitat. 2. n. 3. at cum in fiscalibus contractibus clausulæ speciales nõ possint poni, sed quæ de contractuũ natura sunt, vt vidisti supra speciali 12. nu. 61. hoc in fisco perpetuum erit.

XVI SPECIALE.

65 DEcimumsextum speciale, & quidem respectu præcedentis specialissimũ posset dici, namcum vt proxime vidisti, fiscus emptor nõ teneatur stare locationi, tamen diuersum statutum est in fisco venditore, nã emens a fisco, colono fisci stare tenetur, docet Boer. cõs. 23. n. 10. Et vt receptam opinionem ex Bart. per tex. ibi in l. fi. de iu. fis. gl. Cyn. Bar. Bal. & Salic. in l. emptorem. C. loc. Ias. in l. diuortio n. 36. sol. mat. Guid. Pap. dec. 480. refert Pin. in l. 1. C. de bonis mat. 3. p. n. 68. vers. infertur decimo, cuius rationem vltra alios ibi adducit Pin-

XVII. SPECIALE.

66 DEcimumseptimum, quod ex decimotertio procedit, illud est, nã quo melius fiscus possit res suas vendere, potest easdem vetustate corruptas cũ bonis immiscere. l. 1. C. de conditis in publicis horreis. Ang. in l. annonam 6. D. de extraordinarijs crim. Euer. in cent. leg. cap. 26. fol. 62. lit. C. ex quo etiã potes comprobare supra speciali. 6.

XVIII. SPECIALE.

67 DEcimumoctauum, et superioribus, proximum illud est, nam cum commoditas fisci multum in his venditionibus spectetur, serui actores, idest castaldiones bonorum fisci venũdari non possunt, et eis venditis, non tenet venditio, et reuocari potest. l. bonorũ 8. l. ne procuratores. 30. de iur. fis.

XIX. SPECIALE.

68 DEcimumnonũ, quod decimoseptimo proximũ est, vt fiscus cogat glebam sterilẽ acceptare, nec enim æquum est, vt fertiles tãtũ quis velit, & infructuosas relinquat, quas nullus alius vellet. l. quicunque. C. de omni agro deserto. li. 1. vidisti late in prin. huius gl. a nu. 14.

XX.

XX. SPECIALE.

Vigesimũ speciale sit, & addendum ijs quæ vidisti su-
69 pra glos. 6.speciali.1.vt priuilegium fori, quod fiscus habet, trãseat in emptorem, ita vt si priuatus litem moueat priuato super re a fisco ei vendita, erit iudex procurator fisci, etiam inter ipsos priuatos.l.edicto 3.C. si aduersus fiscum.Bal. Paulus, Salicet.& omnes sibi, & vidisti supra gl.16.priu.36.nu.147.& glos.18.nu.8.omnia enim quæ fisco competunt, competũt etiã & emptori. Vnde recte ex Bal.in c.1.§.fi.de feudi cognitione, docet Laudensis de fisco, q.256. pœnas datiorum emptori gabellarum applicari. & latiùs videre est tit.17.lib.9.Recop.& vide infra §.2.de locatione, priu.20.num.98.

XXI. SPECIALE.

Vigesimum primum speciale in fisco sit, vt non tenea-
70 tur autori suo denuntiare litem motam, & tamen re euicta, posit contra autoré de euictione agere: quod & in minore obseruatur, vt ex Alexand. in repetitione.§.morte, numero 704.de noui operis nuntiatione, refert et sequitur Peregrinus de iure fisci.dict. libr.6. titul.4.num.39.

XXII. SPECIALE.

Posset forsan & vigesimum secundum speciale constitui ex ijs quæ tradit Pereg. lib. 6.titul.4.a num.34.cum duo-
71 bus sequentibus, vt cum adventitorem fiscalem spectent fructus aridi iam percepti, pensio pro fructibus soluẽda post emptionem ad emptorem pertineat: allegatque Bart. in l. fin. §.fin.de iure fisc. vbi rationem differentiæ assignat: sed profecto ego nec rationem specialitatis, ex Bar. nec specialitatem, ex Peregrin.deduco, et ita quasi non speciale, refert Cepus de fructibus.tit.4.capit.3.et re vera nil ibi speciale inuenias, nam fructus percipientis sunt, si eos cepit, in d.§.fin. Pensio autem cum post addictam rem percipiatur, nil mirum si ad emptoré, cuius tempore debetur, pertineat: et ita meo videri, quę tribus numeris duobus columnis Peregrinus prosequitur, nil habet speciale.

XXIII. SPECIALE.

Posset et vigesimumtertium considerari, nam multo tẽpore claudicant contractus: sed de hoc idem quod de locatione dices infra §.proximo, priu. 7.et omnia pene horũ duorum §§.cõuertuntur ex ratione, de qua supra proxime num.53.

§.II. De locatione.

72 Locatio proxima est emptioni, & pene conuertuntur.
73 Fiscus aliquando conductor est, sed regulariter locator.
74 In locationibus fiscalibus, vtilitas & commoditas transfertur.
75 Locationis fiscalis solennitas recensetur.
76 Forma praeconis seruanda.
77 Plures prohibentur a locatione fiscalium.
78 Non soluens iure locationis priuatur, & qualiter.
79 Ex alia causa non impeditur.
80 Officialis non potest apponere clausulas extraordinarias.
81 Triennio non minori tempore fit locatio.
82 In locatione an habeatur fides de pretio.
83 An cogatur quis locare.
84 Habet priuilegium adiectionis in diem.
85 Claudicant multo tempore locationes fiscales.
86 Si plus offerens non sit idoneus, non liberatur primus.
87 Fideiussores debent dari.
88 Fiscus cogit inquilinum ad reparationem viarum.
89 Cogit fiscus glebam sterilem acceptare.
90 Societas in causa fiscali transit ad haeredem.
91 Gabella augetur locatori, ex augmento populi.
92 Gabellarius emit euetum fortunae, & non fit ei remissio.
93 Successor fisci particularis tenetur stare colono.
94 Fiscus successor particularis non tenetur stare colono.
95 Fiscus etiam vniuersalis successor an stet colono.
96 Fiscus cogit naues, vel plaustra locare, sed mercedem soluit.
97 Locator non potest arborē scindere ex fundo fisci.
98 Poena fraudantium gabellario debentur.
99 Conductor gabellae vtitur fisci priuilegio, & edere cogit.
100 Locator fisci non tenetur ad extraordinarias praestationes.

DE LOCATIONE.

72 CVM locatio & conductio proxima sit emptioni & venditioni, eisdemque regulis procedat. C. de loc. & prin. inst. eod. & vidisti latiûs supr. §. proximo, nu. 52. aequum est post vēditionem, vt ad locationē trāseamus: imò non ad aliud transire, sed idem prosequi possumus dicere, cum et aliquis sit contractus, qui vix distinguitur ab emptione, vel locatione, & ea sola differentia constituatur, an annuatim, an verò vnica, & simul debeat fieri solutio. Barto. & Salicet. in l. 2. C. de iure emphyteutico. Bertachinus de gabellis. 2. par. nume. 1. & 2. Barto. in l. cotem. §. fin. 2. quęs. de

de publ.& vect. Vnde plura fisci priuilegia, que §. proximiori vidisti, & in hoc videbis aliqua etiam huius §. et superiori. adapta: ita vt conuertibiles omnes videantur termini, & forsan vnico tractatu sufficere, sed pro facilliori intellectu distin-
53 cti hi. §§ ponūtur. Scias igitur fiscum aliquando conductorē esse, aliquādo enim est emphyteota priuati. Amanelus de Claris aquis sing. 41. quia forsan tali successit, nam in obligatione contracta loco hęredis habetur. Luc. de fisc. 1. p. n. 65. & vidisti latius gl. 20. ver. patrimonio. §. 1. de confiscat. n. 258. & videbis infr. §. 7. spec. 12. Sed regulariter locator est, nā & fiscalia prędia in ēphyteusim dantur. Luc. 1. p. de fisco n. 48. & ius exigendi pedagia, & alia iura fiscalia locantur. Bar. in l. locare, de locato, & in l. cotem. §. fi. de pub. & vect. Florian. in l. arboribus. §. vsufructuarius, de vsufruct. l. fi. C. de vect. & comm. Berta-
54 chin. de gabellis. 2. p. Et in his iurium fiscalium locationibus, non ius percipiendi, sed cōmoditas ipsa locatur. l. si vsufructu, de iure dot. l. necessario. 8. §. fi. de periculo et comm. rei ven. Bertach. vbi supra nu. 12. et forsan vtile ius ex huiusmodi locationibus transfertur, ex Bart. in l. Cotem 11. §. qui maximos, num. 5. de publ. et vect. et An-
75 gelo de Periglis ibidem: locatio igitur, sicut et de venditione vidisti, debet fieri cum debita solennitate (id est) præsenti fiscali, et cæteris ad id deputatis. l. fi. et ibi Bart. C. vectigalia noua imponi non posse, debet item fieri cū subhastationibus, l. penes 6. et ibi DD. C. de vectigalibus, et comm. l. licitatio, in princ. de publicanis. Hæc autē licitatio debet fieri tribus respectibus: loco scilicet modi, et tēporis: loci, vt fiat in loco publico et consueto: modi, quia debet dari plus offerenti, et ita dici debet per pręconem: temporis, quia non minori tempore, quam viginti dierū debet subhastari: docet Speculator de citatione. §. 4. et de primo et secūdo decreto. §. 5. vers. sed qualiter, de emptio. et vendit. §. 4. Bar. in d. l. licitatio, et alij relati per Bertach. vbi supra n. 9. quibus et ego quartū addo, horæ scilicet conuenientis in subhastatione, quod maximē attēdere expedit personam, cui subhastatio committitur, vt hora et tēpore, quo homines in foro con-
76 ueniūt, subhastatio fiat. l. 5. tit. 11. libr. 9. Reco. Et ita formalit. quod tali die, tali hora in foro subhastatio facta est per præconē asserēte, p tali re tale pretiū promissū soluendum tali tempore, rē vero dandam. plus offerēti, vel meliorem asserēti conditionē, alias si hoc legitimo modo subastatio nō fiat, tale nomē

non meretur, nec ligat: & rectè Rota noua 232. asserit, locationem non legitimo modo factam successorem non ligare, nec aliquatenus ligat. l. 4. cum alijs, tit. 11. lib. 9. Recopil. Et illud obiter est aduertendū, tēpus viginti dierū, intra quod locationem reddituum fieri diximus, ad quadraginta dies extendi, vt probat l. 3. dict. tit. 11. lib. 9. Recop. Non autem abso
77 lute & sine delectu quilibet ad cōductionem reddituum fiscalium admittitur, plures enim excluduntur ab huiusmodi locatione, minor enim ad condu cēdum nō admittitur. l. in fraudem 45. §. minoribus, de iu. fisc. & etiam si ex aspectu id videatur, talis non admititur ad locandum, nec fideiubendum, nisi cum iuramento, & tunc restitutionē nō habet nec ea potest vti. l. 6. tit. 10. lib. 9. Recop. item & filij famil. non absolute, licet capaces sint obligationis. l. 3. §. vnde Iulianus, ad Maced. l. tam ex contractibus. Sed si bona nō habent, quæ capi possunt, ęquū est ne admittātur, & tūc qui eis locaret, faceret litem suam, vt videbis infra §. 6. Et ideo cum patris assensu talis fieri debet obligatio, quin & taciturnitas patris hoc casu sufficeret ad ei⁹ obligationem pro filio fauore fisci, vel Reipublicæ. l. si hypothecas. C. de distr. pign. Socin. reg. 484. fal. 2. reg. 468. fal. 1. & alijs vsque ad regulam 488. & vidisti supra glos. 18. priuil. 19. num. 29. Mulieres item ab hac locatione prohibentur, docet Laud. de fisc. quæst. 190. Hoc autem enumerat Peregr. de fisco, lib. 6. titu. 5. à num. 8. quibus addit debitores fiscales, nisi pro primis debitis fideiussores dēt. l. locatio 9. §. ad cōducendum, vers. debitores, de publ. & vect. Sed hoc apud nos nō seruatur, & dum præsenti locationi fideiussores det, de cæteris non curatur. Vltra hos autem, & alij plurimi ab huiusmodi conductionibus prohibentur, tit. 10. lib. 6. Reco. Item & ordinationibus regalibus, quales sūt, Cōsiliarij, Auditores, potētes omnes, magnates, notarij, & administratores regalium: item & Iudæi prohibentur sub pœna amissionis bonorum, vt in l. 3. dict. tit. 10. lib. 9 Recop. plures que de quibus ibi: vnde facillime patet, fiscalem ad nullam cōductionem accedere debere, cum Auditores prohibeantur, & militat æquiparatio, de qua supra glos. 31. Tum etiam, quia cum fiscalis pręsentia requiratur, vt vidisti proxime cadit prohibitio ex administratione, vt vidisti §. proximo supra nume. 39. & facit in tutore l. 1. C. de tutor. & cur. & in rebus ciuitatis l. 3. titul. 5. libr. 7. Sed quod de muliere diximus, intellige, nisi vxor fideiubeat pro marito, vt

vt in l.9.tit.3.libr.5. Recopilat.

I. PRIVILEGIVM.

78 Locatione igitur legitimè facta locator fruitur liberè, dum pretium, vel mercedem soluat, aliàs iure optimo expelli poterit, hoc enim & in priuato est. l. quæro. §. inter locatorem locati. l. vectigalia. §. nō solutis. D. de publicanis, licet in hoc aliquid speciale sit, vt videbis infra num. 91. Quin non tam facile in priuato, nec etiam in Ecclesia intelligit Innoc. in cap. literas, de dilationibus, vbi differentiam ex eo constituit: nam circa priuatum, vel Ecclesiam non statim ac non soluit conductor, ius amittit: expectātur enim in causa priuatorum tres anni: in causa autem Ecclesiæ duo anni: at in fiscali causa statim nulla data dilatione ius amittitur, licet aliqui, vt refert Inn. teneant, ius Ecclesiæ, sicut et ius fisci regulari: sed adhuc respectu priuati magna est differentia, et specialitas in fisco,
79 ex alia autem causa non impeditur locator locatione vti, potestque et quotam, et partem alijs transferre, etiam pro maiori pretio quam ipse habet, nec ex eo quod alijs pluris locauit, in plus conuenitur, quam ipse cōduxit. l. Moschis. §. Æmilius de iu. fi. dum id faciat palam, aliàs punitur l. 19. tit. 11. lib. 9. In hoc igitur contractu non paruum est, quod supradixi 98 priuilegium, & illud primum locum obtineat.

II. SPECIALE.

Et igitur secundum quod in vēditione proxime diximus: in pluribus enim huiusmodi contractibus conueniunt, vt officialis, qui locationi fiscali assi-
80 stit, non possit clausulas extraordinarias apponere, solūmodo enim vt consuetas apponat, sibi mandatum censetur. l. 1. et ibi Bart. C. de pascuis publicis libr. 11. et semper in contractibus stipulatum videtur quod commune est. Bal. in l. fin. C. de successorio edicto, per l. quod si nolit. §. si assidua, de ædil. edic. Bertachinus de gabellis. 2. par. num. 11. et vidisti supra § 1. speciali 12. numer. 61. et apud nos hoc magis sine scrupulo, et plane procedit, nam apud nos est tit. 9. libr. 9. Recop. vbi solummodo enumerat pacta, quæ fiscalibus locationibus inseri debent, et inserta censentur.

III. SPECIALE.

81 Tertium numerari potest speciale, vt locatio fieri nō possit minori tempore, quam triennio. l. vniuersi. et ibi Bald. l. penes. C. de vectigalibus, et comm. Boer. dec. 41. numer. [illegible]

Bet-

Bertachinus de gabellis.2.par. num.16. Apud nos autem hoc nõ noui in vsu esse, sed semper maiori tempore locantur, et aliquando forsan minori, quod inducit l.2.titul.18.lib.5.Recopilat.ibi, año o años, melius l.4.eodem.

IIII. SPECIALE.

82 Posset et quartum speciale notari, vt in locatione non possit haberi fides de pretio, text.et ibi Bald.in d.l.penes.C. de vectigalib.sed text.ille procedit in venditione, in qua vni cum pretium constituitur, et potest dici solui statim, vel haberi fides de eo, vt per Bertachinum vbi supra: at in locatione hoc non potest verificari, cum annuatim debeat fieri solutio, sed nec in venditione hoc de pretij numeratione seruari, vidisti supra §.1.speciali 2. n 40.

V. SPECIALE.

83 Quintum posset cõstitui speciale, vt priuilegium fisci, qui alios cogit contrahere, vt vidisti supra glos.6. speciali 8.num.38. etiam ad locationes trahatur, ille enim qui ex præterita locatione multum lucrauit, potest cogi locare iterum l. cotem.§.qui maximos, et ibi Bald.de publ.et vect.idem in l. si cum Hermes, num.2.C.locati: Lucanus de fisco 1. par. num. 88. Bertachinus vbi supra num. 13.de gabellis inquam 2.p.hoc autem nunquam seruari vidi, nec intelligo fisco expedire vt seruetur, non enim tam facile conductores inueniet.l.nõ intelligitur. 3.§. cum quinquennium, de iure fisci.

VI. SPECIALE.

84 Speciale igitur sextum in fisco sit, quod in venditione, vidisti supra §.1.speciali 11.numer.59.& sequentib. Habet enim fiscus priuilegium adiectionis in diem, & qualiter debeat admitti quis post perfectã subhastationem, traditur.l.2.3. & 5.& alijs tit.13.lib.9.Recop. & vidisti supra §.1.num.59. & de fructibus medij temporis est.l.fi.§.fin.de iur.fisc. Et vidisti supr.§ 1.speciali vlt.sed apud nos videtur quidquid commodi in locatione est, ad vltimum locatorem spectare, vt innuit l. 17.cum alijs titul.13.libr.5. Recopilationis.

VII. SPECIALE.

85 Septimũ fit speciale, & quidem maximum, nam locationes fiscales multo tempore claudicant: promissio enim facta præconi, vel notario, obligat promittẽtem statim, d.l. licitatio, & ibi Bart. de publicanis,

nis & vectigalibus. Fiscus autẽ vsque ad litigationem perfectam non obligatur, & tuc modis, quibus vidisti, & videbis in d.l.3.lib.9.Recop. Licet alias vltrocitroque obligatorius contractus sit, vt supra hac gloss. in princ.num.10.

VIII. SPECIALE.

86 EX quo & octauũ oritur priuilegium, nã si plus offeres non sit idoneus, non liberatur primus a promissione quam fecit in subhastatione.l.quod autem Sabinus, de in diem adiectione. Bar.in l.licitatio, de pub. & vect. et alij relati à Bertachino de gabellis.2.p.num. 20. & apud nos est l.12.tit.11.li.9. Recop.quæ vulgariter dicitur ley del torno, vbi cauetur, vt intra decem dies cõputandos a die quo subhastatori tenebatur fide iussores, vel eorum aprobatores dare, possint supremi Regij Calculatores ad alios subhastatores, vsque ad primum redire, quod quidem iure nititur, vt statim videbis.

IX. SPECIALE.

87 NOnum speciale, & proximo simile est, nam licet in subhastatione dicatur, quod dabitur res plus offerenti, vt vidisti in hoc §. numer. 65. tamen illud intelligitur, si talis fideiussores det, aliàs enim locatio fieri non debet, d.l. penes, C. de vectigalibus. Bart. & Salicet in d.l.licitatio, de publ. & vect. Pe regr. de fisco, d.lib.6. titul. 5. numer. 11. Huiusmodi autem fideiussores dari debent statim pro decima parte, & intra quinque dies pro quarta, & intra alios quinq, pro reliquo approbantes autem intra sexaginta dies dare debet. l.7. & 9. tit.11. libr.9. Recop.

X. SPECIALE.

88 DEcimum speciale, vt Lucanus putat de fisco.1.p.nu.57.est, nam fiscus compellit in quilinum ad reparationem viarum & pontium, ex l. Ædiles. 3.D. de via publica, sed vt per textum ibi patet, non loquitur de locatore fisci, sed de locatore priuati, quem fiscus ad reparationem viarum cõpellit, vel ædiles, & ideò commodiori loco hoc vidisti supra glos. 16. speciali 3. numer. 13.

XI. SPECIALE.

89 DEcimum primum speciale sit, vt fiscus cogit locatorem, vt glebam sterilem cũ vbere acceptet, vel vtrãq dimittat. Lucanus de fisco.1.p. nu. 104. Sed de hoc vidisti latius hac gl. in princ num. 16. et ideo non moror, nam ibi videre poteris.

XII.

XII. SPECIALE.

90 Notabile quidem est speciale duodecimum, nam cum morte cuiusuis ex socijs, societas finiatur. l. actio §. morte. D. pro socio. §. finitur, instit. de societate: hoc tamen fallit in fisc ,et ita si ratione vectigalium, et in eorum locatione societas contrahatur, transit ad hęredē, et ad hæredis hęredem. l. adeo. l. verum. §. in hæredem. D. pro socio, tradit Petr. de Vbald. de duobus fratribus, p. 11. num. 2. Bertachinus de gabellis. 2. p. n. 26. Corneus cons. 121. nu. 7. et cons. 122. n. 2. lib. 1. alios præterea refert Matien. in l. 2. tit. 9. li. 5. Rec. gl. 1. n. 17 et 18. vidisti supra gl. 16. priu. 2. num. 27.

XIII. SPECIALE.

PRo decimotertio speciali, et quidem notabili, si casus occurreret, adduci posset Berta
91 chinus de gabellis d. 2 p. num. 39. vt licet alias ex lucro merces augeri non debeat, tamen si populus augeatur, et gabellarum locator pretium augere debet: allegat Bart. Ang. per au th. vt determinatus sit nu. cler. in fin. et l. item si fundi, de vsufructu, quod ibi intelligit de inexpectato, et inusitato nimis incremento: alias enim ex cōtingibili nec augmētum, nec diminutio fit. Vnde possemus deducere, quod cum apud nos ex casu, quantumuis inusitato, remissio fieri non debeat locatori. l. 2. tit. 9. lib. 9. Recop. ita nec auctio fieri debeat eidem ex identitate rationis.

XIIII. SPECIALE.

92 Quatuordecimum superiori proximum illud est, nam ob nullam causam in conductore gabellarum remissio fit: emit nanque euentum fortunæ. l. si iactū, de cont. emp. tenet Bert. vbi sup. n. 43. 44. 45. 51. et 53. et apud nos id magis planē procedit in omnibus conductoribus fiscalibus, ex. d. l. 2. et alijs, tit. 9. lib. 9. Recop.

XV. SPECIALE.

93 PRo decimoquinto repetere potes special. 16. supr. gl. hac §. 1. n. 65. nam successor fisci particularis tenetur stare colono, eiusdem l. fi. de iur. fisc. gl. 5. l. 19. tit. 8. p. 5. in prin. Tribuit enim locatio fisci ius in re. Cuertius Sen. cons. 10. n. 3. et plures per Pin. in l. 1. C. de bon. mat. 3. p. nu. 68. vers. infertur 10.

XVI. SPECIALE.

94 PRoximum est huic et decimum sextum speciale, nam fiscus particularis successor colono

lono stare non tenetur. Bald. in l. diuortio. n. 1. sol. matr. & Salic. in l. si fundus n. 1. D. loc. Cephalus cons. 255. num. 47. tomo 2. Quod & ad Ecclesiam extēdit ibidem nume. 48. licet contrarium sentiat Curtius Sen. proxime relatus cons. 10. num. 3.

XVII. SPECIALE.

95 AVgetur præcedens ex hoc decimo speciali, nam aliquādo fiscus etiam vniuersalis successor locationi stare non tenetur, vt contingit in confiscatione: tunc enim fiscus vniuersaliter succedit, vt vidisti supra gl. 20. §. 10. de confiscatione a nu. 155. Et tamen fiscus succedens per confiscationem colono stare non tenetur, text. singularis in l. si fundus, in princ. cum gl. loc. Bal. in l. diuortio, sol. matr. & ibi Ias. num. 36. licet alias secus in bonis per iudicem possessis: possessor enim tenetur stare colono, vt per eund. Ias. n. 35. sentit Laudē. de fisco. q. 264. & Luc. 1. p. n. 49. licet non tam absolute, idē tenet Ant. Gom. 2. tom. cap. 3. num. 10. & licet nō adducat tex. expressum. vt Ias. & ita Ias. doctrina debeat absolute teneri, tamē idem Gomez concludit. vbi ipso iure fit confiscatio, Fiscum non teneri stare colono, & ita hanc partem confirmat, & est videndus Couar. li. 2. variar. cap. 15.

XVIII. SPECIALE.

96 DEcimum octauum speciale fit in locatione, nam sicut fiscus pluribus casibus alios cogit contrahere, vt vidisti supra glos. 16. speciali 8. in locatione videmus, vt fiscus cogat naues, vel plaustra sibi locare. Chassaneus in catal. glor. mun. 5. p. cō sid. 24. priuil. 13. & facit titulus C. de nauibus non excusandis, li. 10 et alibi sæpe: fiscus tamen tenetur mercedem soluere, cū plaustra vel naues ad aliquid sumit, probat l. si vno anno. §. itē cum quidam, locati. Ioānes Hugo de officio quatuor prælatorum. §. merentur, num. 12.

XIX. SPECIALE.

97 DEcimumnonum fit, vt ex fiscali fūdo locator nō possit arborem aliquam incidere, vel transferre, sine alterius subrogatione facta, aliàs in quadruplū punitur. l. in fraudem 45. §. qui pro alio, vers. conductor. de iur. fisc.

XX. SPECIALE.

98 VIgesimū speciale, quod dependet ab his quæ dixi sup. gl. 16. speciali 36. vt cum cessibile sit hoc priuilegium, etiā pœnę fraudantium debentur gabellario, sicut & gabellæ ipsæ Bertachi. de gabellis 2. p. n. 36. Laud.

Laud.de fisco q.250. ex Bal. in c.1.fi.de feudi cognitione,& vi disti supr.§.1.de empt.&vend. priu.20.n.96.Tum ex eo, tum etiam quia pœnæ debentur ei, cui damnum fit,vt vidisti supr. glos.20.§.10.n.429. & videbis infra hac gl.§.7.à n.158.

XXI. SPECIALE.

99 Dependet ex proximo vigesimũ primum speciale,nam conductor gabellę vtitur fiscali priuilegio,& ita edere cogit,& ipse etiã edit.Bertac.de gabell.4. p.n.9.Pereg.de fisco,lib.7.ti.3. n. 33. & de editione in fisci fauorem,vidisti supr.gl. 6.speciali.15.n.75.facit tit.19.li.9.Rec.

XXII. SPECIALE.

100 EX eodem priuilegio cessibi li deducitur, locatoré fisci, qui scilicet eius prędia habet in emphyteusim,nõ teneri ad extraordinarias præstationes, vel superindictum.l.priuatę,& ibi glos.C.de excusatione munerũ li.10. Laud.de fisc.n.9.art.9. Chass.in Catal.glor. mun.5.p. considerat.24.vers.109.& 193. Ex quo differétiam notabis ad ea quę supra dixi §.1. de emptione priu.10.num. 58. Nam emens a fisco,posteà vendens gabellam soluit,quia dominus effectus fuit,& cum locator non fiat dominus,secus dicitur hi.

§.III. de mutuo

101 *Publica pecunia mutuari non potest & quæ sit pœna, & nu. sequentib.*

103 *Officiales an possint mutuum recipere.*

104 *Licet regulariter mutuum censeatur versum in quam rem mutuatur, fallit in fisco.*

DE MVTVO.

101 DE mutuo paruus nobis est tractatus:certum enim est, officiales fisci fiscalem pecuniã mutuare non posse.l.i. et 2. C. de ijs qui ex publ.rat.mutuam pec.accep.li.10.nã in l.1.in qua druplum:in 2.verò in amißione bonorum omnium cum relegatione punitur,et in tam insigni differentia gloss. in d. l.2. ver.omnibus, tã graué ibi pœnam inferri putat,quia in aurũ pecunia redacta erat:quasi secus in alijs pecuniæ speciebus: qui intellectus communiter vr detur recipi, licet alios ibi det ead.glos.Intellectus autem hic mihi,nequaquam placet: nõ enim congruam, imo nullũ reperio differentiæ rationem,cur maior auri mutuo, quam alterius speciei pœna imponatur: quare existimo, illam differétiam pœnę non ex mutuata specie,sed ex pecunię loco proficisci:aduerto enim in l.1. pecuniã

sumi

sumi abexactoribus, tabularijs, arcarijs, aut alijs officijs: hi enim omnes pecuniam colligebant, & ad prouinciæ eiusdem, vel ad proximos thesauros referebāt, l. 1. C. de canone largionalium titulorum li. 10. & tales arcarij, & cæteri ad ærarium dirigebātur, nulla seruata differentia, an aurum, *vel* argentum esset, l. fi. C. de *susceptoribus*, præpositis, et arcarijs li. 10. quisquis igitur a talibus officialibus pecuniam mutuam sumit, in quā druplum punitur: at cum iam in ærarium deuenit, tum amissione omnium bonorum punitur, vt in d. l. 2. iam enim res *sacra est*, nec tangi debet: pro quo intellectu facit l. fi. C. de conditis in publicis horreis, li. 10. Si enim pro frumēto, quod in horreis publicis est vsurpato pœna deportationis & omniū bonorum infertur ibi, quid m i *rum*, si idem delictum, & eadē pœna cēseatur, ex sacro ærario aliquid vsurpare, vt in d. l. 2. &

102 ita in hoc puncto conclusiue teneo, officiales non posse publicam pecuniam mutuare: si autem qui ab eis mutuam publicam pecuniam acceperint, in quadruplūm puniūtur: si autē postquā iā pecunia in ærariū illata est, omniū bonorū amissione punitur, de quo vide sup. gl. 20. §. 10. n. 386. & n. 420. & 461.

103 Recipere autē hi officiales mutuū instāte necessitate rectè possunt probat l. 3. tit. 1. p. 5. quam singularē putat Greg. ibi glo. 3. nec de iure cōmuni ita bene expressum, licet Bal. a Greg. nō relatus in rub. C. de institoria, n. 10. pro hac parte adducat l. 1. §. vnde quæritur, & l. Lucius 20. de exercitoria, & ita hos officiales posse mutuū accipere pro salario militibus, doctoribus, & alijs cōductis, et necessitate instāte, generaliter cōcedat Greg. in d. l. 3. glos. 7. hoc autē apud nos nō tam facile punitur, imo officiales Regij expresse prohibētur mutuā pecuniā accipere, nec vnquā vidi mutuū accipi, nisi in magno casu necessitatis, dū fiscalis essē in regali Audiētia de Panama, cum Franciscus Drac deuictus & mortuus fuit magna incolarum illius *Regni* virtute et cōstātia, āno 1596. cuius ego testis oculatus sum. tunc enim ærario exhausto ad mutuū conuolare necesse fuit.

VNICVM PRIVILEGIVM.

104 ET in mutuo etiam fisci priuilegiū posset considerari non patuum, nā cum regulariter præsumatur consumptum mutuū, in quā rem mutuatur, quod in scholastico, mercatore, et alijs probat l. fi. et ibi DD. Cyn. Bart. Bal C. ad Maced. iē Bal. in l. Macedoniani, infi. eod tit. at in fisco nō ita est imo mutuās probare tenetur, et fisci necessita-

cessitatem, et in eam mutuum conuersum, alias fiscus non tenebitur. Bal. in l. Si quis seruo, C. quod cum eo, quod et tenet Greg. glos. 7. vbi supra, allegãs glos. in §. Si verò quis, in auth. de alienatione et emphiteusi, col. 9. verb. profecerunt, Ias. in l. ciuitas, ficer. pet. et alios: apud nos verò casu, quo hoc contingat, in dubium venire non potest, propter magnam solennitatem, qua quælibet pecunia et infertur, et extrahitur ex regali area, vt ordinatione 59. huius Audientiæ et alijs.

§. 4. De donatione.

105 *Regi conuenit dare, & ad id tenetur.*

106 *In præiudicium successoris valet donatio, quatenus merita sunt.*

107 *Fiscalia Rex solum donat, nõ proconsul, vel alius.*

108 *Donatio iure facta perpetua est, extenditur num. seq.*

109 *Concesso castro, censetur concessa iurisditio.*

110 *Donatio 500. solidos excedẽs valet, si vel a Principe, vel Principi fiat.*

111 *Res aliena an a Principe donetur.*

112 *Si hæreditas a Principe donetur, donatarius conuenitur.*

113 *Donatio in allodialibus sine traditione tenet.*

114 *Officiales, nec alijs, nec sibi aliquid sumãt.*

115 *Donatio fisco absenti an quæratur.*

DE DONATIONE.

105 Nil magis Regi cõuenit quã donare, vt docet Corseius de potestate Regia. 1. p. n. 15. l. 8. tit. 1. p. 2. ibi, El Rey puede dar, &c. a quien quisiere, vbi absoluta potestas designatur: si autem reguletur ratione, non solũm potest, imò tenetur Rex donare, ex Oldrad. cõs. 49. Alberic. in proœmio digestorũ. §. discipuli, et est gl. 3. l. 14. tit. 5. p. 2. et vidisti supr. hac gl. §. 1. n. 6. sed

106 ea quę sũt de patrimonio Regis alienare nõ potest in successorũ præiudiciũ, nec aliter valet donatio qua merita extẽdũtur: secũdũ merita enim debet et remuneratio extẽdi: prosequitur latè Gre. in gl. 2. l. 10. tit. 18. p. 3. et gl. 1. l. 28. tit. 11. p. 3. et gl. 3. l. 13 et glos. 2. l. 14. tit. 9. p. 6. facit l. vt virtutũ pręmia. C. de statuis, et imag. c. relatũ, de testamẽtis. l. 51. d. tit. 18 p. 3. l. 11. tit. 8. li. 5. ord. l. 15. tit. 10. li. 5. Rec. Quod si alias donatio a Rege fiat, successor nõ tenebitur eã obseruare, imo reuocare poterit. Gre. vbi supra, et Corse. de potestate Regia, 1. p. n. 14. At fiscalia donare

107 quidẽ potest Rex, et tũc ipse solus, nõ autẽ proconsul, legatus, vel alij similes, potest donare. Bald. in l. multũ n. 3. C. de cõm. rerum alienatione. Corneus cõsil. 47. n. 4. et cons. 299. nu. 32. volum. 1. Fructus enim administrationis Regni sunt, vt vidisti supra

supra hac glos.§.1.n.13. & ideo Rex,in cuius vita cedũt, potest donare,suos enim fructus facit: hæc autem fiscalia post condẽnationem donat:plura enim in conuenientia inde resultarent,
108 quæ considerat l.1.tit.26.lib.8: recop.& D.Perez in l.47.tit.19 lib.8.ord.& vidisti supra §.1. n. 13.Sed cũ iure donat Princeps, talis donatio perpetua est, nec per Principem potest reuocari, vt per Zal.in l.Princeps.nu.13. C.de legib.relatum per D.Per.
109 cum alijs in l.1.tit.2.lib.5. ord. pag.127.col.2.vers.ex quibus, licet ibidem referat Pala.Rub. in rub.de donat.inter.§.50.nu. 6.& §.69.nu.13. & Suar. in q. de maior.num.22.Cou.libr.3. var cap.6. Quod autem perpetua sit talis donatio,tenet Pala. Rub.in d.rub.de donatio.inter. §.37.num.13.

SPECIALE. I.

IN Hoc autem contractu, & multa specialia inueniuntur, & illud sit primum:nam licet regulariter donator de euictione non teneatur l.Aristo.18.§. fi.de donation.l.quoniam.2.C de euictiom.&vix compulsio in hoc contractu detur, vt vidisti supra gl.9.num. 18. tamen si castrum in feudum à Principe donetur,eo euicto fiscus teneatur de bono cambio prouidere feudatario,vt probat Capicius decis.197.num.8.& ideo nil mirum,si causam ad se trahat,& defendat donatarium, vt vidisti supra glo.18.priuile.20. nu. 31.Non enim restringitur Principis concessio,& ita concesso castro per Principem, & iurisdictio,quam ibi habet, concessa videtur, vt cũ multis quos adducit tenet Corsetus dict. 2. par.de potest.Regia. nu.1.

SPECIALE II.

SEcundum vero speciale sit, vt cum regulariter insinua-
110 tione indigeat donatio excedens quingentos solidos.l.sancimus.& l.pen.C.de donation. tamen non facile dilui possit Principis donatio,ea enim, etsi quingentos solidos excedat, insinuatione non indiget. dict. l.sancimus.in princ.vers.exceptis.& authẽ.ibi posita. C. de donation. l.9.tit.4.par.5.& ibi gl. l.quod & procedit etiam in donatione,quæ à priuato Regi fit, vt probat eadem gloss. & Chassan.in catalog.gloriæ mund. 5. par.considera.24. spec.146.

SPECIALE III.

111 ERit & speciale tertium, nã in tantum amplè has Principis donationes extẽdit Luca. de fisc.1.par.num.95.vt teneat, & rẽ alienam posse per Principẽ donari,quẽadmodũ & ven-

 di,

dl, vt vidisti supra hac glo. §. fi. licet in priuatis species furti sit de alieno largiri, l. filius. §. 1. de donation. l. si is qui pignori. de furtis, Bart. in l. quanuis. 21. nu. 7. solut. matrimon. rem enim alienam quocunque titulo alienare potest, vt per eum ibi: sed donationem à Principe sine tertij præiudicio fieri, melius existimat Laudensis de fisc. q. 421. Corset. de potestate Regia. 2. par. nu. 1. D. Perez. in l. 1. tit. 2. libro. 5. ordin. ver. si el testador instituyere. ante med. pag. 111. colu. 2. in fin. & qualiter alienatio rei alienæ per fiscum procedat, vidisti supra hac glo. §. 1. quorum plurima hic adaptantur.

IIII. SPECIALE.

112 ET illud præcipue ex supra dictis, & sit quartum speciale, nam quemadmodum hæreditate vendita, emptor directò cõuenitur à creditoribus & legatarijs, vt vidisti supra §. 1. de emptio. & vend. specia. 9. nu. 57. & ita etsi Princeps alicui hospitali hęreditatem offerat, hospitale debet conueniri directò, vt tradit Socin. in tract. de oblati. lib. 13. tit. 13. co. 3. chart. 67.

V. SPECIALE.

113 QVintum vero speciale erit, vt donatio fiscalis ita se extendat, vt sine traditione acquiratur in allodialibus, tũc enim etiam sine aditione successoris ei feudum acquiritur, licet secus sit in priuata: vt docet Guillielm. in cap. Raynuntius. de testa. verb. & vxorem. decis. 5. nu. 304. fo. 137. quod & in donatione fisco facta videtur ibi sentire: hoc autẽ quod de donatione diximus, vt in prin. §. vidisti, non egreditur personã Principis. Cæteri enim etiã administratores regaliũ donare
114 nõ possũt, vt de Proconsule vidisti nu. 107. & à fortiori de comitibus rerũ priuatarũ dicendũ erit, qui rei dominicæ administratores sunt: si enim donarãt, cũ donare perdere sit. l. cũ de indebito. ff. de prob. non administratores, sed dissipatores dici possẽt. l. Lucius Titius. 47. §. fi. de admin. tut. vnde rectè apud nos iubẽtur oficiales, ne aliquid soluant, etiã de mãdato Audiẽtiç, nisi vbi ipsius Principis extat mandatũ: vnde à fortiori nec sibi sumere quouis colore possunt, tunc enim furũ pœna coercerentur. l. non existimo. 54. & seq. de admin. tut. l. 1. §. fi. ver. in tutela. de tut. & rati. dist. tenet Ang. de malef. ver. etiã vestem cælestem. nu. 12. & corporaliter etiã puniri posset, vt per eũ ibi, præcipue si bona nõ haberet,
115 posset enim tũc vulgare dicteriũ practicari, Qui nõ habet in bonis, luat in corpore. l. ob fœnus. 50. de adm. tu. Sed antequã discedа-

cedamus, animaduertere oportet, contra fiscũ illud notari posse, nam ei donatione non acquiri, nemine pro eo stipulante, ex Bal. in l. decernimus, C. de sac. sanct. eccles. l. 1. & ibi Bar. de pactis, notat Pereg. de fisco, libr. 4. tit. 7. nu. 3. & lib. 6. tit. 1. n. 20. Sed apud nos quæstio hæc frustanea est, cũ generaliter apud nos obligatio absenti quæratur ex l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. Et ita nil dubium fisco quæri, & ita in facti contingentia obtinui in Cancellaria de Panamà, cum in particulari schedula quidã moribundus tria millia ponderũ ensayados Regi restituere iuberet, quę schedula ad meas peruenit manus, & cũ ex ea agerẽ inter alia mihi obijciebatur acceptantis pręsentia, sed huic, & alijs quàm pluribus exemptionibus satisfeci & obtinui, & vi disti supra gloss. 20. §. 11. nume. 466.

§. V. de pignore

116 *IN contractibus fiscalibus hypotheca contrahitur secus in ecclesia.*

117 *Hypotheca maxima contra administratores maior quàm in dote.*

118 *Hypotheca fisci ad omnia bona extenditur.*

119 *Quæ veniant in hypotheca.*

120 *æquum est prius hæredes conueniri, quàm emptores hypothecæ.*

121 *Rem alienã pignorare potest fiscus.*

122 *Pupilli bona fisco non obligantur.*

123 *Si fiscus alij succedat à tempore successionis regulantur priuilegia.*

124 *Expressa hypotheca fisci omnibus præfertur & in dote.*

125 *Tacita fisci vel dotis non præfertur expressæ anteriori.*

126 *In bonis postea quæsitis, omnibus præfertur.*

127 *Ratione publicarum pensitationũ, omnibus præfertur.*

128 *In actione personali etiã fiscus præfertur.*

129 *Etiamsi priuatus debeat præferri potest fiscus totam rem vendere, & quid in dote.*

130 *In criminalibus an habeat hypothecam fiscus, & nu. seq.*

131 *Contrarium.*

132 *In causa confiscationis habet hipothecam.*

133 *Ante sententiam non habet hypothecam.*

134 *Obligatur l. regni.*

135 *Intellectus Gregorij.*

135 *Affirmatur ius hypothecæ esse in criminalibus.*

137 *Cum mulcta venit imponenda uã est hypotheca.*

138 *Post contractum crimen, valet alienatio.*

139 *Priuilegium fisci cessat in criminalibus.*

DE PIGNORE.

IN obligationibus fiscalibus nulla frequentior potest tractari quæstio quã pignoris: ex
116 priuilegijs enim fiscalibus illud maximũ est, vt ius hypothecæ in omnibus interuenire debeat

vel expressæ, vel saltem tacitæ, & sine exceptione id seruetur in omnibus cōtractibus, & qua si contractibus, qui cū fisco fiūt. l.2.& 3.C.de priuil.fis. Neguf. de pign.4.memb.2.par. princ. num.113.Bar.in l.priusquam.n. 2.C.de iur.fisc.lib.10.Ias. in §. item Seruiana.nu.37.Inst. de action.Budeus ibid. circa princ. glo.5.in prin.l.19.tit.5. par.5.in quo maius priuilegiū habet fiscus, quàm Ecclesia, cùm hoc ta citę hypothecæ priuilegiū in ecclesia non inueniatur, vt tenet d.gl.par.& hæc hypotheca priuilegiata est, vt probat Luca. de fisc.1.p.n.114.Cepha.cons 255. n.50.to.2.Tell.in l.4.Taur.nu. 56.Alc.in l.traditionibus,C.de pact.num.83.Peregr.de fisco.li bro 6.ti.6.n.1.& 2 & per totū. vnde à fortiori contra administratores tacitam hypothecā sine alia etiam obligatione habet fiscus, & omnia bona eorū prosequitur, & quæ apud ipsos inueniuntur, Salicet in l.1.C. de priuil.fisc.nu.1.& in l. si quid e-
117 tiam, C.de bon.proscrip. Luca. de fisco,1.par.nu.74.Cepha. cō sil.86.num.1.tom.1.Hypotheca autem hæc simul cum administratione incipit, oritur namque à die administrationis, nec necesse est expectare diem malæ gestionis, & ita ab administratione regulatur eius anterioritas, & ad futura etiam bona trahitur, tenet Negussant. plures referens in tract. de pig. 4.memb.2.par.nu. 27. Capici. decis.129.num.5.Lauden. de fisco, quæst.2.quod & in pupillo videmus, cui in bonis patris à tempore administrationis, non à tempore malæ gestionis hypotheca quæritur.l.cum oportet, in fin.C.de bonis quæ libe. & in hoc possumus dicere, minus priuilegium in dote inueniri: pro dote enim non contrahitur hypotheca à die promissionis, sed à die dationis & realis numerationis.l.si constante, §.iura etiam, C.de donati.ante nupt.l.hac edictali, §. in omnibus, C.de secund.nup.glo.ver. hypotecas, in l. assiduis, C. qui potior.in pig.habe. Extenditur igitur hęc fisci hypotheca. Hypothecam autem hanc ad cæteros Prelatos vel administratores
118 extendit, Negu. vbi supra à nu. 119. hypotheca autem fisci, etiā tacita, sicut & alterius expressa ad bona omnia extenditur, vt notant supra relati, & sunt iura expressa, & tradit Greg. per textum ibi in l.2.tit.13.par.5.quod in omnibus commune est, vt præter cæteros probat Negussan. supra relatus: sed differentiā est ipsius fisci respectu, nam in re obligata pro tributo, in re in quā tributaria omnibus præfertur fiscus, vt probat Bal. in l. 1.n.3.C.si prop.pub.pēs. In alijs autē hoc non ita absolute procedit, vt statim videbis, quod autē dixi,

dixi, res scilicet omnes obligari non solum procedit in rebus,
119 quæ verè cótrahentis sunt, sed etiam quæ fictè. l. 1. & ibi Bald. num. 8. C. de iur. fis. lib. 10. & in omnibus, idem Bald. nu. 17. hoc enim & in omnibus regulare est, vt scilicet solummodo consideremus, anres sit in dominio eius, tempore obligationis, licèt postea aliud sit futurum, vt in re donata non tradita probat l. fin. §. Lucius. de donationib. & dict. l. 1. & vtrobique Bartol. & Bald. vbi supra, & Dec. cons. 239. refert Peregrin. libr. 6. titu. 6. num. 3. non enim quid ideo minus nostrum dicimus, quod abire à nobis dominium speratur. l. non ideo. 66. ff. de rei vẽdication. & vidisti supra gloss. 20. §. 10. num. 216. & ita etiam taberna mercium, & merces interim quo non venduntur obligatæ sunt. l. cum tabernam. §. final. de pignor. l. idemque. §. fin. qui potior. Alexand. in l. si cónstante. solut. matrim. Negus. & alij, Peregr. vbi supra n. 5. quin & ad pecuniam extenditur ius hypothecæ. vt probat l. deferre, 18. §. fin. cum l. sequẽti, de iur. fisc. Negus. vbi supra, 2. membr. 2. par. num. 11. Pereg. num. 6. ex quo procedit, vt fiscus possit pecuniam à debitore alij solutam, quin & cósumptam prosequi, vt vidisti supra late gloss. 16. verb. pedir y demãdar, special. 40. numer. 154. sed non facile fiscus debet ex hypothecaria actione rem prosequi: æquum enim est, vt prius con-
120 ueniat fiscus principales hæredes, quàm rei hypothecatæ emptorem & possessorem. l. Moschis, in princip. de iur. fisc. quemadmodum etiam cũ pro re agit, æquum est, vt rei ipsius possessores, non incertum dominium quærat, cum res affecta sit. l. inter quos, §. si dominus, de damno infect. Bald. in l. secundùm te, vltim. C. de priuil. fisci. Ampliatur etiam hoc ius pignoris in fisco, vt possit rẽ etiam alienam alij obligare, &
121 pignorare, Plate. in l. forma, C. de vendition. rerum fiscalium, versic. item sicut, num. 1. Dueñ. regul. 375. ampliat. 4. Nec mirum, si enim in totum rem alienam vendere potest, vt vidisti supra hac glo. §. 1. nume. 23. & seq. & priuil. 1. num. 4. à fortiori & obligare poterit. l. final. cum glos. ibi. C. de rebus alien. &c. de quo late supra. Sed quod de tacita hypotheca fauore fisci contractadiximus, ad pupillũ non extéditur: pupilli enim res non obligantur ex tacita hypotheca, nisi quatenus locuple
122 tior effectus est. l. 1. & 2. & ibi glo. de reb. eorũ, Ias. in l. si constãte. n. 67. sol. matr. Negus. vbi supra 4. memb. 2. pár. nu. 113. & Pereg. supra relatus: cum enim ius tacitæ hypothecæ ex priuilegio induceretur, vt vidisti in

in princ.huius §.sequitur priui legium hoc contra pupillu nō debere extendi,ex l.1.& 2.C si aduers.fisc.l.in fraudē.§.fina.de iur.fis.& alia iura pro hac parte adducit Peregr.vbi supra n.11. Sed mihi illa est difficultas, an pupillus obligetur:difficillime enim contractus posset inueni ri,quo ipse cū fisco contraheret vt obligaretur,nisi à paterno cō tractu obligatio descēdisset:ca-
123 su autē quo subsisteret obligatio,non dubito & hypothecā quoq; procedere,cū contractibus fiscalibus annexa sit,vt sup. vidisti:licet enim pupillus priuilegiatus sit,id non fit in casu hypothecæ,&ita vnū priuilegiū ad diuersum non debet trahi, quæ autē omnia de fisco diximus & dicemus,non sunt intel ligenda,cū fiscus alij succedit, nā eius priuilegia regulantur à tēpore successionis.l.fiscus. 6. de iur.fis.glo.& Bar.in l.aufertur.§.fiscus eod.& Peregr. vbi supra nu.14.& vidisti supra gl. 16.n.14.Nec anterioritate hoc
124 casu gaudet,hoc enim anterioritatis priuilegiū in fisco insigne est in causa pignoris. Fiscus enim ex hac tacita hypotheca, omnibus priuatis tacitā hypothecā anteriorē habentibus prę fertur,gl.in l.si pignus.qui pot. in pig.hab.& in l.eos.C.eo.sen tit Neguſ.vbi supra.4.mēb.2.p. à nu.108.cum seqq.& licet hoc aliquantulū haberet difficultatis de iure cōmuni, vt notat gl. in l.fin.C.qui poti. & patet ex Neguſ proxime relato, & Pereg.d.tit.6.n.15.sentiat contrariū: tamen hæc quæstio apud nos difficultatē non habet, expresse enim decisum extat.l.33. tit.13.p.5.in princ.vbi dicit:Tal priuilegio ha el debdo de la Camara del Rey,y otrosi lo q̄ deue el marido a la muger por do te,maguer estos debdores sean postrimeros,primeramente deuen ser entregados la Camara del Rey en los bienes de su deb dor,q̄ otro ninguno a quiē debiessen algo,&c.quod & sentit Bal.in l.assiduis C.qui pot. nu. 5.& vidisti supra gl.16.nu.103. quod & suadetur ex vulgari æquiparatione fisci & mulieris, de qua per Neg.vbi supra n.108 Bar.in l.1.sol.matr.quē omnes secuntur,estq; glo.in l.dotis.C. de iur.dot.& l.2.C.de priu.fisc. Sed quoad hoc in multis differunt dos & fiscus,vt vidisti mul toties in hoc tract.pręcipue gl. 16.verb.pedir.à n.89. & magis priuilegiati dotē,quā fiscū, tenet Villalob.1.to.com. fol. 56. & in hoc etiam,nam in casu expressæ hypothecæ anterioris, mulier ex sua tacita posteriori præfertur:quod secus est in fisco, ex Baldo Nouel. de dote. 10.part.limitatio.16. Sed in hoc
125 casu contrarium statuitur dicta l.33.partitæ: nam sicut fiscus expressæ hypothecæ anteriori

teriori non præfertur, ita nec mulier, nisi dotem promisisset, & postea soluisset; medio autē tempore alter contractus inter ueniret, tunc enim mulier præferri debet, perpetua enim æquiparatio in d. l. 33. fit inter
126 mulierem & fiscū: vnde ex eadem in bonis post hypothecā quęsitis, & fiscus & mulier, omnibus etiā anterioribus præferuntur. l. si is qui. & ibi Bart. de iu. fis. Bald. Nou. de dot. d. p. 10. lim. 16. de quibus etiā late d. gl. verb. pedir. Quin & aliquo casu omnino fiscus præferretur;
127 vt tenet Cyn. in l. 1. C. si propt. pub. pens. vbi est text. quasi expressus, licet Baldus nō recte pedes firmet in hac opinione, sed sine dubio procedit respectu ipsiusmet rei tributariæ, vt dixi supra num. 118. Regulariter enim fiscus prælationē habet, quod & in personalibus videmus: fiscus enim & casu quo personalem solūmodo, nō hypothecam habet, etiā pręfertur priuato, anteriorē personalē hypothecā habenti, vt probat Platea in l. 1. vers. item nota. nu. 4. C. pœn. fiscal. lib. 10. Et in dubio prius instrumentum fiscale præsumitur, præterquàm respectu dotis, vt tenet Negu. vbi
128 supra nu. 101. de quibus omnibus late supra d. gl. 16. ver. pedir priu. 25. n. 110. est & in hoc casu illud notabile fisci priuilegiū nā & casu quo alius priuatus in
129 hypotheca fisco præfertur, potest fiscus rē sumere, & totā vēdere, & priori creditori satisfacere. gl. 3. in fi. in l. 29. d. tit. 13 p. 5. & vidisti supra hac gl. §. 1. nu. 28. & 30. cuius contrariū multi tenuerūt in dote, vt videbis per relatos ab Affl. decis. 199. late n. 2. Illud autē in hoc casu difficilius est, an scilicet quod de fiscali hypotheca diximus, & in cri-
130 minalibus procedat: & in criminalibus nullam esse pro fisco hypothecam, tenet Bart. in l. aufertur. §. fiscus: de iur. fisc. & in l. vnic. C. pœn. fisc. lib. 10. Bal. in l. rescriptum. de pact. nu. 1. & 2. & in l. si post. nu. 5. C. de bonis damna. & in d. l. vnic. C. pœn. fiscal. lib. 10. & in l. si prius. nu. 14. C. de iur. fisc. lib. 10. Amanc. singul. 228. nu. 1. glo. 6. in l. 25. tit. 13. part. 5. Platea in d. l. vnic. num. 2. C. pœn. fiscal. Ange. in tract. mal. verb. dictum Sempronium. nu. 11. Tell. in l. 4. Taur. num. 61. remissiuè Matien. in l. 3. tit. 4. lib. 5. recop. glos. 9. nu. 1. In contrarium autem, etiam
131 in criminalibus fiscū habere hipothecam, videtur probari in l. aufertur. 46. in prin. vers. fiscus. de iur. fis. ibi: Fiscus autem semper habet ius pignoris, quod delictis subiungitur: & ita videtur expresse ibi probari, fiscum in criminalibus ius pignoris etiam habere: quod & sentire videntur aliqui relati à Negussan. de pignor. par. 2. 4.

membr.num.115.Bart.in l.rescriptum.num.2.de pact. Paul. ibi num.34.licet hoc pignus sine prelatione esse existimet Lucan.de fisco.1.par.num.111. Negusan.vbi proxime.nu.7.& 70 & 115.Bonifac.de Vital.in rub. de comparition.accusat. num. 71.Huius igitur puncti magna est difficultas,diuersæque in eo sententiæ reperiuntur, vt vide-
132 bis per relatos supra, præcipue Tell.Fernand.Greg.in l. 9. tit. 3.par.5.glos.9.& in l.25. tit.13. par.5.glo.6.& Guilliel. relatus a Negusan. supra distinguit casus in quibus confiscatio fit ab ijs,in quibus locum non habet in illis enim inquit, neque antea,neque post condemnationem hypothecæ inuenitur:ante condemnationem non, ex l. eius qui delatorem.29. de iure fisc.post vero cõfiscationem fiscus dominus efficitur: ergo hypotheca locum habere non potest in proprijs rebus.l. & quæ nondum.15.§.quod dicitur. & toto tit.de pign.l.pignus in bonis.de pignora.action. Sed de confiscatione latius vidisti supra,& confiscationem tribus ca
133 sibus locum habere vidisti supra glo.20.§.10.licet & alias totius vel partis bonorum confiscatio fit,& de illis casibus non est curandum,cum statim delicto commisso fiscus dominus sit,ac propterea non possit pignus consistere:in cæteris autẽ casibus ea est omnium sententia,vt ante sententiam hypothecam non habeat fiscus in criminalibus, post sententiam vero eam habeat,vt videre est ex supra relatis,& Paul.de Castr.relato ab Alexandr. in l.rescriptum,de pactis, qui tenuit post inchoatum iudicium hypothecam esse,sed ante sententiã dari non posse,tenet Bar.in l. qui in alienum.nu.16.de donation. Bald.in l.si prius.num.15.C.de iur.fisc.lib.10.& in l. aduersus. num.4.C. de furt.Ang. de malef.verb.dictum Sempronium, num.11.Corne.cons.89. nume. 4.vol.3.Raymund.ex Iul. Cla. verb.fiscus inter communes.1. tom.fol.mihi 539.Chassane.in consuetud.Burgund.rubr. des confiscacions.nu.8.Montalu.in
134 l.4.tit.17.lib.4.fori,nec ante sententiam fiscum dici creditorẽ, probat Laud.de fisc.quæst.126. Clar.lib.5.recept.§.fin.q.78. n. 32.& videtur l.2.C.de fiscal. vsur.Sed præter dict.vers. fiscus legis aufertur,de quo supra,maxima quoad nos insurgit difficultas,ex d.l.9.tit.3.parti.5. vbi cum de deposito lex loquatur, & eius priuilegio,deque re deposita prius soluenda, subiungit: O si ouiesse ante fecho algun pleyto con el Rey,porque fuessen sus bienes obligados,o por malfetrias que ouiesse antefecho, porque ouiesse algo de pechar,&c.Ca entonce tales debdas

debdas como estas se deuen ante pagar que el condesijo que fuesse asi dado: ecce tex. plusquam expressum omnino concedentem hypothecæ ius in criminalibus ex commissione delicti, neque sententiam spectantem, & omnino contractum & delictū æquiparanté, quoad hypothecæ ius, & eiusdem prælationem quam legem, ne cōmuni opinioni obstet, intelligit Greg. quando delictum vel damnum in re fiscali contingit
135 tunc enim, ne melioris conditionis sit delinquens, quàm cōtrahens, vt hypotheca tali casu inducatur necesse est, quod & sentire videtur Bald. in dict. l. si prius. C. de iur. fisc. lib. 10. num. 17. Negusan. de pigno. 4. membro. 2. part. num. 116. & vidisti supra glo. 16. spec. 27. n. 121. sed licet temerarium penè videatur à tātis viris dissidere in stricta disputatione, verius existi-
136 mo, etiam in criminalibus ius hypothecæ fiscum habere probant iura expressa, dict. l. aufertur. §. fiscus. cui Bald. non satisfacit. in d. l. 1. num. 14. C. de iur. fisc. lib. 10. estque expressa dict. l. 1. num. 14. C de iur. fisc. lib. 10. estque expressa d. l. 9. tit. 3. part. 5. Posset & pro hac parte considerari. nam depositum factum à bannito, non ei sed fisco restitui debet, et si bannito fiat restitutio, fisco tenetur, probat Matthes. singul. 5. nu. 6. Bald. in rub. C. depositi. ad fin. cum tamen rectè depositū restituatur monacho, quin & furi, cum certū sit tales dominium non habere
137 Baito. in l. quod seruus. de posi. & Bald. in rub. C. eod. Facit & præterea, nam in maleficio quasi contrahitur, & delinquens obligatur ad pœnam. l. Imperatores. 34. de iure fisc. ibi: Tu te pœnæ subdidisti, quod de maleficio debet præcise intelligi, non de sententia, in qua condē nati non inuenitur voluntas: existimo igitur Odofredum relatum à Bald. in d. l. si prius. huius rei veritatem propius attigisse, cui aliquid addendo existimo conclusionem ipsam de per se veram esse, cum pœna certa à lege statuta est, veluti eū res in commissum incidit, & in alijs similibus casibus lex enim à lege imposita certa est, sed declaratio delicti expectatur, eo autē declarato, non est necesse pœnam exprimere, nec etiam facto iudicis potest tolli. l. non potest. 65. de furtis. At si certa pœna non esset, sed potius arbitraria, cum ius oriatur ex sententia iudicis, indeque obligatio ante eam impossibile est, hy-
138 pothecā esse: in his enim mulctis iudicis officium multum exuberat. l. aliud. §. inter mulctam. l. si qua pœna. de verbor. signification. Nec huic resolutioni obstat l. post contractum. de donation. vbi post capitale crimen

crimen alienatio tenet etiam gratuita: quod non eſſet, ſi hypotheca eſſet contracta, rectè enim Oddofred. reſpōdet in crimine capitali, non principaliter, ſed in conſequentiam bona venire: at quæ in conſequentiam veniunt, non ſunt in obligatione. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. 57. de ſolution. ideo nil mirum, ſi hypoteca

39 ca vltra obligationem non extendatur, non etiam obſtat. l. in ſumma. 17. de iur. fiſc. & l. i. C. pœn. fiſc. cred. præf. lib. 10. quibus maxime innititur Bald. in dict. l. 1. C. de iur. fiſc. lib. 10. nã dictæ leges rectè exponuntur per l. quod placuit. eodem tit. ff. de iur. fiſc. Solūmodo enim intelliguntur, vt priuilegium fiſci ceſſet, non aliàs, vnde contrahentibus poſt delictum cōmiſſum, rectè fiſcus poſſet præferri, vnde non abſolutè verum eſt, quod Baldus toties relatus aſſerit, fiſcum in delictis chirografarijs creditoribus poſtponi, item & Bar. in dict. l. 1. C. pœnis fiſcalib. Bene verum eſt, facilius fiſcum defraudari poſſe, cum ex delicto agit, cum damnificari non dicatur, cum quis auertere curat lucrum, quod cū alterius iniuria vult, Iaſ. in l. nō amplius. §. ſi certum. nu. 8. de legat. 1. Et licet hi termini non conueniant, cum non iniuria, ſed iure tales pœnas fiſcus proſequatur: tamen certum eſt his caſibus lucratiuam cauſam fiſcum habere, vt tenet Laudenſ. de fiſco. quæſtion. 242. & Luca. 1. par. num. 8. Vnde facilius contra eum pronuntiatur, vt vidiſti ſupra glo. 16. verb. pedir. nu. 117. priuileg. 26. & differentiam inter criminaliter, aut ciuiliter fiſcum agentem, vidiſti ſupra glo. 17. à numer. 41. Et quia ibi fuſius locuti ſumus, hic non moror: in dubio autem fiſcus ſemper præfertur, præſertim in hypotheca, vt probat Bald. Nouel. de dot. 9. part. priuilegio 1. numer. 3.

§. VI. de fideiuſſore

140 *Obligatio pignoris & fideiuſſorum parificantur.*

141 *Fiſcus non eſt idoneus fideiuſſor.*

142 *In fiſcalibus contractibus neceſſario debet interuenire fideiuſſor.*

143 *Idoneus fideiuſſor, quis dicatur.*

144 *Qui recipit fideiuſſorem, approbat illum.*

145 *Fiſcus cogit iterum ſatiſdare ſi fideiuſſor non ſit idoneus.*

146 *Fideiuſſor etiam tacite obligatur, fauore fiſci & minoris.*

147 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*

148 *Fideiuſſor recuperat, eo quo ſoluit modo.*

149 *Fideiuſſor nō liberatur captura ſed ſolutione.*

DE

DE FIDEIVSSORE.

PIgnori proximus est fideius-
140 sor, datio enim fideiussoris, & pignoris equiparatur. §. pretium. instit. de emption. & vendition. Negusan. de pignorib. 4. membr. 2. par. num. 54. ita vt obligatus dare fideiussorem, satisfaciat, dando pignora, glo. in l. 1. vbi DD. ff. qui satisd. cogan. glo. in auth. de exhib. reis. §. suscepto. Cynus, Bald. & alij in l. 1. C. de procurat. & alios refert Hippol. in rubr. ff. de fideiusso. nu. 296. imo videtur plenius satisfieri pignoribus, quam fideiussore: melius est enim pignori incumbere, quàm in personam agere. l. plus cautionis. ff. de regul. iur. §. furti. inst. de obligation. quæ ex delicto nascun-
141 tur. ca. vt pridem. 13. quæst. vlt. Scias igitur in primis fiscũ non esse idoneum fideiussorem, nec depositarium, gl. in l. 2. in prin. qui satisda. cogan. l. 2. de fideiu. Bald. in l. sententia. C. eod. Afflict. decis. 88. Est enim difficilis conueniendo, vt vidisti sup. glo. 9. verb. fiscais mil Fiscal. nu. 12. & gl. 18. priu. 12. nu. 21. quod in fideiussore magni inconuenientis est, vt videmus etiam l. 1. tit. 10. lib. 9. recop. vbi Consiliarij, & alij huiusmodi fideiubere non possunt: suntque de hoc plura iura, vt statim videbis nec etiam fiscus fideiussorem dare tenetur, vt latius vidisti supra glo. 16. ver pedir. priuil. 30. num. 126 Sed è contrario in fiscalibus contractibus fideiussor necessario interuenire debet, ita vt locatio fiscalium non possit fieri, nisi danti fideiussorem. l. penes. C. de vectigali. & alijs, vt vidisti supra hac glo. §. 2. de locatione, special. 9. nume. 89. Et cum de substantia locationis sit dare fideiussores, vt ibi, quin et tali tempore dare, vt in l. 7. tit. 11. lib. 9. recop. et alijs e-
142 tiam probatur, consequens est, vt non satis sit pignora dare, authen. offeratur. & ibi glo. C. de lit. contest. Salicet. in l. 1. C. de procurat. & alij relati per Hippo. vbi supra num. 297. differũt enim l. quamuis. 8. ad Velleian. aliud enim pro alio solui nõ potest, etsi melior conditio afferatur, inuito creditore. § præterea. inst. de action. l. fin. de vsu & habitatio. & vix contractus fiscalis expediri possent, si pignora dari deberent. Fideiussores igitur idoneos sumere debet is ad quem spectat. l. qui satisdare, 3. vbi gl. Bar. & omnes de fideiussor. Inter alias autem qualitates, quæ requiruntur, vt
143 fideiussor idoneus dicatur, illa prima est, vt immobilia possideat, vbi negotium fit. l. 2. & l. sciendum, qui satisdar. cogãtur. Spec. de satisd. §. dicto. glo. in § suscepto. in authen. de exhibe. reis. l. 1. vbi Doctores. si quis in ius

ius voc. nō n ierit, Hippol. alios
referens in dict. rub. de fidei. n.
227. cum alijs, vel plura immo
bilia possideret, quæ de facili
nō possent exportari, vt ex Bar
tolo, Alexand. & alijs in dict. l.
sciendum. & Alexand. consil.
160. vol. 5. refert Hippo. vbi su-
pra num. 241. de quo etiam vi-
dendus est idem à nu. 247. &
qualitates fideiussorum rega-
lium reddituum numerantur
titu. 10. lib. 9. recop. per tot. si ta
men principalis diues fuerit,
quamlibet fideiussionem suffi
cere, vt ex glo. verb. aggregan-
te. in l. si plures. §. 1. ff. de fideiu.
Bald. in l. si mulier. in fin. C. de
iur. dot. Bon. consi. 320. notat
Hippol. vbi supra num. 179. sed
hoc non existimo tutum, præ-
sertim apud nos, qui dict. tit. 10.
formam habemus, quales fide-
iussores debeamus admittere,
licet quoad cætera supra dicta
vera sint, præcipue in his regnis
& præcipue in hac prouintia,
in qua non facile inueniuntur
possidentes immobilia, imo di
tiores existimantur mercato-
144 res, quorū bona præcipua sunt,
nomina debitorum. Cauti igi-
tur sint, qui fideiussores reci-
piunt, nam qui recipit fideiusso
rem, approbat illum. l. qui satis
dare. 3. in fin. ff de fideius. l. in-
ter causas. §. abesse. mand. Alc
xand. consi. 60. & cons. 34. 1. vol.
Hippol. vbi supra nume. 66. &
ex tali approbatione tenebitur,
sui

si non idonei sunt, glo. verb. eo
rum, per tex. ibi in §. nos autē,
instit. de Attilia. tut. l. cum ostē
dimus §. fin. de fideius. tut. vbi
Bald. Luca. de fisc. 1. par. nu. 63.
Laudens. quæst. 99. & 199. Pere
grin. lib. 6. tit. 5. num. 38. quod
non est speciale in fisco, sed ge
neralem in quocunque fideiusso
rem approbante, vt dict. gloss.
inst. & probat Auiles capit. 10.
prætor. glo. ver. execucion, nu.
16. Nec ex ignorantia potest ex
cusari talis approbans, quia vel
est, vel debet esse certus condi-
tionis illius, cum quo contra-
hit. l. qui cum alio, ff. de regul.
iur. paria enim sunt scire, vel
scire debere, l. quod te mihi, si
certum petatur, Hippolyt. vbi
supra num. 73. Hoc autem fis-
co non præiudicabit, imo quo-
tiescunque non idoneus appa
ruerit fideiussor, iterum coget
145 satisdare obligatum, l. prætor-
riæ, la 2. de pęct. stipul. l. si is à
quo, in fin. vt in possess. leg. Hip
poly. num. 74. & seq, quod &
in facti contingentia mihi ac-
cidit in ciuitate de Panamà. Il-
lud autem singulare est in fisco,
nam cum fideiussor verbis ob-
ligetur, non aliàs, vt in l. blandi
146 tus, C. de fideiussor. l. stipulatio
num, 5. §. satis acceptio, de ver
bor. tamen fauore reipublicæ,
vel pupilli, etiam tacens & con
sentiens nomen scribi in actis,
vel pater præsens, cum filius e-
ligitur, fideiubere censetur,
&

& vt fideiussores exequũtur &
carcerantur.l.2.C.ad municip.
l.honores,§.fin.ff.de Decurio-
nibus.l.1.C.ne filius pro patre.
l.cum ostendimus,§.fin. de fi-
deiussorib.Socin.reg.486. fall.
1.& 2.glo.in l.si condemnatus,
de noxalibus,Bart.& Alexan.
in si finita,§. si de vectigalibus,
de damno infect.Ias.in §.actio-
nes,num.61.instit. de actionib.
Rom.consi.154.& alios refert
Auiles cap.10.prætor.verb. e-
xecucion,num.48.& ante nu.
16.& similia vidisti supra hac
glo.§.2.num.77.& glo.18.pri.
19.num.29.Fideiussio igitur in
147 *causis fiscalibus suam naturam
retinet:est enim stricti iuris,nec*
facile extenditur,& ita in facti
contingentia in Audientia de
Panamá, cum essent condem-
nati in syndicatu quidam offi-
ciales Regales, fideiussores nõ
soluerunt pœnam,nisi qui in fi
deiussione id expresse compre
henderunt.Pro quo facit, nam
fideiubens pro vulnerato, non
tenetur de occiso, vt per Spec.
tit.de fideius.§.1.vers.sed pone
tradit late Hippol.vbi supra à
num.91.cum sex sequentib. &
nu.211.Præterea & pro hac ma
teria fideiussionis repetere de-
bes quæ vidisti supra gloss.16.
verb.pedir,num.143. videlicet,
cessibile & transmissibile esse
148 fisci priuilegium,& eodẽ mo-
do,quo fideiussor in causa fisca
li cogitur soluere, per capturã
scilicet bonorum & personæ,
vt vidisti ibi,priuil.12 & 36.nu.
148.eod.modo & apud eosdẽ
iudices ipse cogit principalem
vt sibi soluat,nec nouo proces-
su opus est, Auiles sæpe citatus
dicto cap.10.prætor.glo. verb.
execucion,num.38.l.in fraudẽ.
§.qui pro alio,de iur.fisc.Pere-
grin.plures referens,lib.7.titu.
1.num.4.& lib.6.tit.7.num. 8.
Hippoly.nume.363. & vidisti
hoc tractatu vbi supra. Fideius
sor autem non liberatur captu
149 ra,sed solutione reali,vt per plu
res refert Hippo.num.379.Li-
beratur etiam,si bona principa
lis confiscata fuerunt,vt licet a-
liqui contrarium tenuerint,cũ
pluribus resoluit idem Hippo.
vbi supra num.346.pro quanto
ad eum peruenit,vt voluit Pe-
regr.lib.5.tit.1.num.56.sed con
fiscatio bonorum de omnibus
intelligitur,vt latissime vidisti
supra gloss.20.§.10. Est autem
hoc speciale respectu ipsius fis
ci,cum ex diuersis stationibus cõ
pensatio in fisco locum non ha
beat,vt vidisti supra glo.16. ver
bo,pedir,special.34.num. 139.
& ideo non sine causa Rapha.
Cuman.consi.32.de eo dubita
uit, & in stricta disputatione
non dubitarem contrarium de
fendere,sed vt circuitus vitetur
magis sine scrupulo procedit,
vt sicut in priuatis aditione vel
fisci acceptatione actio cõfunda
tur,nec amplius teneatur fide-
iussor.

DE

§. VII. de aditione hæreditatis.

150 Aditione hæreditatis quasi contrahitur:
Fiscus & respublica non habent hæredem.
151 In bonis confiscatis an dicatur hæres fiscus.
152 Hæreditatem delatam adijt fiscus ex confiscatione.
153 Fiscus hæres institutus, qualiter adeat.
154 Quibus casibus fiscus adeat hæreditatem.
155 Fiscus quando succedat in bonis vacantibus.
156 Collegia & vxor an excludat fiscum.
157 Fiscus, an sit hæres in bonis vacantibus.
158 Fiscus aufert ab indignis. & num. seqq.
159 Defunctum occidens, priuatur hæreditate.
160 Non vlciscens necem defuncti, omni commodo priuatur.
161 Prohibens aliquem testari, hæreditate priuatur.
162 Dicens testamentum nullum nil ex eo capit.
163 ingratus circa defunctum est indignus.
164 Tutor ducens vxorem pupillam, an priuetur hæreditate.
165 Accomodans fidem de restituendo incapaci, indignus est.
166 Turpia lucra fiscus aufert.
167 Quod ab indigno aufertur fisci est, sed relictum incapaci est hæredum ab intestato.
168 Sententia declaratoria requiritur, vt fiscus auferat.
169 Cum ab indigno aufert fiscus, necessaria est aditio.
170 Fiscus auferendo ab indigno, excludit substitutum.
Aditio indigni, an sit necessaria, vt fiscus auferat.
171 Non semper fisco quæritur quod ab indigno aufertur. & seq.
173 in causa suppositi partus nil quæritur fisco.
174 Si hæres non adimpleat volutatẽ defuncti fisco nil quæritur.
175 Pœna indignitatis non extenditur.
176 Si ob fraudem hæreditas non acquiratur adhuc fiscus aufert.
177 in fiscum transeunt quæ & in extraneum hæredem.
178 Fiscus non est successor necessarius.
179 Differentia fisci & hæredis in pluribus.
180 Regulariter fiscus est vti heres.
181 Si laicus accommodat fidem de restituendo clerico laicus fiscus acquirit.
182 Fiscus qui aufert ab indigno, tenetur ad legata.
183 in bonis vacantibus an teneatur ad legata.
184 Fiscus falcidiam potest detrahere.
185 Fiscus agit petitione hæreditatis.
186 Fiscus agit ad diuisionem.
187 Tenetur ad fideicommissa.
188 Adeunte fisco actiones confunduntur.

DE ADITIONE HÆreditatis

POstquam de contractibus diximus, ad quasicõtractus deueniendum est, aditione enim hæreditatis quasicontractus fit, qui resultat inter adeuntem hæredem & legatarium, & hæredes, qui aduersus hæreditatem actiones habent. l. apud Iulianũ 3. in fin. l. sed & is, 4. ff. quib. ex caus. in pos. eat. & ideo de aditione hæreditatis inter quasicõtractus in primis tractandum est. Certum ergo in primis est, hic non tractari de aditione hæredis fisci, fiscus enim, nec respublica hæredes non habent, nunquã enim moriuntur, Laudens. de fisco, quæst. 102. Luca. 1. par. num. 56. Non etiam hoc
151 quod de aditione dicimus, de bonis confiscatis intelligimus: in confiscatis enim bonis fiscus non dicitur hæres, sed successor vniuersalis, docet Guid. Papa singu. 870. §. fiscus, Bald. in l. executorem. num. 33. C. de excep. rei iud. Bertach. in reperto. verb. fiscus, vers. 31. cum duob. seq. ideq; & 46. est vbicũque ex delicto succedit, Afflict. plures referens decis. 385. numer. 2. & nõ succedit tunc personæ, nec per eiusdem repræsentationem sed anihilationem, Guilielm. in cap. Raynuntius. verb. & vxorem. decis. 5. nu. 274. 277. 288. 2. par. fo. 135. Chas. in consue. Burgun. rub. 2. des confiscacions. §. 1. ver. & apartient, n. 9. estq; tũc loco extranei hæredis, Chassaneus vbi supra numer. 10. & ita hoc casu adire non tenetur fiscus

cus hæreditatem, Chasan. ibid. verb. e endemente say si. num. 1. fo. 283. Bertachi. in reper. vbi supra, vers. 32. de quibus omnibus latius vidisti supra glos. 20. §. 10. num. 155. Hoc auté quod de casu confiscationis proxime
152 vidisti, intelligere debes, nisi inter confiscata bona sit ius hæreditatis alterius, à quo hæres institutus fuerat is, cuius bona confiscantur: tunc enim quoad illa bona loco hæredis fiscus habetur, & ad omnia, sicut hæres tenetur, vt ex communi opin. Iul. Clar. sumitur. 1. tom. com. lib. 5. pag. mihi 39. col. 2. & ita si intra tempora deliberādi bona hæredis sunt confiscata, hæreditatem delinquentis delatā adit fiscus, ex Cost. in §. & quid si tantum. l. Gallus. 2. par. num. 178. idemque est, si dolo in fraudem fisci delinquens repudiauerit, id enim fisco non nocet, vt probat Pau. 1. par. consil. 56. num. 3 Si enim delinquēs adiuerit, non est dubium, fiscum vti cætera bona, hæc, quæ iam patrimoniū delinquentis sunt effecta, capere: sed sunt plures casus, in quibus fiscus adire hæ
153 reditatem tenetur, quos infra statim videbis: ille autem primus sit, cùm fiscus hæres institutus est, tunc enim adire hæreditatem tenetur fiscus, nec sine aditione acquiri, docet Laudē. de fisco num. 22. Guilliel. in ca. Raynuntius. verb. & vxorem. decis. 5. nu. 270. fo. 143. Per omnia enim tunc vt priuatus capit ex Pereg. de fisco. lib. 4. tit. 1. numer. 1. Cùm ergo necesse habet adire, vel per procuratorē, vel per seruum fiscalē de mandato procuratoris adit. l. 1. & 2. ff. de offic. procu. Cæs. l. aufertur. 46. vers. seruus. de iur. fisc. Luca. de fisco. 1. par. num. 91. & 93. videbis infra hoc §. special. 1. & 2. & ex aditione fiscus, sicut & priuatus obligatur, & quasi contractu, teneturq; creditoribus hæreditarijs & legatarijs, Chas. in consuet. Burg. tit. 7. des successions des batardz. §. 1. glo. en payant les debtz. nu. 1. fol. 283. effectusque cæteri resultant, vt in hoc § per discursum. Præter supra dicta autem, cum scilicet ex institutione adit fiscus, vel ex se vel ex persona delinquentis, ca
154 sus in quibus fiscus succedit, & adire tenetur, ad duo capita reducuntur: aut enim hæreditatem capit, tanquam vacantem, vel aufert tanquam ab indigno ad quæ hoc successionis genus reduxit Ioann. Hugo de offic. quatuor Prælatorum. §. merentur, numer. 9. & 10. quod si ex institutione, vt proxime tertium genus constituas, non iniuria id facies: quod enim ad bona deportato delata, de quibus per Bartol. in l. in contra tabulas. 2. §. qui habebat, num. 9. de contra tabulas, ad nos non attinet, nec aditio hoc casu necessaria

est,

est etiam cum bona amittutur, præterquam quod non semper fiscus hæc delata deportato bona acquirit, vt late vidisti supra glos.20.§.10.& num.151.Succedit igitur fiscus in bonis va-
155 cantibus, vt vidisti supra gloss. 20.ver.patrimonio.§.9. deficientibus hæreditas intra decimũ gradum, nisi tempore fiscus excludatur, vt per Bart. in l.scire debet, numer. 10. C.de bonis vacant.lib.10. De quo articulo vidisti supra glos.16.numer. 171.Succedit igitur fiscus deficiẽte hęrede intra illum gradum, viro item & vxore, docet Paulus in l.ex facto 17.§.si quis ita num.3.ad Trebell.Ioannes Licirier de primogenitura li.2.q. 9.num.8.& li.3.q.2.estq,l.1.& l.vacantia.4.C.de bon.vacant. li.10.l.1.§.diuus.ff.de iure fisc. & vtrobique omnes.l.6.titu.13. p 6.l.12.tit.6.li.5.Recop.& D. Perez in l.20.titul.19.lib.8.ord.
156 Numeranturque præterea collegia per artificia, ex quibus testator fuit per Dynum de successionibus ab intestato.n.23.Mattheslanũ eod.tract.art.3 prin. nu.30. late Nicolaũ de Vbaldis eod.tract.5.par.Lucanum de fisc.2.nu.18.Sed de iure Francię, hos nequaquam succedere testatur Chassanæus in consuetudinibus Burgundiæ titu..3.des fiedz.§.5.in princ.num.35.fol. 112. Quod non solum apud nos, imo nec ab vxore fiscum excludi, ie x l.12.tit.8,li.5.Recc censit Tello Fernandez in l. 31 Tauri p.3.nu.13.licet cõtrariũ cum pluribus teneant D Perez in l. 20.tit.19.li.8.ord, & Marieço in d.l.12. Sed prædicta collegia non excludere fiscum, vidisti supra d.gl.20.§ 9. a nu.139.
157 Vacãtibus igitur bonis, in quacunque quis ciuitate decedat, succedit solus fiscus.l. 1. C. de bonis vacantibus li.10.& cætera iura adducta supra n.155. Lucan.de fisc.1.p.n.90.& 2.p.n.18. & vidisti etiam latius supra gl. 20.§.10.sed non esse propriè hęredem, sed haberi loco hęredis, tenet Imol.in l.si cõstante, sol. matr.n.9.& in l.inter eos nu.7. & in l.mortuo n.2. de fideiussoribus.Corneus cõs. 278. nu.12. vol.4.Pereg.li.5.tit.1.n.60.vnde forsan sine aditione fiscum obtinere bona vacantia, existimat D.Perez ex Masuerio Reb. & alijs in.l.20.tit.19.lib.8.ord. glos. in fin. & ita non præcise debere citari, antequam bona creditoribus tradatur, licet melius esse, vt id fiat, docet Salic. in l.si bona nume.3.C.de bon. auth.ind.poss.Sed verius existimo, aditionem a fisco in hoc casu desiderari:te enim vera hæres est, & latius vidisti d.§.6. gloss.20.& non absque voluntate defuncti, vt ibi vidisti.Nec prædicti Doctores aliquid pro sua opinione adducunt, præterquam quod fere omnes in

bonis confiscatis loquuntur, vt per eos videre poteris, qui casus longe distat a bonis vacantibus, vt animaduerti dict. §. 9. Confusio enim horum iuriũ huic opinioni causam prębuit: & quia satis prolixe de hoc disserui dict. §. 9. ideò hic omitto. Nec semper necesse est causa intestati, vt succedat fiscus, nã aliquando testanti succedit,
158 quando scilicet ab indigno aufert, quidquid enim ab indigno auferetur, fiscus aufert. l. Papinianus. §. meminisse. de in officioso testamento. l. 17. titu. 7. partit. 6. Bartol. in d. l. Papinianus, dict. §. numer. 1. Bal. ibi. eodem numero. Ioannes de Hugo de officio quatuor Prælatorum. 4. part. §. de munerum excusatione, nume. 9. glos. 4. l. 27. titul. 1. par. 6. et gloss. l. 27. ibidẽ glos. 9 & 12. titul. 7. par. 6. Did. Perez in l. 22. tit. 3. lib. 1. ordin. glos. 1. vers. pulchrum tamen est dubium, pagi. 102. Ioannes Gutierrez in l. vnica. C. quãdo non pet. partes, nume. 65. Peregrin. lib. 2. titul. 2. per totum librum secundum: & de speciebus incapacitatis, libr. 3. Plures autẽ indignitatis casus numerare, facile est, & numeraui e-tiã glos. 20. §. 10. a n. 421. Et ille
159 imprimis est de eo, qui defunctum occidit. l. Lucius, vbi notat glos. de iur. fisc. Bartol. in l. his consequenter. §. 1. familiæ herciscundæ. Guilliel. statim referendus. Gre. supra relatus. Peregrinus de fisco lib. 2. tit. 3. licet & vulnerantem solummodo hæredem succedere vulnerato, doceat Guillielmus in cap. Raynuntius, de testamentis, verb. condidit. 2. num. 12. 1. par fol. 166. fortè ex his quæ dices, & maritus. 1. nu. 167. Quod & seruatur etiam, cum filius, vel frater patrem, vel fratrẽ occidit: in tantum, vt nec filij talis occisoris admittantur. Barbatia consil. 8. lib. 3, dubio 1. Clarus lib. 5. receptarum. §. homicidium, num. 22. & 1. tom. cõment. ex Iulio Claro pag. 540. verb. frater, & glos. 12. l. 13. titul. 7. part. 6. late Peregrin. supra relatus: quin & vxorem defuncti occidens hæreditate priuatur, vt ex l. his cõsequenter, familię herciscundæ, tenet Guillielmus in dict. capit. Raynuntius, de testamentis, verb. mortuo itaque testatore, el 1. numer. 38. 2 par. fol. 96. & maritus iure occidens vxorem, hæreditate priuatur, ex Iulio Claro hic relato: quod verum puto, licet Guillielmus in ca. Raynũtius, de testament. verb. mortuo itaq; testatore. f. n. 40. contrarium sentiat, nec nouum est, vt idem actus diuersis respectibus, a lege diuersimodę iudicetur, vt notasti supra gl. 20. §. 10. n. 432.
160 Secũdus casus est in nõ vlciscẽte necem defũcti, cum fuit a familia occisus. l. hæredẽ, de his quibus

quibus vt indign.l.i. l. minoribus,cum alijs.C.eod. late Peregrin.dict.lib.3.titul.5.& vidisti supra glos.20.§.10.n.430.quod & in marito non vlciscente necē defuncti procedit, perdit enim maritus,quidquid ex mulieris dote ad maritum peruenit,l.cum mortem 27.de iu.fis.

161 Tertius casus indignitatis considératur in eo,qui aliquem testari prohibuit, ab his enim fiscus aufert.l.1.& toto titul.ff. & C.si quis aliquem testari proh. l.si scriptis.ff.de his quibus vt indignis.Bart.in l.virum, eod. Peregrin.d.lib.2.tit.6.dixi supra glos.20.§.10.nu.427.Est &

162 quartus,cum quis aduersus testamētum dixit, nullum enim commodum ab eo potest auferre.l eius qui delatorem 29.§. cum qui, de iur.fisc.l. cum tabulis,de his quibus vt indignis.Pereg.dict.lib.2.tit.7. licet talisratione officij excusetur aliquando.l.filius non impeditur 22.de inofficioso testamento,l.Polla.C. eod.Excusatur etiam & alijs causis,vt per Peregrin.ibi num.12.et per totum, et faciūt quæ vidisti supra glos. 17. numer. 26. et sequentibus.

163 Ingratitudo etiam aduersus testatorem facit hæredem indignum : ingratitudinis autem aliquas causas refert Peregrinus dict.lib.2.tit.8.veluti incognoscente vxorem testatoris,, vel vulnerante aliquem ex coniunctis , et in vidua nubente intra annum luctus : sed aliqui ex his casibus non mihi videntur ita plane procedere , et quia peculiarem tractatum desiderarent,omitto,contentus dixisse : ingratum , et indignum hæreditatem perdere , et fisco applicari, dum tamen ingratitudinem illam et indignitatē defunctus non remiserit, tacite vel expresse.l.ex parte.§.fin. de adimendis legatis.l. omnimodo. C. de inofficioso testamento.Soc.Sen.cons.105. numer.3.Quod etiam dico de ijs quæ adducit idem Peregr. vbi supra num.10.de paciscēte,vel

164 diuidente viuentis hæreditatē demouente quæstionē status, de tutore ducente pupillam in vxorem:sed hic casus hodie cessat,cum in matrimonijs stetur iuri Canonico , nec prohibitio in eo sit,vt probat Greg.in l.6. titul.17.par 7.glos.1.et Sebastianus Braut in expositione titulorum iuris , sub titulo. C. de interdicto matrimonio inter pupillam,tutorem et curatorem,et vidisti latius supra glos. 20.§.10.numer. 374. Fit etiam indignus, qui medicos non adhibuit defuncto , ex Laudensi de fisco,quæstione 42 ; vel non redimente captiuum ab hostibus , vt Peregrin.dict. titul. 10 numer. 16. et 17. Est et casus generalis in eo , quem defunctus indignum dixit :

ab eo namque fiscus aufert. Pe tegr. dict. lib. 3. tit. 4. Est & ca-
165 sus prolixæ materię in accōmodante fidem hæreditatis incapaci restituendæ: talis enim indignus efficitur. l. non intelligitur. 3. per totam. l. Statius Florus 48. de iure fisci. Peregr. de fisco libr. 3. titul. 19. per totum. Quādo autem tacita fides dicatur accommodata, tradit l. ita fidei. 40. de iur. fisc. Possent
166 & hic alia adduci, vt de relicto concubinæ a milite cœlestis, vel armatæ militię, de quo per Peregrinum libr. 2. tit. 9. & de dato iudici, vt iniquam sententiam ferat, quod fiscus aufert. l. 52. titul. 14. part. 5. & de contrahente incestas nupcias. l. 51. titul. 14. part. 5. Sed de turpiter acquisitis, iam supra diximus glos. 20. ver. patrimonio. § 10. a numer. 435. & nunc cum per mortem fiscus acquirit, loquimur: in quo etiam casu certum est quod supra diximus, turpiter scilicet acquisita, fisco vendicari, ex Baptista de Sancto Blasio, de actione, & eius natura, centuria 2. nume-
167 ro 51. Regulare est, quod quidquid ab indigno fiscus aufert, sibi acquirit, dict. l. Papinianus 8. §. meminisse, de inofficioso testamento. Probant omnia iura, et Doctores supra citati, & Didac. Perez in l. 1. titul. 2. libr. 5. ordinam. gloss. 1. fol. 69. colum 2. vers. est etiam. Ab indigno enim solummodo dicitur auferre, vt statim videbis nu. 170. ab incapace enim fiscus non aufert, sed incapaci relictum acquirunt venientes ab intestato, laté Bart. in l. hæreditas, num. 2. C. de his quibus vt indignis, Lucanus, de fisco 2. par. nume. 16. Paulus in l. si seruus eius, num. 4. de acquir. hæred. Ripa in l. hæredes, numer. 155. de vulgatis. Zasius in l. si ab hostibus. 11. §. si vir. numer. 4. solut. matrim. & de substitutionibus capit. 1. nume. 16 Lucanus de fisco. 1. part. numer. 27. Laudensis quæstione 16. Lancelotus Politus de substitutionibus, additio. 3. p. n. 76. Bartholomęus de Huc, de substitutionibus. c. 1. nu. 12. Iul. Clar. lib. 3. §. testamentum. quæs. 31. versic. 3. Gregor. in l. 22. titul. 3. gloss. 4. & gloss. 22. cum alijs l. 13. titul. 7. part. 6. In defectum autem venientium ab intestato, si negligunt quæstionem mouere incapaci de sibi relictis post duos menses, fiscus tunc etiam ab ipso incapace auferre poterit, probat l. 10. dicto titulo 13. parti. 6. Nec sta-
168 tim & absolute fiscus hæreditatem habere poterit, sententia enim declaratoria de indignitate prius requiritur. quam fiscus bona possit occupare, Igneus in §. non aliàs. l. necessarios, ad Syllanianum, numer. 3. fol. 13. ex l. 1. C. vbi

vbi causę fiscales.l.1, C. de his quibus vt indignis .& Bar.in l. in cognitione,ad Syllanianum & interim,quo fiscus hæreditatem non aufert, indignus omnino hęres est.l.eius qui. §. eũ qui,de iur.fisc.estq, gloss. 12.l. 13.titul.7.p.6. Postea fiscus auferre poterit, nec recte auferri videtur,quod nondum est acquisitum, & ita aditionem in-
169 digni necessario requiri, aliàs fiscum non acquirere possessionem,tenet Bartol.in l.recusare §.si fisco,ad Trebellian. & in l. scire debet.numer.5.& 7.C.de bonis vacantibus libr.10. Bald. in l.si vacantia,numer. 12.eod. Paulus in l.sicut.§.in decurionibus,numer.9. Quod cuiusq. vniuersitatis nomine. Hippo. consil.93.nume.15.& 18.sentit Acosta in §.& quid si tantum. l.Gallus.5.p.num.15, idque regulare est,præterquam in duobus casibus altero,in prohibente testari, ex Peregrino de fisco,lib.2.titul.6.num.39. & 48. Et in nolente adire in fraudẽ fisci.Grego.in l.17.titul.7. par.
170 6.gloss.2. Ex quo iam intelliges,quando fiscus aufert ab indigno,substitutum excludi, cũ enim fiscus non nisi post additionem auferat, vt proxime vidisti, at hæreditate adita substitutio expiret.l.si quis filium 7.in princip.de acquirenda hæreditate,gloss.in l.si pro dote. §. penultim. de legatis præstandis.l.si pater,de hæredibus instituendis, Guillielmus vbi infra proxime numer.66. consequens necessario fit, hoc casu substitutum excludi,& ita videbis ex Zasio, de substitutionibus,capit.1.numer.16. Lucanus de fisco. 1. part. numer. 27. Laudensi, quæstione 16. Lancelot.Pol.de substitutionibus,capitul.1.numer.2.Lucan. numer.100.& ex 1 tom. comment.libr.6.pagin. 36.colum. 2.Gregor. in l.17.titul.7. part. 6.gloss.2.in medio. Quin etsi non adeat hæres, cum fraus persumatur, vt ex multis resolvit Guillelmus in cap.Raynuntius. par.verb.si absque liberis moreretur,el 2.num.94.fol. 30.nisi testator testamentũ cancellauerit : in dubio enim ad venientes ab intestato spectat Clarus §.testam.q.93.n.2.Repetere etiã hic oportet,sicut & aliàs,dolum & delictũ nemini
171 debere patrocinari, & ita quẽadmodũ & defunctũ occidens punitur,vt vidisti supr.n 159.ita nõ solũ hęreditatem amittat,vt ibi,sed & feudũ ętiã,ex d.glos. 12.l.13.tit.7.part.6.Ita etiam & benemerita debent remunerari,& quemadmodum supra vidisti mulẽt ĩ acquiri ei,pro quo imposita fuit,gl.20.§.10.n.464. ita et hic non semper quæritur, quod ab indigno aufertur:cum enim delictũ hęredis,vel ingratitudo punitur,qui de defũcto

 bene-

benemeritus fuit luctum, illud
17: consequitur, non vero fiscus, vt cum hæres non adhibuit Medicos defúcto: nam hic tanquam indignus hæreditatem amittit, sed si alius adhibuit, illi hæreditas applicatur: quod et idē accidit in hærede non redimēte ab hostibus eũ a quo institutus est, quos casus & alios refert l.17.tit.7.p.6. refert & Peregr. in locis supra relatis, nihil enim magis, quam hoc prosecutus est late, & ideo non trāscribam, ego aliquantulum succincte refero. Est pręterea casus, in quo tanquam ab indigno hęreditas aufertur, in casu scilicet suppositi partus. l. aufertur 46.
173 in princ. de iu. fis. Et tamen id non fisco, sed venientibus ab intestato applicatur. l. eam quā C. de fideicom. l. nec apud. C. de hæred. instit. quotiescumque enim non ex culpa hæredis sed alias ablatio fit, non fisco, sed venientibus ab intestato cōmodum ven t. Bar. in l. si pater, n.1. & 5. C. de hęred. inst. Paul. in l. Papinianus. §. meminisse, n.2. de inof testam Salic. in l.1.n.1. & 10. Ant. Gom. lensis in l.9. Tauri, præcipué n.44. C. de hæred. inst. d. l. 10 tit. 13. par.6. & ibi glos.7 & glos.5. cũ alijs l.23. tit. 1. p. 6. estq. elegās
174 gl.2. l.17. tit.7. p.6. Est præterea & alius casus, in quo & culpa hęredis hęreditas aufertur, & tamē nō fisco, sed venientibus ab intestato applicatur, cũ scilicet hæres non adimplet voluntatem defuncti, vt probat Bart. in auth. de hæredibus, & Falc. §. hoc quidē nu. 11. laté Guillel. in cap. Raynuntius, de testam. ver. si absque liberis moreretur 2. delegatis, & fideicommissis, n.198. fol.89.2.p. Omitto ergo, quę de incapacibus aliqui inculcant, de quibus & Pereg. lib.3. per totum: sed cum id fisco nil vtilitatis adducat, consultò omitto, & ad effectus resultantes ex huiusmodi acquisitione transeo. In primis igitur illud certum est, pœnam hanc ablationis ab indigno, delictum nō
175 excedere, & ita cum quis tacitā fidem acommodauit de restituendo incapaci, non amplius amittit, nec fiscus acquirit, quā in quo fidem acōmodauit, docet laté Anton. Gomez in l.9. Tauri n.22. & per totam legē, & ideo nec succedit incaute se proijcienti in flumine, ex Luc. de fisco.2.p. §. hinc tamen n. 1. Dec. consil.438. num.1.3. par. Palacios Rub. in repetitione rubric. de donat. int. § 80. versic. secundus casus, & in §. cessante, à n.23 Nisi ob criminis consciētiam id faciat, et tunc casus ille confiscationi accedit, et de eo vidisti supra glos.20. §.10. a nu mer.376. Fiscus igitur auferre poterit hæreditatem, licet hæres non sit. Corneus consil.
176 278. numer. 12. et 13. volum. 4.

fiscus

fiscus igitur cum aufert ab indigno,non est hæres. Corneus vbi proxime,& Iaf. in l. ex facto,§.Iulianus num,3.de vulgari,& pro possessore habetur, magis quam pro hærede. Peregrinus de fisco,li.5.tit. 1. num. 66.Successor tamen vtilis est,& in eũ iura omnia transeunt actiue & passiue.Iaf.in l.re coniuncti,de legat.3.nume.112.habetur igitur vt succesfsor vniuersalis.Imol.in l. 1.de vulgari.n. 7.& cum pluribus Tiraq.tract. le mort.2.p.declarat.15 nu.20.

157 Habetur ergo fiscus loco extranei hæredis,non filiorum,& ideo in eum non transeunt,nisi quę in extraneum hæredẽ transirent.Laud.de fisco.quæst. 86. Lucan. 1.p.nu.4.Cœpola cons. 58.num.5.Rom.cons.73.nu.1. & cons.93.num.2. Hipp. sing. 314.Igneus in §.non aliàs.l. necessarios,ad Syllanianũ n.455. Afflict.de iur.prothomiseos.§ 4.num.25.Dec.cons.25.in princip.1.p & cons.4 2.num.28.3. p.Curtius Sen.cõs.14.n.2. Cas. in cõsuetudinibus Burg. Rub. 2.de confiscatione.§.1.ver.& apartient la confiscacion,nu.10. fol.94.Alc.in l.si ego.C. si certpetat.num.26.Mieres de maioratu.4.p.quæst.23.num.4. fol. 48.Peregrinus de iur.fisc.lib.5. tit.1.a num.53.& 84.Nec neces-

158 sarius successor est,imo si vult potest bona relinquere, imo etiam in deportatione potest bona omittere venientibus ab intestato.Imol.in l.eius qui nu.4. de testamentis.Laud.quęs.226. Pereg.lib.5.tit.1.num. 58.esq, l.1.§.an bona, de iur.fisc Vnde deportatum posse heredem habere,docet Iaf.in l.re coniũcti, n.120.deleg.3.et ita nec ab indigno auferre cogitur. Tiraq. trac.le mort.7.p.declarat.1.a n. 13.vidisti latiùs supr.gl.20.ver. patrimonio.§.10.anu.183.Nec

159 in omnibus habetur hęredis loco fiscus in his sucesfsionibus vniuersalibus,imo in multis aliter se habet,& illud in primis, nam fiscus non habet ius accrescendi.l.ea sola 98.D.de reg.iu. docet cum alijs ibi relatis, Iaf. in l.quoties n.13.C.quando nõ pet.parties, & licet fiscum non habere ius accresceẽd. existimauerit Lud.Romanus in l. vnica C.quando nõ pet.partes,ex gl. quam putat singularem in l.ea sola,de regulis iuris,tamen cõtrarium rectè defendit Iaf.in l. re coniuncti,nu.119.& seq.de legat.3.Quod sine dubio procedit ex omnimoda æquiparatione fisci & hæredis, de qua proxime,nam etiam heredis loco habetur in obligationibus contrahendis.Imol in l.quoties,n. 2.de nouationibus.& ita in fideicommisso conditionali non succedit, nec iura conditionalia ex testamento in fiscum trãseuut:licet secus ex contractu. Rom.cons. 247. numer.1. & 2.

Clarus li.5. receptarum §. fin. quæstione 68.num.23.Greg.in l.14.tit.5.par.6.glos.6. Tiraqu. tract.le mort. 2.p. declarat. 15. num.16. Laud.quæst.94. Luc. 1.part.num.65. Fiscus etiam ex delicto filij succedens non potest dicere testamētū patris nullum.Boer.cons.1.nu.15. quod late pluribus illationibus exornat Palac. Rub. in repetitione rubric.de don.int.§.80. versic. secundus casus,& §.cessante n. 23.Peregrinus lib.5.titul.1.nu. 60. cum alijs,& ita non capit, quæ extraneus hæres non potest,Peregrinus supra num.91. Et inde an succedat in emphyteusi,tradit Clarus in §.emphyteusis.quæstione 26.fol.106. et aliqua vidisti dict.l 20.§.10.sed quę hic dicuntur potius,de confiscatione intelligi debent, vt iam animaduerti supra glo.20.

i?. §.10.in prin. Per omnia igitur habetur fiscus vti hæres in nostro casu,& regulariter cum omnibus commoditatibus, & incommoditatibus acquirit.Peregrin.dict.lib.2.titul.6.num.44. Nec vlli dubium erit, ad de debita teneri fiscum.l. non possūt 11.l.dicitur 14.l.Statius Florus 48.§.Cornelio Fęlici,D.de iure fisc.Quod tam in confiscatione,quam in alijs intelligitur cum bona dicantur detracto ęre alieno,l,subsignatum.§.bona,de verborū significatione, & ita in nostro casu tenet Bal. in l.tutoris.C.ad legem Iuliam de vi. Imol. in l. si marito, numer.1.solut.mat. Corneus cōs. 190.nume.19.volum.1. Crau. cons.263.nume.8.Guillermus in cap.Rainuntius de test.verb. & vxorem.dec.5. numer. 289. Gregor.in l.10. titul.2.part. 3. glos.8. Quod de debitis contractis in suo territorio intelligūt Petrus & Bald.in l.ex facto,de hæred.inst.Sed id intelligitur, cum diuersi fisci succedunt: tunc enim exemplo tutorum, inter quos administratio diuisa est,quilibet pro sua parte tenetur. argumento.l.inter tutores,de administ.tutor.l.quæro, de solutionibus cum alijs,vt refert Peregrinus lib.5.tit.1. nu.

143 Sed hoc in confiscatione ipsi intelligunt,ex opinione existimantium in bonis confiscatis ratione loci,quemlibet fiscum succedere, & ita ex vnico delicto plures fiscos posse succedere:contra quam opinionē vidisti rationem supra glos.20. §.10.numer.190. & ideo ibi te remitto. Illud autē certum est, vt si verum esset quemlibet fiscum succedere in bonis sui territorij,etiam & pro parte illa, vel illis bonis ad debita teneretur,vt prędicti existimant:illud autem notabile est in his fisci successionibus, nam prius debet fiscus excuti pro bonis condemnati,quam tertij possessores conueniantur, cum fiscus

vniuer

vniuersalis successor est, ex Bal. consil. 192. volum. 1. Corneo con. 190. volum. 1. circa finem. Rom. cons. 93. cum alijs relatis, vt per Peregrin. d. lib. 5. titul. 1. nume. 66. Restituere ergo om-
181 nia debitatenetur, vnicus enim fiscus sucedit, ille scilicet, cuius ratione delicti sortitum forū, vt vidisti d. §. 10. supra relato: vnde etiam fit, vt cum laicus taci tam fidem accommodat Clerico de incapaci restituendo, laicus fiscus talia bona aufert, & ita ab omnibus fere tenetur, vt videre est ex Palacios Rub. laté in rubr. de donat. int. §. 39. versic. idem est dicendum, à num. 9. cum sequentibus. Didac. Perez in l. 22. tit. 3. lib. 1. ord. pag. 102. vers. quæritur & vlterius, Mencha. de success. creat. §. 29. num. 9. Gregor. in l. 3. titul. 17. par. 6. glos. 25. licet contrarium sentire videatur Abb. in c. sancto, nu. 1. de success. ab intesta to, & vidisti latius vbi supra, & ex supradictis infertur etiam
182 & ad legata etiam hoc casu teneri fiscum, auferendo scilicet ab indigno, fideicommissumque teneri restituere, libertates que seruare. l. Marcellus 3. §. fi. ad Trebellianum, et l. 3. C. ad legem Falcidiā, ex Fabro in §. & ne huius. insti. de eo, cui lib. cau. Platea in l. 1. num. 40. vers. Quid autem. C. pœnis fiscalibus. li. 10. Mathesilanus singul. 162. num. 6. Bald. in l. eam quā num. 5. C. de fideicomm. Laudensis de fisco, quæstione 210. Quod procedit, cum fiscus ab indigno aufert, vel alias fit ex additione hereditatis: cum e-
183 nim tanquam vacantia bona sumit fiscus, nec legata, nec cætera, quæ ex testamento dependent confirmantur, sed omnia corruūt quam differentiā recte sumes ex Mathesilano vbi supr. cum additione Ias. in l. si seruus plurium 53. §. si quis ante, nu. 1. de legat. 1 Paulus in l. quidam testamento. §. quoties, num. 3. eodem tit. Salicet. in l. etiam, num. 2. C. ad l. falc. Imol. in l. mortuo, de fideiussorib. nu. 3. Faber in breuiario tit. ad l. Iul. de vi public. Castillo in l. 32. Tauri verb. pias causas. Guillel. in cap. Raynuntius, de testam. ver. condidit 2. numer. 11. 1. par. fol. 169. Clarus lib. 5. receptarū. §. fi. quæst. 78. num. 29. et inter communes opiniones ex Iulio Claro tom. 1. ver. fiscus, pag. 535. Peregrin. licet non clare, lib. 5. de fisco, tit. 1. nume. 54. in his enim vacantibus, sicuti & alius quilibet hæres ab intestato succedit, ex præsumpta voluntate defuncti, de qua supra glo.
184 20. § 9. Ex his igitur legatis fiscus, hoc casu, sicut & cæteri hæredes quartam Falcidiam ex talibus legatis poterit deducere l. Marcellus. §. fin. ad Trebell. l. 19. tit. 7 part. 6. Bal. in l. etiam, numer. 1. C. ad legem Falcidiam

cidiam, sed Trebellianicam, plerumque donat l. si legatus 30. §. si Princeps ad Trebellianũ,
185 agere etiam & poterit fiscus petitione hæreditatis. Laud. de fisco quæst. 123. Corneus cõs. 278. num. 13. 4 part. Bald. in l. item veniunt. §. cum ante quam nu. 1. de pet. hęred. Paulus in l. 1. numer. 7. C. de his quibus vt indign. & ibi Salic. num. 1. & 4. late videndus Tiraq. in tracta. le mort. 2. part. declarat. 15. an. 14. & l. 16. tit. 7. part. 6. & cũ so
186 cijs ad diuisionem potest fiscus agere cum fideiussore & alijs, Bart. in l. inter eos. §. bonis dãnati, nume. 1. de fideiussoribus, et agit etiam remedio l. vltim. C. de edicto diu. Adr. toll. Tiraquellus vbi supra nu. 19. Et cũ
187 supra diximus in hoc casu ablationis ab indigno, fiscum ad onera teneri, certum est, teneri restituere fideicommissum quibus testator iussit. Tiraq. vbi supra num. 13 ad implet enim testatoris voluntatem, idem ibi n.
188 14. certum etiam est ex supradictis, hac fisci aditione, vel ablatione ab indigno actiones confundi, et liberari fideiussorem qui fisco tenebatur pro eo cui successit l. in fraudem 45. §. qui alio, vers. si principali, de iure fisc. Bald in l. capitis 54. de fideiussoribus. Peregrinus de fisco lib. 4. titul. i. numer. 5. et lib. 5. titul. i. num. 57. Nec dubium vlli erit, cum fructus hæreditatem augeant. l. item veniũt 22:
189 de petitione hæreditatis: fructus etiam ad fiscum hoc casu pertinere: id enim certum est, et tradit Copus de fructibus titul. 2. capitul. 5. In hoc igitur casu, sicut et in alijs multa specialia in fisco hæreditatem addunte considerari possunt.

I. SPECIALE.

190 ET Illud primum speciale sit, nam cum priuatus hæreditatem per procuratorem adire non possit. l. Paulus, de acquirenda hæreditate. tamen fiscus id recte facit, et per procuratorem potest adire. l. i. D. de officio procurator. Cæsaris. Chassaneus in Catalogo gloria mundi, 5. p. consid. 24. priuilegio 22. Guillielmus in capit. Raynuntius, de testament. 1. p. ver. et vxorem, dec. 5. num. 302 fol. 137. et vidisti supra hoc §. numer. 157.

II. SPECIALE.

191 SEcundum sit speciale, nam procurator fisci iubet fisci seruum hęreditatem adire, cũ tamen priuatus per procuratorem non possit iubere vt seruus adeat, ex proxime dictis, et probat ead. l. i. de officio procuratoris Cęsaris.

III. SPECIALE.

192 Sit speciale tertium, nam aliquando adire potest, etiam delinquente, ex cuius persona fiscus acquirit, repudiante, docet Paulus supra relatus hoc §. num.152. Et aliqua etiam vidisti supra gloss.20.§.10.a nume. 154. Quin et adire cogi poterit hæres, vt fiscus auferat, vt vidisti supra gloss.16. verb. patrimonio, speciali 49. nume. 184. Nec immerito, cum argumentum valeat de cōtractibus ad vltimas voluntates, prin. instit. de lege Fusia Can. toll. At fiscus contrahere cogit alios, glos.16. speciali 8.nume.38. et glos. 34. §.1. speciali 13. nume.62. Quin et priuati etiam fauore hæres cogitur adire, vt restituat l. quia poterat 4. cū duabus sequētibus ad Trebe. Guill. in c. Raynuntius, verb. si absq; liberis 2. de fideicommissaria restitutione, num.82. cum sequent.

IIII. SPECIALE.

193 Quartum speciale sit, nam licet legata debeantur fisco ad eunte, vt vidisti supra num. 157. non semper id fit, imo, nisi adita sit hęreditas, vere non debētur legata, cum scilicet succedit fiscus in bonis vacantibus, vidisti supra numer. 182. & 183.

V. SPECIALE.

194 Quintum speciale sit, nam cum fiscus hæres sit, et hæreditatem habet, priusquam fideiussor defūncti conueniri debet, vidisti sup. n.7. hac gl. n.180

VI. SPECIALE.

195 Resultat sextum speciale ex late traditis supra hoc §. a n. 157. Nam cum fiscus extraneus hęres sit, vt late ibi vidisti, et cū extraneus sine aditione non acquirat hæreditatem, vt in toto titulo de acquirend. hęredit. et Guillielmus in c. Raynūtius, de testamentis, ver. et vxorē nomine Adelasiam, n. 107. l. p. et in verb. mortuo itaq; testatore, el 2. late, præcipue n. 187. & vide l. cūm antiquioribus. C. de iure deliberandi, et l. 1. C. de his qui ante apertas tabulas, et eundem Guillielmum in d. c. Raynuntius, verb. si absque liberis. 2. num. 65. cum sequentibus, tamen in fisco aliter videmus, immixtio enim sufficiens est, vt fisco acquiratur hæreditas, dict. l. 2. in fin. de offic. Procurator. Cæsaris.

VII. SPECIALE.

196 Est Et huic consequens speciale septimum, nam cum extraneus non possit non agnitam

nitam hæreditatem transmittere.l.quoniam 7.C.de iure deliberandi,nisi in casu.l. cum antiquioribus.C. de iure deliberandi, & vt vidisti supra num, proximo: tamen aliter in fisco videmus,qui non agnitam trás mittit hæreditaté.l. quod principi 58.de leg.2.Guillelm. in c. Raynuntius,ver. & vxoré dec. 5.num.302.fol.137.

VIII. SPECIALE.

197 OCtauum speciale est,ná cũ aditione hæreditatis actiones confundantur,sicut & aliàs vidisti supra hoc §.num.188,restituta autem hæreditate,& hęredi actio restituatur.l.apud Iulianum.11 l. ita tamen 27. §. si perceptis.l.debitor 59.in prin. ad Trebell.postea fisco eadem hæreditate ablata non restituũtur.l.eius,qui delatorem 29.§. eum qui,de iur.fisc. l. ex facto. §.Iulianus,de ijs quibus, vt indignis.

IX. SPECIALE.

198 NOnum speciale sit, nam cũ extraneus non possit hæreditaté semel additam repudiare.l.sicut 4.C.de repu. vel abst. hæred. tamen fiscus recte repudiare poterit.l.2.ff. de offic. Procuratoris Cæsaris. Guilliel mus in dict.capit.Raynuntius, verb.& vxorem, dec.4.numero 302.Hoc autem restitutioni tribuitur.l.si quis,fin. C. de repudianda,vel abstinenda hæreditate,et d.l.sicut maior 4.eod.restitutionem autem fisco,vti minori competere, vidisti supra glos.16.num 175.et eadem gl. speciali 56.a num.161. et gloss. 18.priuil.16. Sed adhuc aliquid specialius considerauit gl. ver. imperatori in dict.l.2. vt scilicet non acquisita vnquam fuisse bona censeantur, ex l.1.§ an bona,de iure fisci.

X. SPECIALE.

199 SPeciale decimũ sit, et tertio proximum, nam licet,qui de functum testare prohibuit, nõ adeat: fiscus tamen adire potest.Peregrinus de fisco,libr.2. titul.6.numer,39.et vidisti aliqua supra hac gloss.et §. numero 161.et gloss.20. §. 10. numero 427.

XI. SPECIALE.

200 VNdecimum speciale sit, ná indignus ob accommodatam fidem, de restituendo incapaci,restituere tenetur fisco, in conscientiæ foro, vt probat Gregor. in dict.l.13.titul.7.parte 6.glos.24.ex Bart.in l. final, de his quibus vt indignis,cótra Couarruu.in 4.2. part.capit.8. §.5.versic.hinc,licet in alia incapacitate, cum fisco non acquiritur,

titur, aliàs esset secus.

XII. SPECIALE.

201 DVOdecimum speciale, ex quo plura deducuntur, illud est, nam minus grauatur fiscus quam hæres institutus, & ita fiscus non tenetur implere a defuncto conditionem appositam, adueniente eius die. Laudensis de fisco quæst. 188. Luc. eod. tract. 1. p. num. 9. ex Bart. in l. 1. C. ne ex delictis defunctorum, & Bald. in cap. hic potest esse titulus, qui successores teneantur. Et facit quod supra vidisti numer. 179. non teneri scilicet pro obligationibus cōtrahendis, licet sit secus pro contractis.

XIII. SPECIALE.

202 EX eodem principio resultare videtur decimumtertiū speciale, nam licet fiscus tanquam ab indigno auferat, ob nonvindicatam necem defuncti. l. cum fratrem. 2. C. de his quibus, vt indignis, & vidisti supra glos. 20. §. 10. nume. 430. & hac glos. & § num. 160. Fiscus tamen vindicare præcise non tenetur, nec ex eo hæreditatem amittet. l. Marcellus. 3. in fin. ad Trebellianum, docet Laudensis de fisco, quæstione 210. Lucan. 1. p. nu. 101. Bart. in l. recusare. §. si fisco, nume. 1. ad Trebell. Petrus Raben. sing. 232. Greg. d. l. 13. tit. 7. p. 6. glos. 8. Matien. in l. 11 tit. 8. li. 5. Rec. glos. 3. nu. 7. Peregr. de fisco, li. 4. tit. 5. num. 20. & 43.

XIIII. SPECIALE.

MAximum speciale, & decimumquartum est, nam cū extraneus hæres teneatur conficere inuentarium, vt in l. fin. in princ C. de iure deliberandi: tamen fiscus conficere in-
203 uentarium non tenetur. Bart. in l. variæ, de iur. fisc. numer. 3. Bal. in l. etiam, n. 5. C. ad l. Falc. Ias. in l. scimus iam, nume. l. C. de iu. deliberat. glos. 1. l. 5. tit. 6. par. 6. Sed hi omnes de confiscatione cum loquātur, mirum non est, si dicant, ad inuentariū non teneri fiscum, cum & in quolibet etiam priuato, qui vindictę causa hæreditatem occupat, idem sit, nec vltra vires hæreditarias teneatur. l. non solum, in fi. cum sequentibus, de in integrum restitutione. Bal. ibi, numer. 4. & in l. scimus, numer. 3. C. de iure deliberandi, & ita plerique videntur limitare, vt in casu confiscationis fiscus non teneatur ad confectionem inuentarij, alias teneatur, vt docet Lucanus de fisco. 1. p. numer. 92. Bertachinus de Episcopo. §. superest. numer. 40. glos. 4. l. 16. tit. 7. part. 6. Peregr. lib 4. titul. 1 num. 2. & lib. 5. tit. 1. num.

1.num.94. Et ita hoc casu, cum scilicet aufert ab indigno, videtur teneri ad confectionem inventarij: sed etiam extra casum confiscationis, fiscum non teneri inventarium conficere, alijs
2 pluribus videtur; & in bonis vacantibus cum hæres nõ sit, omnino certum est non teneri, ex dictis supra num. 183. et probat Bal. in l. licimus num.7. C. de iure delibet. Quin etiam si hęres expresse sit institutus, adhuc non tenetur ad inventarij confectionem, & nõ conficiendo, non teneri vltra vires hęreditarias, contra supradictos tenet Guido Pap. dec 333. Paulus in l. fin. num.2. C. de iur. deliber. Euerardus in centuria legali, capit.26. fol.93. littera F. & videtur sentire Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. fin. quæstione 78. num.30. & Tiraquell. tract. le mort. 2. p. declaratione 15. numer.14. & 20. & inter communes ex Iulio Claro, vide 1. tom. communium, pagin. 539. verb. fiscus. 4. Peregrin. de fisco libr. 5. titul. 1. numero 67. Quemadmodum in Ecclesia, vt non teneatur vltra vires hæreditarias, etiam inventarium non conficiens, refert Guido dicta decis. 333. & Bertachinus dict. tractat. de Episco. §. superst, numer. 41. Quia etsi necesse haberet inventarium conficere, non conficiens tamen, adversus non confectionem inventarij restitui posset, vt docet
205 Gregor. in l. 10. titul. 19. part. 6. & late Couarruu. in capit. 1. de testamentis, numer. 14. & facit regula generalis: fiscus namq, non tenetur vltra quam ad eũ peruenit, supra glos. 18. priuil. 4. num. 16. & glos. hac §. 1. priuil. 7. num. 48. & 49.

XV. SPECIALE.

206 Pene in idem recidit speciale decimumquintum, nam ex nonconfectione inventarij fiscus pœnas non patitur, cõtra non conficiẽtes statutas, ita nec Falcidia, vel alijs commoditatibus priuatur, vt per l. 1. §. an bona, & l. non possunt, de iur. fisc. resoluit Matthesilanus sin. 57. num. 11. & 12.

XVI. SPECIALE.

Decimumsextum speciale illud sit, vt fiscus successor teneatur ad contractas, non ad contrahendas obligationes, vidisti supra glos. 18. speciali 11. n. 20. & hoc §. num. 179. & speciali 1. num. 201.

§. VIII. De iudicijs.

207 *In iudicijs quasi contrahitur.*
208 *Regulariter causæ fiscales nil habet speciale,*
209 *Fiscus agit, & conuenitur corã proprio iudice, & cum pœna petitur.*

Fiscus

DE IVDICIIS.

207 IN iudicijs etiam quasi contrahi, certum est, ex l. licet Prætor. 3. §. idem scribit, de peculio, gloss. in l. 2. §. fin. de prætorijs stipulationibus, & ideò post quasi contractum, qui additione hæreditatis fit, de eo qui fit per litis contestationem non incommode loquimur, nec articulus hic contemnendus est, imo animaduertendus maximè, ex l. legaui. 26. de liberatione legata, nil enim fiscali, apud nos magis conuenit quam forensis exercitatio, imo id solum ei demandatum videtur, vt cuilibet facilè patet, & vidisti

vidisti supra glos. 15. verb. en la dicha Real Audiencia, cum tribus sequentibus, in quibus peculiaria hæc iudicialis exercitationis membra vidisti: & licet regulariter generalia præcedere debeant, particularia autem sequi, in principio. & §.1, instit. de obligationibus: tamē vt gl. nostræ ordinem sequamur, cū in dictis gloss. peculiaria tradiderimus, hic aliqua generalia subijciemus. Est igitur illud in primis certum, nam regulariter causæ fiscales nil speciale habent: imo eisdem regulis, quibus & causę priuatorum regulantur. l. iustas. C. de iur. fis. li. 10. Iaf. in l. reconiunct. num. 103. de legat. 3. & latius vidisti supra glos. 16. verb. pedir y demandar, nume. 10. & per dictas glossas plura etiam specialia vidisti, & illud in primis, nam peculiares iudices, & notarios fiscus habet, vt vidisti supra dicta glos. 16. ver. pedir, speciali 1. Et quando iudex fisci adeūdus, & competens sit, vidisti ibi, & probat Lucanus de fisco. l. p. num.
269 24. Nec dubitari potest, contra fiscum reum, eiusdem iudicem debere adiri: id enim commune est, etiā in priuatis, vt actor rei sequatur forum. l. aditæ C. de ordine iudiciorum, ca. cum sit generale, de foro competentum vulgatis, ad quæ iura fallentias notat Ludouicus Dambouderius in praxi ciuili, 1. tē... pore, capit. 53. vbi tamen fisci oblitus fuit, fiscus enim, & agit & conuenitur coram proprio iudice, vidisti supra gloss. 16. speciali 1. a numer. 1. & glo. 18. speciali 2. numer. 7. Et augetur quod ibi dictum est, ex. l. 1. et 2. C. vbi causæ fiscales, vbi licet non possit agi de causa inferente pœnam, vt etiam colligitur ex Bart. in l. facultas nume. 7. C. de iur. fisc. libr. 10. tamen vbi pœna illata est, vel declaratio facta, quidquid postea sequitur, et pœnę etiam exactio coram fiscali iudice fieri debet, quod sæpe in facti contingentia: vidi. Didacus enim de Alfaro pater meus nunquam obliuiscendus in Hispalensi Inquisitione iudex bonorum fisci fuit, et cum vt omnibus patet, ad Inquisitores spectet hæresis causæ decisio, et commissi delicti declaratio, in cuius consequentiam, et bonorum veniat confiscatio, tamen quidquid postea circa bona expediendum erat, litesque omnes circa bona, ad mei patris cognitionem spectabāt, ipsumque definire, sæpe vidi, quod mire dictis iuribus conuenit: vt obiter notemus, hoc in fisco speciale, vt iudex causę præparantis, non sit iudex causæ preparatę: facilius
270 liter enim iurisditio fiscalis locum habet: exequitur enim fiscus pœnam, quam non condemnauit, et ad alios etiam exten-

extenditur.l.cum vendente.4. C.vbi causæ fiscales,vbi procurator fiscalis, qui ementem cogit ad solutionem,etiam & mandantem emi,ementi condemnat.&c.hoc magis suadetur ex eo,nam cùm fiscus assumat causam, quando vult, quando sibi visum fuerit, vel mandatur, vt tradit LudouicusDam-
111 bouderius in praxi ciuili.capit. 98.numer.2.ad se omnem causam aduocat,& ad suum tribunal trahit,text. quasi expressus in l. si quis aduersus. 6. & seq. vbi causæ fiscales, vbi conueniens conductorem fiscalem, vel agens causam dominicam comitem rerum priuatarum, addit. Facit & pro eadem parte .l. apud Iulianum . 35. de iure fisci, ibi. Ne publicæ causæ præiudicetur, ex quo solo textu aliquando obtinui, postea què inueni & ita expresse tenere Peregrinum de fisco. li. 7.titul.3.numer.6. & sequentibus, ante quem ego considerabam, patrono fisci absente sententiam latam nullam esse. l. fiscus. ff. de iure fisc.l.si aduersus 2.l. fi. C.si aduersus fiscum, at apud nos fisci procurator in regalibus audientijs adest, neque in alijs audientijs comparere tenetur. Nec æquum est, vt compareat, vt vidisti supra gloss.11. ergò vbicunque, vel interpellatus fuerit fiscalis, vel ipse causam assumpserit, ad suū tribunal causam poterit adducere: quo vel solo argumento in ea semper fui sententia, obtinuiquè aliquando: cumq; dura aliquibus videretur, lætatus fui, cùm eam à Peregrino probatam viderem. In criminalibus autem etiam iure antiquo
112 cognitionem habebat nullam, eius enim iurisdictio ad ea solummodò, quæ ciuilia erant, prorrogabatur. l. 1. & 2. C.vbi causę fiscales, sed cùm propter 113
crimen aliquod impetebatur seruus fiscalis, vel fisci officialis, causæ cognitio licet ad præsidem spectaret, non aliter tractari causa poterat, quam fisci procuratore præsente. l. cū aliquid. 8. l. nullum. C. vbi causæ fiscales, & pondero verbum illud, sic videlicet, vt præsente Rationali, vel procuratore domus nostræ, &c. ablatiuus namquè absolutus in conditionem resoluitur. Bald. in l. 1. nume. 6. C. quando liceat ab emptione discedere Bar. in l. ab emptione de pactis. l. in fideicommisso. §. cum esset, de leg. 3. & vidisti supra glo. 33. nu. 1. cum alijs, quæ 115
conducunt etiam ad ea, quæ supra gl. 18. speciali. 8. retulimus, nullitatem scilicèt induci sententię fisci procuratore absente latę. Et ex proxime dictis defendi potest factum cuiusdā quondam fiscalis audientiæ Hispalensis, cuius officialis, & vt vulgari vocabulo vtar, solicitador del fis-

 co,

co, cum in vinculis esset ob aliqua delicta, quæ in officio dicebatur cōmisisse, fiscalis ipse eius causam publice in iudicio defendit, & patroni officiū exercuit in prædicta causa, quod ex orbitās aliquibus visum fuit, vt ab aliquibus posteà accepi. Sed postquam de iudicis aditione vidisti, sciendum est etiam fisci procuratori dilationem ad cōsulendum dari debere, vt de facto
a13 informari posit, argu. l. 1. C. de dilationib⁹. Nec hoc in fisco est peculiare, imò idem & priuatis commune est. l. inter priuatos. 6. C. eod. & magis necesse hoc est in fisco, cum fiscalis, vel nunquam, vel raró factū plene cognoscere posit, nisi vel instrumétis, vel assertione actui inter essentium informetur: quin licet regulariter debeat dilatio coarctari, vt in d. l. 1. tamen in fisco hoc non tam strictè intelligendum est, cùm personę probitas, rerumq; magnitudo contrariū suadeat, de quibus vidisti supra gl. 6. nu. 1. & gl. 15. n. 1. Sed illud commodè hic quęri potest, an
a14 fiscalis ad pręstandum iuramentum teneatur, nec hic quęritur de primo iuramento in officij initio præstando, quod præcise præstari debere, nec sine iuramento posse ad officium admitti, vidisti supra glo. 29. Hic autè quęritur de iuramentorū varijs speciebus, quæ in iudicio præstantur, qui articulus non est sine difficultate, vt videbitur facile, si animaduertamus, regulā illam generalem toties repetitam, fiscum scilicet iure priuatiuti communiter. l. iustas. C. de iur. fis. & vidisti supra gl. 16. nu. 10. An autem priuati procurator iurare debeat, non sine difficultate est, nam ex l. non solum 39. de procuratoribus, procurator potest interrogari, & ad respondendum tenetur, ex l. autem Certi m. 6. §. sed an & ipsos, de confessis procuratoris confessio nil releuat, quilibet enim de se, non de alio interrogari debere, docet. l. iuterrogari, de quæstionibus. Difficultas autem huius quæstionis facilè colligi poterat ex varijs solutionibus glos. in dict. l. non solum, & in d. §. sed an ipsos, Bar. vtrobique Bald. in d. l. non solū. Paul. ibidē Cyn. in l. 1. C. de cōfessis, & an procuratoris confessio domino posit præiudicare, tradit latè Speculator de confessis. §. nunc videndum, num. 4. & §. postremò. nu. 2. vbi additio, & depositione vide Abb. in capit. primo, num. 30. vt lite non contesta. latissimè Mascar. de probationibus. col. 369. inter quos illud magis obtinuit, vc
a15 procurator qui ad iurandū habet mandatum speciale, confitē do noceat domino. l. qui seruū. 21. de interrogatorijs actionibus, sed sine speciali mandato procurator cū generali mādato vel

vel tutor, curator, aut admini-
strator, alius per modum con-
tentiosæ iurisdictionis possit do-
mino præiudicare, secus vero
ex iurisdictione voluntaria: ita
communiter intelligit dict. §.
216 sed an ipsos, & est videndus Mas
card. vbi proxime. Sed præter-
quam quod ex Innocē. in cap.
inter dilectos, de fid. instrumē.
& alijs Canonistis deducitur, cō
fessionem procuratoris etiam
sine speciali mandato domino
præiudicare ex illo textu, & c.
3. de confessis: & syndicum ge
neraliter respondere positioni-
bus, & iurare, docet idem Inno
no, in cap. 2. circa finē. gl. verb.
syndico, de testibus. lib. 6. licet
etiam in syndico speciale māda
tum ad iurādum requirat l. ius
iurandum. §. defensore. & ibi
Alex. de iur. iur. adhuc supradi
ctæ resolutioni obstat, nam d. §.
sed an ipsos, videtur non posse
intelligi de voluntaria iurisdi
ctione, ex cōmuniter recepto ab
Azone in summa. C. de confes
sis, vbi eam constituit differētiā
inter titulū de interrogatorijs
actionibus, & tit. de confessis,
quod ille ante litem contestatā:
hic vero post habeat locum; er-
go non potest intelligi d. §. sed
an ipsos, de voluntaria iurisdi-
ctione, cū litis contestatio lapis
angularis sit potius iudicij, vt in
toto tit. de litis contest. & in ti. ex
tra, vt lite non contestata, iudi-
ciū autē in inuitum reddi, docet
l. inter stipulantem. §3. §. 1. de
verborū oblig. & in d. §. sed an
ipsos confessio post litis conte-
stationem facta fuit, & tamen
eā à tutore, vel procuratore fa-
ctā nō nocere docet Iuris cōsul
tus, præsertim quia per conten
tiosam iurisdictionē ille dicitur
respōdere, qui ad id cogi potuit,
& sciebat se posse compelli, ex
Paulo in d. §. sed an ipsos, licet
Abb. & Imol. in cap. 1. vt lit. nō
contest. sentiant per contentio-
sam iurisdictionem fieri: cum
respondetur libello, vel positio-
nibus, de quo ipsi sunt videndi,
& ita vix dabitur casus, in quo
supradictorum opinio proce-
217 dat. Vnde iure optimo hodie a-
pud nos, sine speciali mandato
iurare quis, nec cogitur, nec ad-
mittitur l. 1. tit. 13. par. 3. & l. 1. ad
tit. 7. lib. 4. recop. Sed etiam ho-
rum legū authoritate semota,
Ille discendum erat de iure cōmu-
ni, vt ex Bartol. in l. qui bona. §.
qui alieno, de damno infecto,
Alexā. & alijs, refert Grego. in
218 l. 3. tit. 3. p. 3. gl. 7. ver. del pley-
to. Nec obstat syndicos & admi
nistratores debere ornari cum
libera, ex Ioann. Andr. in cap.
præsentium, de testib. li. 6. Ale-
xā. in l. 1. §. 1. quod cuiusq; vni-
uersit. nomine & ibi, vbi id not. &
Bald. etiam in l. præses, C. de
transactionibus, idem Alexan.
in l. procurator cū libera. ff. de
procuratoribus: quod & in fis-
ci procuratore procedit, qui cū

libera institutus censetur Bart. in l.2.in princ.de offi.proc.Cęs. lege namq; non inuenitur cautum, vt procurator cum libera iurare possit: in dubio autē mādatum stricti iuris est, nec vltra in eo contenta extendi debet. l.diligenter.ff. mandati l. in re mandata. C. eodem, ergo non facile debet mandatum ad iuramentum extendi, nec illa etiam differentia inter contentiosam, & voluntariam iurisdictionem lege comprobatur, præsertim quod iuramētū facti alieni sine instructione parti lari fieri nō potest, vt dicunt dictæ leges, & pluribus relatis, docet Matienç. in l.9.tit.3.lib.5.recopi.glo.1.nu.4 alias quis cogeretur subire periurium, ex quo hanc sententiam defendit Spec. de procuratore. §. ratione. nu. 4. Et ita cauendum est à Grego. qui procuratorē cum libera ad iurandum admittit in l.3.titul.
220 11.par.3.glo.fi.contrariū enim tenet Matienço vbi supra nu. 5. Pro quo potest considerari d. l.2.tit.7.lib.4.Recopi.ibi. Bien instructo, quod nō cadit in procuratore cum libera. Non etiā prædictis obstat d.l.non solum, in princ.de procurat.ibi enim solum dicitur, non dici absentē rectè defensum, nisi procurator respondeat, ex qua procuratorem teneri respondere docet Ferrara in practica de formis positionum, glo.3.fol.51. sed non rectè infertur, inde venire in generali mandato cum libera, positionibus respondere, vsed si non fiat, non plene defendi videbitur, & ita tali casu dominus non minus contumax censebitur, vt docuit Speculator li.2.de positionibus. §. 10. sequitur, nu.4. ex quo obiter intelligitur, quod de defensore dicitur in l.si defensor, de interrogatorijs actionibus, quod & videtur probari in d. §. sed an ipsos, vbi nec tutor, nec curator iurat, vt supr. vidisti, hi nāq; licet mandatū etiā habeāt cū libera, & administratoribus ciuitatum similes sint ex Bart. in l.neq; in fi. C.de procuratoribus. Bald. in l.etiam, in 1.col.ad fin. versi. extra nota. C. de fideicommissis, tamen ex supradictis, & cum in eo particularis non cadat scientia, iurare non potest, vnde
221 iure optimo talis procurator super expensis iurare poterit, quasi in causa fecit, ex io. Andr. c.præsentium, de testib.libr.6. Deferre autem iuramētū rectè poterit, qui habet mandatū cū libera, ex l.19.tit.5.par.3. & l.4. titu.11.eadem part. Sed vt testis iurare tenebitur procurator, si ab aduerso id petatur, glo.fi.de testibus. Specu.de teste. §. 1.nu. 75, l.20.tit.16.parr.3. late Parisi. cons.70.4.par. Tales autem ad
222 ministratores de calunia iurare tenetur etiam ex sua persona, l.2.§.quod obseruati. C.de iur. calum-

calumniæ: ibi namq; non de scientia alterius, sed de credulitate iuratur, & ita in syndico tenuit glo. in c. metuentes. 12. q. 4. glo. ver. iurantis, & DD. in cap. per tuas, de iur. calumniæ. Bal. in auth. principalis, de iur. calu. Bartol. in l. 2. §. hoc etiam in 2. quæst. & ibi Bal. not. 2. C. eod. Specul. de iur. calum. §. restat videre, cum alijs, & ita fisci procuratorem teneri ad iurandum de calumnia docet Luc. de Pen. in l. iustas. C. de delatoribus li. 10. & in l. 1. C. de conductoribus, & proc. eod. lib. ver. legum, Peregrinus de fisco li. 7. titu. 3. nu. 7. Hoc autem de consuetudine nõ obseruari refert idem Lucas de Pen. & additio ad Matthæum de Afflict. singu. 64. nu. 15. vnde cõfessionẽ procuratoris fisco non nocere, docet recte glo. l. vnica. C. de canone frumẽt. vrb. Romæ li. 11. p. Bald. in l. in contractibus. §. sed quoniã. C. id. de non num. pec. & vidisti supra glo. hac nu. 217. & gl. 20. §. 10. n. 374. Quod iure optimo fit propter magnã fiscaliũ authoritatẽ, de qua vidisti supra gl. 31. quã etiam ex confidentia, quæ de ijs fit, ex rationibus supra glo. 31. nu. 27. finaliter præsertim cũ lites mouere non possint, nisi vt vidisti supra glo. 17. nu. 107. & ita nunquam à me iuramentum exactum fuit præter primũ exceptionis tẽpore, nec etiã exactũ in pritestatem, Facit & pro hac eadẽ parte, nam nec etiam in litem fiscus iurat, ex glo. l. quoties. C. de exactoribus trib. Alex. in l. penul. §. in cum, ne quis eum qui in ius vocatus est, & in l. in actionibus nu. 12. de in lite iurando. Potest autem ex officio iudex teste in-

224 terrogare, vt verbum ambiguũ declaret, vt refert Bober. singu. 15. verb. testis, in iudicijs autem sicut & alia plura priuilegia fiscus habet, illud videlicet, nam iudex causæ præparantis, nõ est iudex causæ præparatæ, vt vidisti supra hac glo. nu. 209. Præterea & in probationibus priuilegium habet: cum enim generaliter fiscus fruatur priuilegio restitutionis in integrũ, vt vidisti supra gl. 16. nu. 175. ita & in probatione illo vtitur priuilegio, intra quindecim dies enim restitui potest ad probandum etiam post factam testiũ publicationẽ, l. 3. ti. 8. li. 4. recop. Tum

225 & aliud est singularissimum: nam cum fiscalis officium idem quod iudicis officium sit, vt notat Præpositus in c. de accusatio. 2. q. 8. Innocen. & alij, vt refert Felin. col. 2. in c. cum clamor, de testibus, quos refert Bernardus Diaz in practic. criminal. capit. 5. quemadmodum & iudici nunquam concluditur, quin ad veritatem indagandam possit ex officio testes producere; Bald. ad Speculatorem, ti. de appellationibus, Villalobos in collectaneis à communiũ, litera T.

glo. verb. deue el juzgador. l. 37. tit. 16. p. 3. Et Clarus li. 5 recep- tarum. §. fi. q. 61. nu. 2. Ita & fiscali nunquam conclusum videtur, quin testes producere possit, ex Bernardo vbi proxime, & vidisti supra gl. 17, nu. 3. proceduntq; & alia specialia, de quibus late in gl. 16. & gl. 17. & gl. 18. Illud autē in iudicijs sin-
226 gulare contra fiscum quidā putāt, vt sententia cōtra fiscū in fiscalis præsentia lata statim sine alia notificatione ei paret præiudiciū, ex ordinatione 126. huius audientiæ, & cæterarū: in priuatis autē contrarium aliqui putant, in quibus præcisa & specifica notificatio requiritur, & cū in fisco expressa lex sit, in priuatis contrarium seruari, nunquam adduci potui, vt crederam, tum ex generali illa regula, idē scilicet in fisco, ac in priuato seruari de qua supra glos. 16. num. 30. tum etiam quia si specialia sunt, & quidem plurima in fisci fauorem, potiusquam in eius ordium inuenire facile est, vt per discursum huius operis vi-
227 disti: existimo igitur in priuato, sicut & in fisco præsentiam pro notificatione esse, quod facile suadebitur ex vulgari illa regula certum vltra non debere certiorari, de qua in l. 1. in fine ff. de actionibus empti. l. nemo videtur 188. de regulis iuris, sed cūm præsens & audiens ignorare non possit, sequitur manifestè alia notificatione nō egere: probaturque mihi expresse l. 1. tit. 18. lib. 4. recop. vbi in causa appellationis dicitur, Pueda apelar hasta cinco dias, desde el dia que fuere dada la sentencia, o recibio el agrauio, y viniere a su noticia, & clarius l. 4. eod. titul. ibi, La parte que no fuere presente, contra quien fuere dada, que le pueda alçar hasta quinto dia despues que le fuere notificado: ecce expressa iura probantia, præsenti à tempore præsentiæ absenti autē à tēpore notificationis termi nū currere: ergo nil cōtra fiscū in hoc peculiare est. Habet & fis-
228 cus alia priuilegia, sententia nāq; contra eū lata intra trienniū rescinditur ex instrumētis de nouo repertis. l. vnica. C. de senté-
229 tijs adu. fis. lat. & vidisti supra glo. 14. speciali. 41. nu. 161. sed in hoc nil peculiare est, cū in quolibet priuato idem inuenitur. l. admonēdi, de iu. iur. & vt hoc speciale sit, multipliciter respōdet gl. in d. l. admonendi, illa autem verior est interpretatio, id statui in odium peierātis: aliās enim secus est, quæ interpretatio comprobatur l. 9. titu. 11. p. 3. Annullatur etiā & sententia, contra fiscum absente eius aduocato, lata sit. l. non intelligitur, 3. §. diuus, versicul. fiscus, de iure fisc. l. si expressim, de appellationibus. l. sicut. de falsis, vidisti supra glo. 28. speciali. 8. nu

8.nu.16.annullatur etiam sententia, si iudex, vel fisci procurator pecunia fuerint corrupti. l.constitit. 1.C.de pœna iud. qui male iudi.l. 1. C.de sententijs aduer.fis.sed si gratia, vel ambitione sententia iniqua lata fuerit, mero iure videtur valere.l.seruo.§.cum prætor ad Trebel.secundum intellectũ. gl. d.l.vnicæ, sed meo videri id in priuato intelligitur, in quo mero iure valet sententia, licèt veniat rescindenda: at in fisco statim nulla est sententia, vt probant dicta iura: quod ad triennium solummodò restringit glo.in d.l.Imperatores, post vero secus, cum ad talem sententiam eneruandam etiam generalis clausula necessaria sit, vel generalis actio in factum, ex l. si hominem, mandati.l. cum de hoc, in fin. de exceptio. rei iudic. At apud nos supradicta resolutio tuenda est, statimquè nulla est habēda sententia taliter contra fiscũ lata, vt notat Gregor. gloss. 12. per text. ibi in l.19.titul.22.par.

231 3.Habet prætereà fiscus beneficium restitutionis in integrum aduersus rē iudicatam, sicut & minor, vt in toto tit.C. si aduersus rem iudicatam, & fiscũ posse sententiam retractare intra quadriennium, si instrumentũ omissum sit, docet Bar.in l.causas, nu.3.C. de sententijs adu. fis.lat.li.to.Bal. nu.4.aliàs si legitimè fiscus defendatur, valet sentētia, nisi fiscus appellet.Bar. in l. 1.nu.1.C.de sententijs aduer. fis.lat. retr. & latius vidisti supra gloss.16.à nu.175. & etiam contra fiscum restitutionem cō petere, probat l.in fraudem.45. §.fi.versi.minoribus, de iure fisci.

321 Hæc autem priuilegia nō absolute fiscus habet, vnde si non habenti priuilegiũ hypothecę successit fiscus, nec fiscus, hypothecā habebit, ex l.rescriptum, per text.ibi de pactis.l. non intelligitur.3.cum tribus sequentibus de iure fisci.l.1.C.de fiscalibus vsuris libr. 10. Salicet.in l. de contractu, nu.1.C.de rescindend.vendi.Iacobus de Arenis de cessione actionũ, nu.43.Peregrin.de fisco lib.6.tit.1.nu.35. sed à tempore quo fisco debitũ acquiritur, vsuræ fiscales debentur.l.cum quidam. §.ex locato, de vsuris. Dicuntur autem bona fisco incorporata per apprehēsionē, in l.descriptionem in libro.l.si quãdo, & l.fi.C. de bon.vacan lib.10.l. facultas. C. de iure fisc.eodem lib. vbi Bartolus idem sentit per picturam armorum, quod etiam tenet Chassanæ. in Catalogo gloriæ mundi.5. part. consideratione. 4.casu.201. & in consuetudinibus Burgundiæ rubric.2. des consiscations, ante.§. 1.nu. 14. & quod proxime tenet Auiles in c.19.iud. synd.verb. cuenta, nu. 3. Vnde similiter succedens debitori fisci à tempore aditę hære-

hæreditatis fisci priuilegijs adstringitur.l.cum qui.33. de iure fisci. Sed non absre hic quæri poterit, quatenus fiscalis potestas extendatur,& an in fiscalibus causis possit transigere,& qualiter fisco eius procurator nocere possit,& nocere posse, & afortiori in causis transigere
233 posse videtur: nã administrationem habet cum libera, Bartol. in l.1.in prin.de offic.procurat. Cæs.Laudens.de fisco.quæstio. 16.& vidisti supra hoc §. num. 218.at qui habet potestatem cũ libera, trãsigere potest, cap. qui ad agendum, in fin.de proc.lib. 6, l.procurator cum libera. eodem tit.vbi Barto.Paul.in l.præses.C.de transaction.latè Corn. plures referens, consi 189. nu. 1.& per tot.& quod valeat trãsactio administratoris ciuitatis, probat dict.l.cum Præses.C.de trãsactiõ. Quod ex eo fit, quia syndicus censetur constitutus cum libera, Capic.decis.5.nu.1. Et quod idem sit in quolibet publico administratore, post gl. extendit Cyn.in dict.l. Præses. & ibi Salicet.num.2.& aliquos pro hac parte adducit Gregor. in l.24 titu.4.par.3.glo.4. facit l.Lucius.47.§.tutoribus, iunct. glo.fin.de administration. tut.
234 Facit etiam, nam sicut Principis confessio valet, nec retractatur, saltem in publicis causis, Lucanus de fisco, 1.par.num.158. ita & fisci confessio, ita vt non possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.l.in contractibus, §.sed quoniam.C. de non numerata pecunia,& Bartol.Baldus ibi num.4.Mascard. concl. 347.num.fin.& 370.volumin. 1.& qualiter id sit, vidisti supra glo.16.specia.43. nume. 163.& glo.18.priuil.10.num.19.& hac glo.§.1.priuil.1.num.40.& hoc §.num.217.& seqq. Sed in contrarium, imo non posse transigere fisci procuratorem, proba
235 tur, nam eadem solennitas requiritur in transigendo, quæ in alienando, Bart.in l.1. C.si adu. vendit. Bertachin.in suo reper. versic.transactio super quibus, versic.56. At procurator, quantumuis generalis cũ libera, non alienat.l.quæro, ff.mandati, ergo nec fisci procurator, qui tã limitatum habet arbitriũ, quod excedere non potest, non enim absolute procedere potest, & ita præterquam quod si non recte gerat obligatur, vt si minus idoneum approbet fideiussorem, ex Lucan.1.par.nume.63 vidisti suprà hac glo.§.6.nume.
236 144.ita nec donare potest, Laudensis de fisco.quæst.12.& vidisti supra hac glo.§.4.non etiam mutuat, Lucan.de fisc.1.par.nu. 108.vidisti & supra hac glos. §. 3.Quin, cum possit vendere, vt late vidisti supra hac glo §.1. tamen non præiudicat fisco, nec dominium trãsfert, nisi pretio soluto.l.si procurator.5. in fin.

de

de iur.fisc. & etiam si duplum promittat,non obligat fiscum, dict.l.si procurator, id enim ei nō conceditur,nec vllam pœnā petere potest.ead.l.procurator, & Bal.in tubr.C. de constituta
237 pec.Nec eius dolus fisco nocet, quemadmodum nec prodest.l. 1.& vlt.C.si adu.fiscum:quin & sententia ipsa rescinditur, si dolo procuratoris aduersum fiscum feratur.l.1.C.de sententijs aduersus fiscum latis retractandis, cum alias ipso iure teneat sententia in priuatis.c.quatuor modis 11.quæst.3.etiam in causis minoris. Vantius de nullitatibus,tit. de nullitate sententiæ ex defectu processus,num.135. 140.Et si cōtumax fuerit,aduer sus ipsum executio contumaciæ,non aduersus fiscum fit:argumento Ecclesiæ, in qua id tradit Spec.de sententiæ executione.§.sequitur num.6. Quin generaliter ex procuratoris delicto, ipsum procuratorem in expensis condemnandum,docet Maranta de ordine iudiciorum.6.p.nu.40.fol.mihi 300. sub tertio actu,idq; ex Bart. in l.4.de re iud.Angel.& alij, in l. Plautius,de procuratorib': nec ex contumacia procuratoris, multa domino imponitur.Bar. in l.cum qui.C. de procuratoribus.Et mulio etiam portās res meas,si gabellam fraudet, ipse punitur,non ego,Bart.in l.2.C. de nauibus non excusandis, li. 11.Bald.in l.3.C.de nautico fœnore. Bertachinus de gabellis
238 9. part. principali. Vnde sine dubio dicendum idem est in trāsactione tertij, certum enim est nō nocere fisco, ex Bal. in l.transigere,numer.24.C.de transactionibus,& vidisti supra glos.17.verb.acusar:num.3 .& tradit Auendaño, de iniuria.n. 22.sed nec procuratoris transactio nocere potest,vt docet Alciat. in l. præses,a nu 12. C. de transactionibus. Greg. in dict. glos.4.l.25.tit.4.p.3. Facit nam vt patet,fiscus vtitur iure minoris:minor autem læditur si cōpromittit. Alc.in l.de fideicommisso num.7.C. de transactionibus, & prælatus, nec præses possunt periudicare. Iaf. in l.si constante,solut.matrim.nu.10. & sequentibus,et num.174.Et apud nos id sine dubio est,ex dicta l.24.in qua nec procuratori ciuitatis id permittitur, vnde a fortiori in procuratore Cæsaris idem seruandum est,non enim alienare ei permittitur,sed rem Cæsaris diligenter gerere.l.1. & 2.de offic.procurat.Cæsaris. Quin nec fiscalem agnoscere posse bonam fidem,aut ex æquitate sui capitis soluere posse,voluit.Bald.in rubr.C.de constituta pecun.& Bertach. verb. officialis fisci,vers.7.sed prima pars huius conclusionis mihi nunquam placuit,nec homini Christiano fas est vt placeat, & vidi-

sti supla glos. 9. verb. Seays mi fiscal, à nu. 36. & ita sępe lites, vel deserui vbicunque non iustas comperi: non autem æquũ etiam est, vt absolutè, & sine delectu id fiat, sed cùm æquitas,
139 aut ratio suadet. Sed antequam hinc discedamus, scire oportet, falsitatem commissam in causa fisci efficere, vt falsarius cadat à causa. l. in fraudem. 45. §. quoties, de iure fisci, licet secus sit in causa priuati, licet generaliter intelligat, tam in priuato, quã in fisco, Clarus in §. falsum, nume. 41. quod & cum magis cõmuni resoluit.

SPECIALIA.

NOta igitur pro specialibus de iudicijs in genere, quę in hoc §. vidisti, nu. 210. & 222. & duobus seqq. & nu. 239. & finali, prærer ea quæ sparsim vidisti glo. 16. cum duabus seqq. quorum aliqua etiam in hoc §. repetij.

Gloss. 35.

Y es mi merce, que ayays, y lleueys de salario en cada vn año con el dicho oficio quatro mil pesos de a quatrocientos y cincuenta marauedis cada año.

1 *Salarij pretiũ non cõfert officium.*
2 *Sine salario quis non tenetur gratis aduocare, & de alijs.*
3 *Salarij constitutio honorem tribuit soluenti & accipienti.*
4 *Antecessoris salarium censetur constitutum.*
5 *Vltra salarium nil peti potest.*
6 *Auaritia virtutem & scientiam subuertit.*

DE SALARIO.

REctè post officij dationem, de qua supra glo. 9. hoc salarium cõstituitur, præmiũ enim enim & stipendium factum & officium sequitur, vt Paul. 1. ad Corinth. 9. & l. ambitiosa. 4. de decretis ab ordin. fac. non enim
1 salarij perceptio officium confert, sed è contra. Bart. in repetitione l. Barbarius Philippus, de offic. prætoris, col. 3. Boer. dec. 150. num. 14. imò nec possessio probatur perceptione fructuũ. l. Põponius, quibus modis vsus fructus amittatur, Xuarez in l. post rem iudicatam, in declaratione legis Regni, limitatio. 2. nu. 3. Et iure optimo salarium
2 constituitur, non enim quis tenetur etiam pro fisco aduocare gratis. Paris. de syndicatu. §. potestas. nu. 2. nec medicus gratis debet curare. Spec. lib 1. titu. de salarijs. §. postremo. nu. 2. facit §. si tibi indicium. l. idem. 4. ff. de condict. ob turpem causam,
3 & salariũ hoc iure optimo idé quod & Auditorib' assignatur, vt

vt vidisti supra glo. 31. num. 10. 3 pro dignitate enim officij constitui debet salarium. Chassanç. in Catalog. glor. mund. 7. part. consideratione. 33. Boerius de auth. magni Consilij num. 31. Capitius dec. 27. ex quo satis deducitur dignitas huius officij, tùm quia ab ipso Rege salariũ assignatur, ibi: Es mi merced; & videbis glos. statim sequenti num. 1. tùm quia magnum salarium est, ex quo & dignitas officij cõsideratur, cũ secundum dignitatem & salarium etiã metiatur, Chassa. vbi supra par. 10. consideratione 27. Ioan. Montaigne de authoritate Conciliorum nu. 13. idem Chassanæ. 5. p. consi. 5. nu. 2. Guilliermus in c. Raynuntius, verb. & vxorem, dec. 5. num. 27. Nec solum honoratur salarium capiens, vt vidisti, sed etiam idem constituẽs; 4 quin maiori honore dignus est; vt probat Chassa. proxime citatus. 5. part. consi 5. vers. secundò ostenditur. Beatius enim est dare; quàm accipere. Sed etiam si nominatim non exprimeretur quantitas salarij, eandẽ ego possem petere ex eo quod prædecessor meus eadem fruitus fuit semper enim antecessoris salarium constitutum censetur, & cõsuetum l. licet, & l. excepto, & ibi Cynus, C. locati. Boerius in singul. ver. præsumptio nu. 28. Bar. in l. his scholaribus, nu. 1. de erogatione militaris annonæ lib. 12. & in l. annonas, nu. 2. C. de annonis ciuilibus, lib. 11. Bald. in l. excepto, & in l. licet, in fi. C. loc. & in l. binos, de adu. diu. iud. & in l. fin. col. 13. C. de edend. & in l. etiam in fin. C. de iur. dot. Ioannes And. in cap. fi. de consuetud. Auiles c. 1. prætorum, verb. salario. nu. 3. vnde & officio iudicis debetur; & peti potest secundum consuetudinẽ loci. Bart. in l. 1. C. mand. decisio. Genuæ. 115, nu. 3. & 5. Ant. de Capua singulari. 3. Boberi. vbi supra. Sed si diuersa fuit cõ 5 suetudo, minimũ solui debet, ex Guidone Pap. decis. 252. pro quo potest adduci. l. nũmis. 73. de leg. 3. vnde cùm competẽns sit constitutum salarium, eo debet esse cõtentus procurator fisci, l. vnic. 3. auth. de mand. Princi. §. oportet, vers. patrocinium, & ibi Bart. l. 11. tit. 13. lib. 2. Recopi. Hippol. sing. 190. quos & alios refert Auiles in cap. 1. præt. gl. ver. salario. nu. 1. Estq; glo. 4. l. 8. tit. 9. par. 2. neque aliquid petere, exigere, aut recipere debet, vt & in Correctore est. l. 23. tit. 5. lib. 3. Recopi. & tradit Marlo zo in Dialogo Relatoris. 3. par. cap. 32. Auiles dict. c. 1. prætor. verb. nillcuaran de salario. Hippoly. vbi supra num. 1. quod iure optimo fit, ne ministri auari- 6 tia coinquinentur, quæ & virtutes, & scientiam subuertit. Cæpola de Imperatore militum deligendo. §. pro Imperatore. nu. 28.

28. alienum enim iurgium iudicis præda esse non debet. l. omnes. C. ad l. Iul. repetundarum. cap. non satis 86. decisione. cap. paratus. 23. q. 1.

Gloss. 36.

Los quales mando a mis oficiales de la dicha Prouincia de los Charcas.

1. *Salarium an a Principe constituatur.*
2. *Sine Principis mandato salarium dari non potest, & nunquam.*

DE SALARII CONSTITUTIONE.

CONstitutio salarij fiscali soluendi ab ipso Principe fit
1 ... quod præcise requiritur, vt salarium solui possit. l. vnica. C. de præbendo salario, Auiles in cap. prætorum. verb. salario num. 4. & licet d. l. vnic. mandatum Principis non requirat, cum ob liberalem artem, vel medicinam soluitur tamen apud hos locus est, nec vlla ex causa de publico potest solui salarium, nisi ex Regis iussu vel licentia. l. 3. tit. 5. li. 2. Rec. cum alijs, Azeue. in l. 1. d. tit. 5. li. 2. Rec. nu. 4. & in Curia Pisana lib. 2. cap. 8. nu. 3. Auiles cap. 1. prætorum, verb. salario, nu. 4. Iussio autem hæc dirigitur officialibus quos Reales appellamus, quos cum custodibus rerum priuatarum æquiparamus supra
3 glo. 9. verb. Seays mi fiscal. nu. 25. & 26. quia his bonorum Principis custodia, exactio & receptio demandata fuit, vt in eorum ordinationibus cauetur: hi autem nil soluere possunt, nisi de Regis nostri expresso mandato, vt in pluribus eorum instructionibus, tum etiam & ordinatione. 65. huius Audientiæ, & alijs pluribus schedulis, & Regis præceptis iubetur.

Gloss. 37.

Os den, y paguen por los tercios de cada vn año de qualquier hazienda mia que sea a su cargo.

1. *Salaria vnde soluenda.*
2. *Salarium ad fisci commoda, fisci ... .*
3. *... publicam ... ex ... .*

DE SALARII SOLVTIONE.

VNde solui debeat salarium
1 non sine difficultate est, vt videre est in glos. 3. l. 2. titu. 4. p. 3. & Correctoribus ciuitatum solui debere de bonis communibus ciuitatum, & his non sufficientibus, collectam imponendam, probat. l. 7. ti. 16. lib. 2. ord. quæ

quæ est l.5. tit.5. lib.3. Rec. sicut & militibus olim de publico stipedia dabantur l. milites. C. loc. tradit Spec. li.1. de procuratore, §.1. nu.21. Luc. de fisco.3. p. nu.4. Auiles in cap.1. præt. ver. sala-
2 rio. num.2. & latius prosecutus Auenda 2. par. de exeq. mand. & cap.1. nu.9. At ex fisci bonis salaria soluenda esse, ex Bart. in auth. de iudicibus. §. nulla. collatione. 6. refert Auenda. vbi supra.1. part. c.17. nu.2. Platea in l. annonas. C. de annonis lib.10. quod & in hoc titulo iubetur expresse, & sine dificultate procedit hoc, cum ad fisci commodum hoc officium solummodo tendat, non autem ad alicuius priuati petitionem, vt considerauit l.7. titu.17. part.3. & tradit ibi glo.1. in l.2. & glos.1. in l.2. tit.4. ead. part. quod clarius acci dit in mea Hispalensi ciuitate, cum enim ad petitionem Hispalensis vrbis Rex noster audiētiam (vt cūmuni vocabulo vtitur) fundauerit, primumq; prætores criminum, postea autem auditores ex ipsius vrbis petitione fundauerit, quibus iuxta promissa ex proprijs redditibus vrbis salaria soluit, fiscali nūquā, adhuc aliquid soluit, sed ei & audientiæ regenti ex Regio patrimonio solutio fit, quibus ea ratione soluere excusatur vrbs, quia ad ipsius petitionē hæc officia ibi non fuerunt creata, sed licet in hoc casu salarium hoc ex Regio patrimonio debeatur, regulariter tamē ea quæ ad publicum spectāt cōmodum, publicis redditibus expedi debet, vt enumerat l.10. & ibi gloss.3. tit.28. par.3. Ex qua ratione sæpe ex communibus reipublicę
3 bonis prēmia statuuntur capientibus leones, vrsos, & alia animalia communi bono nociua, vt docet Laudensis de Principe q.368. Auiles vbi supra, quod per decuriones ciuitatis promitti debet, vt refert dictus Auiles, & ego, & omnes certo scimus, & vidisti supra glo.36. nu.1.

Gloss.38.

Desde el dia que salieredes de la dicha ciudad de Panama, para yr a seruir el dicho oficio en adelante.

1 *PRo itinere salarium debetur.*
2 *Etiam pro expensis itineris aliquid potest subministrari.*
3 *Etiam si vltima die iter arripiatur pro tota die salarium debetur.*
4 *Delicatè iter faciens in conscientia ad salarium tenentur.*
5 *Salarium non debetur decedenti in itinere.*

DE SALARIO itineris.

1 ET iure, & maxima equitate hoc Regis preceptum innititur,

titur, non enim ſolummodo ſalarium debetur ſeruienti in mādato miniſterio, vt videbis infra glo. proxima, ſed etiam eunti & redeunti. l. quod niſi. verſ. ſed qui dies, & ibi Bar. de operis libertorum. l. qui mittuntur. §. fin. ex quibus cauſis maiores Bal. in l. liberti, nu. 15. col. 6. C. de operis lib. & in l. ſi ex. C. de cond. inſt. & in l. liber. de oper. lib. Alex. in l. 1. §. diuus, de varijs & extraordinariis cognitionibus. Paris de Puteo de ſyndica. 1 p. §. licentia, in fin. tom. 14. tracta. fol. mihi 15. Lud. Rom. in ſingu verb. ſalarium. Auiles cap. 6. præt. verb. ſalario. nu. 2. Vnde cōducens officialem etiā pro eundo videtur conduxiſſe ex Caſtaldino Boncompagnis, de ſyndica. nu. 10. quod maiore cum æquitate procedit, quo ad nos, qui in his Indorum partibus militamus, vix enim ad noſtras Prouincias poſſemus peruenire, ſi hac Regia liberalitate non frueremur, & ita hoc nobis, non etiam ijs qui in Hiſpaniæ Regno ſimilia exercent

2 officia, extēditur. Quin & ante nauigationem pars aliqua nobis ſubminiſtratur, licet poſtea in ſalarium imputetur. Sed pro expenſis etiam abſolute poſſet dari, ex traditis ab Alexan. ex l. diem functo. nu. 5. de offi. aſſeſſorum. Apud nos autem quaſi mixta hæc datio eſt, & pro ſumptibus & alimentis, quod in tā-tum procedit, itinerantibus, ſcilicet ſalarium deberi, vt etiam

3 ſi vltima hora iter arripiat, pro tota die pretium debeatur, tota enim dies ceſſit. l. 2. de annuis legatis, & Bal. vbi proxime: quod & mihi contigit, cum ex ciuitate de Panama ad hanc de la Plata proficiſcerer: poſt meridiem namque nauim fui ingreſſus, & ad Solis Occaſum velam dedi. Sed non eſt æquum, vt hac Regia liberalitate abutamur, ne forte alios non peccantes, vel indignos reddamus, vel tales faciamus præſumi, vt de aliquibus audiui, qui fingebant iter arripere, & ſtatim portum redire: de aliquibus etiam cogno ui ita delicate iter facere, vt occaſionem dederint, & iuſtā cauſam, vt iam hodie hęc liberalitas ad certum tempus reſtringatur, quos minime in conſcientia tutos exiſtimo, ſed potius ad ſalarij reſtitutionem teneri. Ta

4 libus enim ſalarium non debetur, ex Bart. in l. veteres, de itinere actuque priuato & in l. nō ſolum. §. annuus, de excuſat. tut. Cepo. in l. iter, de verb. ſignifica. & tit. de ſerb. ruſti, cap. 1. Quod ſecundum ipſos limitandum eſt, niſi via tuta non eſſet, vel alia appareret huic ſimilis iuſta cauſa: quod etiam ad taxatum tempus habentes extendere, ſi iuſta cauſa id ſuaderet, latis enim plena eſt Regis noſtri Chriſtianiſsimi volūtas: noluit

enim

enim iustè impeditis præmiū subtrahere, sed fraudibus obuiare. Est autem ad supradicta solennis limitatio Corseti in suis singularibus, verb. salarium. 3. in fi. vbi docet, tali itineranti in itinere decedenti, vel in officio non recepto, salarium non deberi, licet ei debeant expensæ præstari: sentit idem ex alijs Alexan. in l. diem functo. 4. de officio assessoru. nmu. 22. sed apud nos nō multum refert, salariū, an expensæ præstarentur, quin longius expensæ nostri itineris salarium excedunt, vt nulli nostrum uon plusquam patet.

Gloss. 39.

Todo el tiempo que le siruiere.

1 *PRo tempore seruitij salarium debetur tantummodo.*

2 *Ante negotium finitum nō debetur salarium.*

3 *In negotio diuiduo respectu temporis salarium debetur.*

4 *Absenti qualiter debeatur salariū, & num. seq.*

6 *In firmo salarium debetur.*

7 *An pro toto anno salariū debeatur mortuo.*

DE SERVIENDO officio.

1 PRO Seruitij tempore solūmodo, non alias salarium debetur, ex Capicio dec. 125. numer. 4. & seq. secundum laborē enim vnusquisque mercedem debet accipere. Paulus, 2. ad Corint. c. 3 & pro quo tēpore quis serbibit, salarium etiam nō expresse constitutum accipere potest, & debet, vt tale probatur Dec. Genuensi. 115. per totam, vbi rectè intelligitur. l. salariū. C. mandati, pro labore enim salarium datur. gl. 1. per text. ibi, in l. 11. ti. 8. p. 5. Vnde consequēs est necessarium per argumentum à contrario sensu, non deberi salarium non laborāti, Bal. in l. liberti. num. 11. C. de oper. liber. Imo negligentem in officio salario priuari, docet Parisi. de Puteo de syndicatu. §. iudices quasi conuicti. nu. 3. tom. 13. tracta. fol. mihi. 82. Baeza de decima tutoris. c. 13. Amedeus de syndicatu. num. 84. Auiles. c. 1. prœ. verb. A las partes. num. 38. fol. 36. vnde nec ante finitū negotium salarium deberi, docet

2 Specul. lib. 1. de salario. §. nunc, de procuratorum. nu. 7. fol. mihi. 133. licet secus ibidem ipse existimet in aduocati salario. §. sequitur de aduocatorum. nu. 14. Sed salarium deberi ante ne

3 gotium, aut tempus finitum decedenti etiam, pro quo tēpore seruiuit, tenet Bald. in l. ædem. 2. nu. 8. & sequentibus. C. locati. Alex. in l. si vno. §. item quidam, locati. Bal. in l. si partis, de lega. 1. sed in salario & facto diuiduo

uiduo diuidi, & pro parte debe ri docet late Alexan. in l. diem functo, de offic. assessoris, & ibi glo. alias in vnico facto non deberetur, nisi post administratio nem & operam præstitam, ex Bald. in d. l. liberi, à nu. 11. C. de
4 oper. liber. vnde absenti salariũ non debetur, nisi in quantum li cẽtia absentiæ data fuit, vt probat l. penul. vbi glos. & Bart. C. de proximis sacr. scrin. li. 12. gl. in l. si desertorem. §. si ad diem, verb. commeatus, de re militari, Bald. in l. si ea. C. de cond. in- stit. Bar. in l. per hāc. alias. l. iubemus. C. de erogatione mili. anno. li. 12. Ioan. de Pra. in l. si quis ita. §. si duobus, de condi. & demonstra. Bald. item in auth. habita. C. ne filius pro patre. Alexand. in l. diem, de offic. assesso- rum, nu. 33. Auiles d. c. 1. præt. verb. salario, nu. 12. & ita maior honor debetur administranti præsenti, quā absenti, ex Chassaneo in Catalog. glor. mundi. 6. p. consi. 3. Quin apud nos grauior est imposita pœna, cū mādatis Regijs etiam pœna suspēsionis officij imponitur absen-
5 ti sine superioris licentia, ex qua etiam præsentiæ necessitate & fulcitur quod supra vidisti glos. 28. videlicet fiscalem non posse per substitutum seruire, quod & probat Spec. lib. 1. titu. de salarijs. § postremo. nu. 8. licet contrarium videatur sentire Alexan. in l. diem functo. 4. nu. 23. de offic. assessorum. Sed profecto negari non potest personæ industriā à Principe fuisse electā, & ita alteri dlegari nō posse. l. inter artifices. 31. de solutionibus, cum alijs, & in nostris ordinationibus cauetur, vt vidisti d. glo. 28. & supra gl. 6. & alijs, sed ex legitima absentiæ, vel infirmitatis causa rectè poterit sibi procurator substitutum nominare, ex Ang. in auth. vt cler. apud prop. Episco. col. 6. Quod
6 & pater meus fecit suo tempore, & ego feci. Infirmo etiā pro tempore infirmitatis impedito salarium debetur, cū etiam infirmus dicatur seruire. l. si cui. 38. § fi. & ibi Bar. ex quibus cau sis mai. Cap. rol. q. 350. in additione. A mod. de syndi. nu. 187. l. 4. tit. 31. par. 2. glo. in l. 7. tit. 2. p. 5. Auiles d. c. 1. præt. ver. salario. nu. 19. & ita conductus pro anno alteri seruire, & si aliquo tempore infirmetur, finito anno, illo anno, non tenebitur reficere, nec seruire ex Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. nu. 63. de leg. 2. Quin famulo infirmo modicas saltem expensas dominus facere tenetur. Bald. in l. si cum dotem. 23. §. sin autem. in sæuissimo. num. 8. & 9. soluto matrimonio, & Auiles vbi pro-
7 xime: & incipiēti pro anno seruire, & ante eius finē mortuo, integri anni salarium deberi, tenet Bal. in l. 1. C. de suffragijs, glo magna, & Bart. in l. vno. §. item

item cũ quidam. ff. locati plenius idem Barto. in l. 1. §. diuus. de var. & extr. cog. idem Bart. & Alex. in l. diem, de offi. assessorum, d. l. 4. ti. 31. p. 2. & l. 9. tit. 8. p. 5. Auiles d. c. 1. nu. 17. Sed dubio procul apud nos contrarium obseruatur, & ita semper vidi, præterquam in sancto Inquisitionis officio, nam cũ Initio quorumlibet quatuor mensium tertia salarij pars soluatur sancti tribunalis officialibus, si ante finitos illos mẽses, vel moriatur, vel promoueatur, nil ex dicto salario restituit, prout & in patre meo, & alijs obseruari, at aliás nunquam id vidi. Bene verum est, Regiam humanitatem semper aliquam partem salarij, vel viduæ, vel filijs auditoris, vel similium concedere; id autem gratia, & regali libaralitate potius, quã stricto iure fit.

Gloss. 40.

Que con vuestras cartas de pago, y traslado signado desta mi prouision, y testimonio del dia que como dicho es, salieredes de la dicha ciudad, mando que les sean recebidos y passados en cuenta los marauedis q̃ assi os dieren, y pagaren, sin otro recaudo alguno, y que assienten esta mi prouision en los libros que tienen.

1 *Instrumẽtum solutionis datur ab accipiente.*
2 *Solutio potest per testes probari.*
3 *Soluenti cauendum est in scriptis.*
4 *Instrumentum in solutione fiscalibus solum probat.*
5 *Maximi commodi est instrumentum.*

DE APOCHA SOLUTIONIS.

1 Tria requiruntur hîc ad salarij solutionẽ ex parte soluentium, vltra ea quæ ante requisita sunt in recipiente solutionem, quæ & cum his cõuertuntur, vt in proximis glossis vidisti: ex his autem tribus duo, mandatum scilicet Regis nostri, & testimonium itineris arrepti, suis locis explicata sunt: tertium autem, instrumentum scilicet solutionis pro commodiori probatione requiritur: & licet in his tribus instrumentũ intercedat, tamen peculiariter istud solutionis, ibi: Cartas de pago, & licet possit solutio per testes probari, in tantum, vt id obtineat, etiamsi contrariũ pactum procedat, & tale pactum
2 non valeat, vt ex alijs refert Suarez in thesauro comm. opinio. verb. solutio. 2. ex Antonio de Can. in tracta. de execut. instru. quæstio. 36. num. 75. Folerio in

pragmatica de censibus, versic. quæ quidē executio nullo falsitatis.num. 57. & seq. Imò instrumentū quitationis non probat, nisi in eo plene de solutione constet, vt docet Stracha de adiecto. §. quādo adiecto solui possit, nu. 125 tamē soluēti cauēdum est in scriptis. l. plures. 18. C. de fide instrument. quod maximam affert vtilitatem soluēti, nam allegans solutionem, eam tenetur probare. l. 1. C. de probationibus. l. 1. tit. 14. part. 3. nisi vel quitationis instrumentum ostēdat, vel instrumēnti debitum cācellatum. l. si chirographum. 24. de probationibus, secundum Petrum in dict. l. 1. De quo etiam videnda sunt notata in l. 2. de pactis, & licet id videatur intelligendum respectu ipsius, cui debet fieri solutio, non autem respectu tertij, vt notat Collector commu. opinio. lib. 17. verb. solutio: tamen maximi commodi omninò est instrumentum, quod probatio probata dicitur, & manifestam facit probationem. Mascard. concl. 906 per totam, & dec. Genuēs. 59. à nu. 1. & 152. num. 1. Quod præcipue procedit in fisco, cū solutio ei facta aliter non possit probari, nō enim probatur per testes, sed per scripturam, Bart. in l. etsi. 3. C. de fide instrumen. lib. 10. notab. 3. & l. si tempora. 4. eodem titu. ibi. Solum libros censuales agnouit, & vidisti supra gloss. 16. speciali. 20. numer. 123. Pro qua etiam parte considerari potest, l. nomen, secundum vnam lecturam. C. quę res pignori obligari possunt, vbi debitor nō tenetur soluere creditori creditoris sui, nisi de cessione constet per publicum instrumentum. Nec denuntiatio aliter prodest denuntianti, Bar. in l. 1. in princip. de nou. operis nuntiatio. licet contrarium teneat Speculator per dict. l. nomen. Corne. consil. 61. 5. p. Sed vt omnes cessent difficultates, & solutionis instrumentū hic requiritur, & vt titulus hic describatur in officialium libris, ne aliqua vnquam oriri possit dubitatio, an iure solutio salarij fuerit facta.

3 (margin number beside "C. de fide instrument.")

4 (margin number beside "mentum, quod probatio")

Gloss. 41.

Y assentada, os la bueluā originalmente, para que la tengays por titulo.

1 *Titulus officij debet esse in scriptis.*

2 *Possessio, nec alia pro titulo sufficiūt sed instrumentum.*

3 *Post receptum quem, sufficit probatio tituli per testes.*

DE TITVLO OFFICII.

1 CVM Titulus ad officiū obtinendum sit necessarius, vt supra

supra probauimus, gloss. 27. Y por esta mi carta, & is titulus in scriptis debeat esse, ex Rebuff. in praxi ben. titu. de forma literatum tonsuræ. nume. 22. cum tribus seqq. & tradit Auiles ca. 1. prætor. verb. Cartas, & videbis infra gloss. 45. iure optimo titulus hic mihi reddi iubetur, vt habeam pro titulo, & omni tempore huiusmodi titulū petitum possim exhibere, si ad id per superiorem ex officio agatur, vt latè tradit Rebuf. in praxi beneficiali, titul. de rescriptis ad beneficia vacantia, num. 17. & alijs: titulus enim simpliciter necessarius est, vt hoc probatur, & vidisti dict. gloss. 27. Y
2 por esta mi carta, & ita inde argumētum insurgit concludēs: nam titulus in hoc officio necessrius est: at cùm titulus necessarius est, longa possesio non sufficit: ergo titulus petitus semper debet exhiberi, nō obstante possessione officij. Discursus argumentationis legitimus est, maiorem probauimus supra dict. gloss. 27. minorem autem latè probat Alciat. de præsumptionibus, regul. 2. præsumptione 4. nu. 3. quia nec Principis tollerantia pro titulo est, vt in decimis docet Geminianus in cap. 2. de præb. libr. 6. & facit argumentū Clementi. si Romanus Pontifex, de præbend. & facit quod dixi supra gloss. 20. num. 3. & ita perceptio salarij nō pro bat officium, vidisti supra glos. 35. Consequentia autem rectè
3 infertur. Quin licet gesta à præsumpto officiali, & pro tali habito valeant, & teneant, vt probat l. Barbarius Philippus, & quæ ibi notantur de offici prætor. tamen talis possesio eum non probat officialem, nec verum possessorem, ex Boer. decisio. 150. numer. 5. Alciato de præsumptionibus. regul. 2. præsumptione. 4. Vnde semper à superiore, vel à iudice requisitus, titulum debet exhibere: licet secus cùm à priuato id petitur, intelligat Rebuf. supra relatus, nec Fiscalis tenetur in processu probare se talem, Guido Pap. decision. 259. vidisti supra glo. 16. in fin. nume. 218. & glo. 20. §. 9. num. 134. Quin in ___ ctum etiam per testes titulum posse probari, decet Rebuf. vbi supra, titul. de forma literarum tonsuræ. num. 23. Et in casu tonsuræ iam vidisti de facto. Hoc autem quod de probatione titu li per testes diximus, intelligit & limitat Auiles cap. 1. prætor. verb. Cartas, nume. 9. cùm iam ad officium semel receptus fuit secus autem à principio, quod verum credo.

Gloss. 42.

Del dicho oficio.

1 *Officium quot dupliciter accipiatur.*

DE NOMINE OFFICII.

1 DVplex habet significatum hoc verbum, officium, sumitur enim, & pro iurisdictione, & pro administratione. Bettachinus in repertorio, verb. officium. 14. ex cap. Saluator. 1 q. quæstion. 3. & Cardinal. in Clementina. 2. § 1. de ætate & quali. & generaliter id, ad quod quis tenetur, officium dicitur, vnde magistratuum officia dicuntur in titulis primi libri Doctorũ, & latè per Prateium de verbis iuris, & Calepinum in suo dictionario, quin & magistratus ipse officium dicitur. l. fideiussor. 7. §. vltim. qui satisdare cogantur, & hoc, & pro administratione, & pro iurisdictione, & alijs modis potest sumi, vt in supradictis glossis vidisti.

Gloss. 43.

Dada en san Lorenço.

1 *Data est de substantia rescripti.*

2 *Idem in instrumentis tabellionis.*

3 *In accusationibus, & in alijs.*

4 *Locus loci an debeat exprimi, & num. 8.*

5 *Confinia debent exprimi.*

6 *Priuilegio Principis creditur propter maximam solennitatem.*

7 *Imperatori creditur de facto proprio.*

DE DATA.

1 DAta de substantia est in rescriptis, vt tradit Rebuff. in praxi ben. dict. titu. de forma literarum tonsuræ. num. 19. pag. 16. Ias. in repetit. l. admonendi, de iur. iuran. nu. 163. sed etiam
2 in instrumentis à tabellione cõfectis loci appositio de substantia est. l. optimã, & ibi omnes, C. de contrahenda & commit. stip. Specula. de instrumentorũ editione. §. 1. Bar. in l. lecta, nu. 34. si cert. petat. & authen. quibus modis nat. efficiant. leg. nu. 3. & 4. in l. generali. C. de tab. libr. 10. Bartol. in authentic. vt præp. no. imp. nume. 7. Rebuff. in praxi ben. tit. de forma literarum tonsuræ, num. 7. & 10. pag. 15. Maranta de ordi. iudic. part. 6. de instr. productione, nu. 21. Quin in accusationibus etiam idem obseruari probat Bart. in
3 l. liberorum, de accusationibus numer. 2. etiam si ciuiliter agatur, vt docet idem Bar. in l. prætor edixit, de iniurijs num. 1. & in l. viro atque vxori, num. 7. solut. matrimo. Quin generaliter in actionibus ciuilibus docet glos. verb. confertur, in cap. Ab bate, sane, de re iudica. lib. 6. Ber
4 tol. in l. qua quisque, num. 9. de edendo. Et non solum debet locus exprimi, vt vidisti, sed etiã locus loci, vt docet Bartol. in dict. authentic. quibus modis nat. & in l. de pupillo. §. qui autem,

tem, nu. 2. & 3. de nou. ope. nũ. & in d. auth. vt præponatur nomen Imp. num. 8. et alibi sæpe Greg. in l. 54 tit. 18. p. 3. gloss. 4. et in l. 12. tit. 9. part. 4. glos. 2. vbi quid sit in adulterio, et an in accusatione criminali, glo. 4. l. 14. per text. ibi, tit. 1. Bart. in d. l. libellorum, nu. 5. de accusationibus.
5 Ex quibus posset difficilis reddi hæc datæ appositio, cùm loci locus non exprimatur, nisi facile excusaretur per Barto. in dict. l. libellorũ, vbi docet, hoc de confinibus non intelligi de loco adeo insigni et noto, vt alia non egeat demonstratione, de quo et aliqua vidisti supra glos. 4. Lo que vos el dicho Licenciado, &c. Et cùm conuentus diuo Laurentio dicatus à pijssimo et sanctissimo nostro Secũdo Philippo constructus à primo lapide vsque ad vltimũ, item et dotatus, à nullo non cognitus, nõ solum ex nostris, sed et externis, vel longissime sit, nil mirũ, si alia non egeat demonstratione, præterquam etiamsi loci ap-
6 positione Principis priuilegiũ valet, cùm propter maximam solennitatem, et sigilli appositionem omnis sinistra suspicio cesset, vt tradit Grego. in l. 2. ti. 18. par. 3. glo. 11. et glo. 1. l. 44. et
7 glo. 4. l. 54. eod. tit. et videbis aliqua infra, glo. 49. Quin Imperatori semper creditur de facto proprio sine die et consule, ex Bald. in l. ex his, circa finem, C. de testa. militis. Paul. cons. 33. in l. quæro, in fi. de ædil. edict. Cardinalis in Clement. 2. de re iud.
8 2. quæst. et Bettachino in repertorio, ver. Impetator. 100. Nec regulariter in vsu est, vt locus loci apponatur, nec præterquã in mea Hispalẽsi ciuitate id seruari vidi, ibi enim semper apponitur in instrumentis, factũ Hispali in domo talis, &c. Sed prout dixi, id aliàs nũquam fieri vidi, nec fortè necesse est, cùm regulariter factum præsumatur instrumentum in loco domicilij, vt docet dec. Genu. 126. num. 5.

Gloss. 44.

A quatro de Otubre de mil y quinientos y nouenta y siete.

1 Dies apponi debet, & an in principio, vel fine.
2 Hora an apponi debeat.
3 Cautus sit actor, ne plusquam necesse est, apponat.

DE DIE DATAE.

1 NON Solum locus apponi debet, vt vidisti glosi. proxima, sed et dies etiam, vt hoc vides l. generali. C. de tabul. libr. 10. Bartol. in l. in summa. l. Labeo num. 2. de aqua pluu. arcẽ. Greg. in l. 44. tit. 18. p. 3. Rebuf. in

in praxi ben. tit. de forma liter. tonsur. nu. 6. pag. 15. & supra re lati, quin regulariter debet in principio poni. ex Bal. in tit. de pace constantiæ. §. pacta. nu. 2. in vsibus feudorum, sed ex eo quod in fine ponatur, nō vitiatur instrumentū, ex eod. Bal. quin frequentius apud nos dies in fine ponitur, & in regalibus prouisionibus semper, vt hoc vides. In priuilegio enim vt hoc præcise necessaria est dici appositio. Bar. in l. cōstitutione, eod. §. quibus, & inde est, vt cum dicis appositione, semper debeant edi literæ Apostolicæ, vt tradit Boberius in sing. ver. editio. n. 7. quin non solum dies apponi debet in accusationibus, ex Bal.

2 in l. si quando. 6. q. C. de testib. per cap. Abbate sane, de re iud. lib. 6. Sed & hora etiam debet inferi, si ex ea fiat punibile, vel non punibile delictum. Bart. in l. libellorum, de accusati. nu. 12. & Gregor. in l. 54. vbi supra, & notant communiter criminalistæ; sed consulti esse debet actores, ne aut diem, aut horam apponat in accusatione, nisi id præcise requiratur: nam magnum onus assumunt id aponendo, si

3 enim etiam superflue diē, vel horam apponāt, nec de die, vel hora specificè probauerint, absoluetur reus, nisi ad eius petitionem fiat, vt tradit Bar. in l. is qui reus de publicis iud. nu. 9. & in l. Pātonius. §. rei nul. 3. de acqui

quir. & hæred. quibus consonat, quæ adducit Bernard. Diaz in practic. criminal. can. c. 5. vbi expresse tenet delatorem, vel accusatorem teneri implere id, ad quod se sine causa adstrinxit, de quo etiam vidisti supra, glo. 17. à num. 18.

Gloss. 45.

Yo el Principe.

1 *Subscriptio necessaria est.*

2 *Nemo ad officiū admittitur sine literis Principis sigillatis.*

3 *Subscriptio efficit, vt tota scriptura censeatur facta manu subscribentis.*

4 *Subscriptio an sit necessaria, si tota scriptura manu obligantis scribatur.*

5 *Constitutiones subscriptiones appellantur.*

6 *Hodie subscriptio requiritur in instrumentis.*

7 *Subscriptio an requiratur in inuentario.*

8 *In alienatione rei Ecclesiasticæ necessaria est subscriptio canonicorum.*

Testes aliquando tenentur subscribere.

9 *Patre viuente, filius non potest regnum administrare.*

10 *In suis hæredibus non successio, sed continuatio est.*

Suus non dicitur acquirere hæreditatem.

Patre

11 *Patre viuēte, filius dici poteſt Rex, Dux, vel Marchio.*
12 *Filio an Regni adminiſtrationem Rex poſſit concedere.*

DE SVBSCRIPTIONE.

1 SVbſcriptio hæc eſt Philippi
noſtri Tertij nunc Regis, tūc
autem huius regni primogeni
tis quæ ſubſcriptio præciſe ne-
ceſſaria eſt. l. probatorias. 9. C.
de diu. officijs lib. 12. l. 24 titu. 9.
lib. 2. ord quæ eſt l. 10. tit. 4. lib.
2. Rec vbi quæ per Regem ſub
ſcribantur; & Gregor. in l. 26.
tit. 18 part. 3. & videbis infrà gl.
47. & 48. & vt patet, hæc Regis
ſubſcriptio maioris momenti,
& authoritatis eſt, quam ſecre-
tarij ſubſcriptio, & eam ſupplet
Rebuff. in praxi ben. titu. de for
2 ma literarum tonſuræ. num. 21.
nam nemo poteſt ad officium
admitti ſine literis Principis ſi-
gillatis. l. 2. titul. 18. part. 3. in fi-
ne. Chaſſaneus in catalogo glo
riæ mundi. 5. part. conſideratio
ne. 24. caſu. 61. fol. 134. de quo
etiam eſt vidēdus Ioan. de Grā
tia de ſubſtantia procuratoris,
& vidiſti ſupra gloſſ. 27. eſtquè
l. 2. titul. 18. par. 3. in fi. & tan-
3 ti momēti eſt ſubſcriptio, vt to
ta ſcriptura manu ſubſcribentis
cenſeatur ſcripta. l. cum anti-
quitas. §. fin. C. de teſtamē. dec.
Gen. 51. numero 2. & dec. 186.
numer. 1. & dec. 126. numer. 2.
& 6. & dec. 163. numer. 2. Eſtq;
gloſſ. 6. l. 31. tit. 13. p. 5. l. 3. & ibi
gl. 2. & 3 tit. p. 6. Bar. in l. quæ
dotis, à nu. 18. ſol. matri. Tiraq.
de retract. lig. gl. 9. §. 1. à nu. 46.
& §. 4. glo. 1. nu 34. Fel. in cap.
quoniam contra, nu. 43. de pro.
bat. late R. Suarez in l. poſt rem.
in declaratio. l. regni, amplia. 2.
nu. 6. quin ſubſcribentem etiā
tertium obligari probat. l. fide-
iuſſor. §. pater, de pignoribus,
& notatur in l. ſi ita ſtipulatus.
§. Criſogonus, de verbor. obli.
4 Soci. regu. 477. & dec. Genuæ.
72. Quin nō ſufficere, etſi totū
inſtrumentum manu propria
ſit ſcriptum, niſi & ſubſcriptū
ſit; ex Paulo in l. cum antiqui-
tas. C. de teſtamentis, refert, &
tenet Gregor. in l. 7. tit. 15. p. 4.
gloſſ. 2. licet contrarium teneat
idem Greg. in l. 2. tit. 1. p. 6. gl. 3.
& Paul. in d. l. cum antiquitas.
nu. 7. quod & ipſa l. cū antiqui-
tas, videtur probare: et cum tan
ti momenti ſit ſubſcriptio, eue
5 nit, vt Principum cōſtitutiones
dicerentur, quibus præſentibus
reſpondebant. l. 1. C. de conſti-
tutioni. Princ. ibi. Quodcumq;
igitur Imperator per epiſtolam
et ſubſcriptionem ſtatuit, &c.
Cuius forma ponitur, vt in l. ſed
ſi addes. 21. § fi. locati, vt voluit
Prateius de verbis iuris ver. ſub
ſcriptio; et hodie apud nos in
6 omnibus inſtrumētis partis ſub
ſcriptio neceſſaria eſt. l. 13. titu.
25. rec. quod etiā in teſta nūcu-
patiuo procedere ex dec. Nea-

pol.166. & alijs tenet Grego. in l.2. titul.1. part.2. & licet in inuentario saltem de consuetu-
7 dine in hoc regno subscriptionem non seruari, docet Gregorius in l.5. tit.6. par.6. glos.16. tamē contrarium de iure esse, docet Specula. titul. de instrum. quod & plures allegans sentit ipsemet Gregorius. Et cùm inuentarium fit per procuratorem, talem procuratorem necessariò debere subscribere, notat ipse, & in rei Ecclesiasticæ alienatione Canonicorum subscri-
8 ptionem esse necessariam, cap. 1. vbi notat Abb. de his quæ fiūt à prela. sine consensu ca. Greg. id limitans in gloss. 1. l. 2. tit. 14. p.1. Quin & multis casibus etiā testium subscriptio necessaria est, quos enumerat Socin. reg. 476. quibus & alius casus addēdus est, in codicilis scilicet etiā in scriptis factis, in his enim testium subscriptio non requiritur, vt post longam disputationem resoluit Grego. in l.3. tit. 12. part. 6. gl. 2. Regulariter autem testium subscriptio non est necessaria vt per Socin. dict. regu. 476. Quin nec etiam in Regijs literis subscriptio testium necessaria est, gloss. 3. l.1. titu. 18. part. 3.

Illud autem difficilius hic videtur, titulum hunc non à Re-
9 ge, cuius nomine expeditur, sed à primogenito viuente adhuc patre, expediri: quod difficile videtur ex cap. Moyses. 8. quæst. 1. ex quo glos. in l. 2. titu. 15. p. 2. existimat, viuente patre, non posse regni administrationem filio concedi. Nec quis mihi obijciat vulgarem l. in suis. 11. de lib. & posthu. §. in suis de hæred. qual. & dif. vbi probari videtur, in suis hæredibus successionem non esse, sed veteris dominij continuationem in filium, sicut & viuente patre habebat & ita licet extraneus cū hereditatē habet, dicatur lucratiuo titulo possidere, gloss. in l. si duo, de acquiren. hæredita. & l. 1. C. de imponenda lucratiua descriptione, lib. 10. attamen in filio id non dicitur. l. cum ratio: ff. de bonis damnatorum l. scripto, vnde liberi, & ex glo. Barr. Bald. in l. 4. C. de iur. & facti ignorantia, refert Guilliermus in cap. Raynuntius, de testa. verb. mortuo itaque testatore. 2. nu. 51. 2. part. fol. 130. Vnde & filius familias, sicut & pater familias dicitur, quasi solum in generante & generato, non autem in dominio sit differentia, vt, quō cæteri sequuntur, docet Barto. in dict. l. in suis, imò eadem persona cum patre dicitur filius, et pars eius. l. cum scimus. 24. in fi. C. de agricolis et censitis, lib. 11. Ioannes Licitier de primogenitura lib. 1. quæstione. 25. nume. 27. Cuius rei rationem reddit Ioannes Lignagier de amicitia. §. dictum, num. 55. vct. de crimi-

ctimiae læsæ maiesta. quæst.5. num.14. vnde filius viuente patre, Rex dicitur, Dux, Comes, vel Marchio, cuius rei ratione plura cumulat Tiraque. in præfatione tractatus le mort. declaratione.4. late Chassa in catalog.glo.mund.5.par. conside ratione.4. et in consuetu. Burg. tit. des iustices.§.5.verb. du Prince.num.19.fol.61. Boer. de author.mag. Consilij, nume. 106. 11 Ioannes Licirier de primogen. quæst.14.1.lib. 1.nu. 25. Restaurus Castaldus de Imperatore.q. 46.nume.10. Paris de Put. de re militari, lib.7.§.quoniam.nu. 3. Parisius consi.141.volu.4. Corsetus de potestate Regia.2.par. num.25. Didac. Perez glos. 1.l. 3.tit.2.lib.2.ordin. Dueñas reg. 55.num.10. & vide inter comunes.1.tom.carta.450. Sutq; pro hac parte quasi iura expressa. c. Adrianus.63.distin.ibi, Ad Blasium Imperatorem, et ad filios eius Cōstantinum, et Leonem Augustos, cap.1. de pace cōstātiæ, ibi, Nos Federicus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, &c. Filius eius Rex Augustus, et in principio capituli, Nos Romanorum Imperator, et filius noster Henricus Romanorum Rex: at non proprie id intelligitur, sed improprie, viuente enim patre, filius improprie dominus potest dici, vt notant iura supra num. 9. relati, ibi, Quasi quæ verba improprietatem denotant, vt tenent omnes supra relati, et Ioānes Licirier de primogenitura quæstione.24.libro. 1.nume. 1. quod non sufficeret ad huius tituli validitatem, nisi mandato generali nostri Secundi Philippi sanctissimi Regis cautum fuerit, vt filij subscriptioni crederetur, et ita videbis infra, glossa proxima, ibi, Su Alteza en su nombre. Hoc autem ideò fuit, quia iam hoc tempore grauius cœpit infirmari sanctissimus Rex, & necesse fuit, vt negotijs quibus semper nulli vnquam labori parcens, indefesse insudauit, aliquātulum abstinere, inde quæ regia egebant subscriptione, à nostro Tertio Philippo inuicto nunc Rege subscripta fuerunt, aliàs autem id facere non posset, nisi forsan communi opinione niterentur priuilegia, vt quia pro iam Rege filius haberetur, vt consuluit Ale- 12 xander.1.part.consilio.138. Sed adhuc difficile est, quod additio ad Boerium de authoritate magni Cōnsilij dict. nume. ro. 106. notat, Regem posse quo ad nomen, nō autem quo ad gubernationem filio dignitatem communicare, allegans ad id Archid. in §. item obijcitur.2.quæstio.1. Bald. in proœmio feudorum, versic. aliquis, sed

sed pauca de Principe, de quo ibi per modernos, & cap. filijs. 16. quæstione 7. Aluar. in cap. 1. versic. an filius Regis. titul. quis dicatur Dux, Marchio, &c. & Gregor. supra relatus dict. glos. 11. l. 2. titul. 15. part. 2. Sed meo videri præter Gregorium, cæteri non videntur affirmare, nõ posse Regem administrationẽ concedere cum nomine, sed posse nomen sine administratione concedere, quod & expresse refert Corsetus de potestate Regia. 5. par. num. 41. Non tamen inde infertur, non posse cum nomine & administrationem concedi, quin etsi id expresse tenerent, prout & Gregor. tamen ego cõtrarium existimarem: puto etenim administrationem facilius quam dignitatem & nomen cõcedi, dignitas enim personæ adhæret, vt in Ducibus, Marchionibus, & alijs dignitatibus videmus, quę adeò personalia sunt, vt nec ad successorem etiam transeãt, nisi à Rege ipso, vtpote omnium dignitatum fonte, successori conferantur, quod & probat, & resoluit Palladorus rerum quotidianarum. 2. part. ca. 13. num. 3. ex Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione 11. numer. Administratio autem non solum filio, sed consilijs & audientijs concedi potest, & est concessa, vt in earum ordinationibus cauetur, dignitatemque considero actionem directam, quæ officijs inhæret, administrationem autem exercitium, & vtilem actionem, quæ & demãdari potest, & demãdatur quotidie, vt notatur in l. actio, de negotijs gestis. Vnde & hoc tempore & alijs hæc administratio filijs Regum demãdata est, quod sine difficultate, & in 2. Philippo respectu Caroli Quinti, & in Tertio Philippo respectu Secundi contigit.

Gloss. 46.

Yo Iuan de Ybarra Secretario del Rey nuestro señor, la fize escriuir por su mandado, su Alteza en su nõbre.

1 *Subscriptio priuilegiorum regaliũ ad secretarium spectat.*
2 *Clausula subscriptionis secretarij simpliciter est necessaria ad validitatem.*
3 *Schedula sine subscriptione valet, sed non instrumentum.*

DE SVBSCRIPTIONE secretarij.

1 Scriptio regalium priuilegiorum ad eiusdem Regis secretarium spectat, quæ & magna eiusdem preheminentia est, ex Chassaneo in Catalogo gloriæ mundi. 6. part. consideration. 9.

Estq;

Estque apud nos.l.7.& 8.titu.9. part.2.vnde clausula, de qua in hac gloss.scilicet ego talis nota rius,vel secretarius magnæ im
2 portantiæ est, imò de substantia est huius instrumenti,ex Bal do in titul. de pace constantiæ, nume.1.Hugo de clausulis, nu mer.254.Rebuffus in praxi bene.titul.de forma literarum tõsuræ,numero.21.pag.16.Platea in l.2.numer.2.C.de conu.fisc. deb.libr.10.& est videnda l.2. titul.18.part.3.in fin. tantique momenti est hæc clausula, vt ad validitatem actus simpliciter necessaria sit,& licet schedula manu contrahentis scripta sufficiat,etiam sine subscrip-
3 tione, vt voluit Paulus, & alij, vt vidisti supra,gloss.46.nume. 4.Tamen in notario id nõ procedit ex eodem Paulo in dict. l. cum antiquitas. C. de titulis, vnde etiam si à notario scriptum sit instrumentum, adhuc notarij subscriptio est necessaria,& magis id procedit in nostro Regno in literis Regijs,l. 15.tit.15.lib.2.Recop.vbi prohibentur Regiæ literæ sigillari, quæ à Regis secretario nõ sunt subscriptæ, vnde merito titulus hic subscribitur, & ipse Regis mandato eam subscriptionem fieri affirmat ipse.

Post hęc autem à tergo sunt subscriptiones dominõ consiliariorum regalis Indiarum consilij in hunc modum; & ita licet digniores sint domini Præses, & consiliarij:tamen quia à tergo subscribunt hoc loco, eorũ subscriptiones põnuntur.

Gloss.47.

El Liceciado Laguna. El Licenciado Benito Rodriguez Baltodano. Liceciado Agustin Aluarez de Toledo. El Licenciado Pedro Brabo de Sotomayor. Licenciado Molina de Medrano. El Licenciado Gonçalo de Apote.

1 *Nardius an consilium Rex teneatur sumere.*
2 *Consiliarij Regem tenentur consulere.*
3 *Non tenentur subscribere consiliarij quod regnò non expedit.*
4 *In officiorum prouisionibus senatores subscribere debent.*
5 *Tardius magis requiritur subscriptio.*

DE SVBSCRIPTIONE consiliariorum.

1 Robertio.13. Qui agunt omnia cum consilio,reguntur sapientia & optimum est iudiciũ, quod plurimorum sententia cõfirmatur.c.prudentiam,de offic, dele.ideo quæ magni momẽti sunt,Rex solet cũ consiliariorũ senten-

sententia expedire, text & ibi Bal. & Ias. in l. placet. 1. lectura. C. de sacrosan. eccle. nu. 8. l. nō dubium. C. de decurio. li. 10. l. 19. tit. 1. p. 1 & in talibus grauibus negotijs Papam, vel Regē præcise teneri proceres consulere tenet ex alijs Mencha. illustriū quæstio. lib. 1. c. 23. vnde à fortiori legem sine procerum consilio Rex non condit, vt quotidie videmus, & tradit Ioannes
2 Montaigne de Parlamentis. §. adde, quod quamuis, num. 4. & 5. & Senatores ipsi Regem tenentur consulere, ex Salicet. in l. fin. not. 1. C. de pactis. c. fin. de dilationibus, circa medium: illud enim, quod cum procerum consilio fit, ad bonum reipublicæ redundat. Bal. in l. humanū, nu. 1. C. de legibus. Vnde cùm tanti momenti officiorum prouisio sit, indequè & Regis, & Regni quies depēdeat, iure optimo cum consiliariorum con-
3 silio id fit, vnde & iubetur, vt singuli tituli à consulentibus subscribantur, vt semper qui fuerint, sciatur, & facti sui teneantur rationem reddere, ex l. 13. tit. 4. lib. 2. Rec. Vnde si aliquid fiat præter id, quod Regi, aut Regno expediat, cōsiliarij subscribere non tenentur, nec debent. Luc. de Pen. in l. 2. C. de tabularijs, li. 10. refert late Auiles im proœm. capitum corr. ver.
4 Acordo, præcipue nu. 15. Vnde forsan cautum est. l. 2. & 15. ti. 3. lib. 2. ord. vt ad minus quatuor ex Regijs cōsiliarijs titulos, seu prouisiones, ita enim vulgariter dicimus, subscribant, nec aliter prouisio expedita debet sigillari, nisi consiliariorum sub-
5 scriptiones præcedant. l. 15. tit. 15. lib. 2. reco. & cū tanti momēti sigillum sit, vt statim videbis, facile poteris inferre, quanti & hæc consiliariorum subscriptione haberi debent: in his enim valde arduis magis subscriptio desideratur: vnde laici inter essentes electioni Episcopi subscribere tenentur, ex gloss. fin. cap. Hadrianus 2. 63. distinctio. & testes etiam aliquando subscribunt, vt remissiuè vidisti supra, glo 46. num. 8.

Gloss. 48. fin.

Registrada Gabriel de Hoa, Por Chanciller, Pedro de Ledesma.

1 *Regum est priuilegia sigillo roborare.*
2 *Sigillata epistola fides tribuatur.*
3 *Sigillum quantum importet in Regijs literis.*
4 *Sigillum est de substantia.*

DE SIGILLO.

1 HI duo pro complemēto subscribunt, inter quorum subscriptiones sigillum Regiū est, quod

quod robur huic titulo tribuit, Regũ enim est propriam, scrip turã proprio sigillo roborare, ex Corseto de potestate Regia. 3.part.num.31.& Princeps etiam per sigillo procuratorem constituit, vt docet Chassaneus in catalogo glor.mund.5.par.consi. 24.casu.186.& Dambouderius in praxi rerum ciuilium. ca.90. nu.4.Quin & aliquãdo priuati etiam sigillo propriasepistolas, vel instrumenta muniunt, magniq; momenti illud est, efficit enim, vt fides adhibeatur tali epistolæ, & pro subscriptione est, vt tradit Ias.in repetitione l.admonendi.nu.91.de iur.iur:
2 & Hippo.in rubri.C.de probatio.nu.300. At in Regijs titulis magnæ importantię sigillũ est, ex Bald.in l.Imperialis clementiæ, relato à Guidone Pap.sing. 517.& l.44.& ibi glo.3.tit.18.p. 3.Est enim mutus testis, qui cõtenta in scriptura testificat. l.1. tit.20.part.3. verificat namquè literam Regis. Andr.de Isernia de prohibita feud. alienati. per Loth. c.quoniam, allegans.l.2. C.de rebus alien.Estq; glos.fin. l.1.tit.18.par.3.sigillum enim facit scripturam indubitatam, vt docet additio ad Mathesillanũ sing.22.nu.quod præcipue procedit, sigillũ Regiũ sit, vt plene probat gl.fi.l.114 ti.18.p.3.creditur namq; ei etiã ad Principis vtilitatem. Bal.in l.exẽplo. nu. 4. de proba. Chas.in catalo.glo. mun.5.p.considera.24. speciali 186.licet aliàs secus sit ex eodẽ: sigillũ namq; facit authẽticam scripturam, licet non publicã. Abb.in c.1.& 2.in princ.de fide
3 instr.vnde & pro subscriptione est aliquãdo, vt vidisti supr. nu. 1.& probat dec.Gen.126.nu.7. & apud nos in literis Regijs id magis sine scrupulo procedit, de substantia enim in eis sigillũ requiritur.l.3.ti.18.par.3.Vnde priuilegiũ cuius sigillum corrosum est, & in totum separatum non valet.Bar.in l.1.§.fin.de secũ.tab.nec literis etiam supplicationis per Principem nõ sigillatis non creditur, Corne.cons. 312.nu.22. vol.1. & literis Apostolicis, & aliorum prælatorum sigillatis fides adhibetur, idem Corne.cõs.342.n.26.vol.1.quin & sigillis etiam ignotis regulariter creditur.c.1.& 2.18.distin. Soci.reg.491.Sed vt fides adhibeatur, necesse est, vt sigillũ cõsuetum sit, aliàs falsum dicitur rescriptum, quin scriptura quæ altero sigillo deberet roborari, si altero sigilletur, non valet. l. 16.ti.15.li.2.Rec.& de forma sigilli Pap.Imperatoris, vide Specul.de rescripti præsentatione. §.primo igitur.num.2.& 3.vnde nil mirum, si sigillum adulterãs Papæ, Regis, aut Episcopi, tam grauiter puniatur, vt in l. 4.& 6.tit.7,part.7.& l.3.tit.17. lib. 8. Recopila de quo latè per D.Perez in l.21.titul.16 libr.8. ordina-

ordinamenti. Absolutus ergò & omnibus sanè suis numeris est titulus noster, nec in eo aliquid aliud expeti aut desiderari potest, vt ei integra fides debeat adhiberi, & executioni mandari. Eiusdem autem glos sæplura desunt, quę lectori amico addenda relinquo. ea autem quæ in hoc opusculo continentur, emendanda, & castigando trado, dum tamen desiderium nostrum æqui boniquè consulat.

FINIS.

INDEX

INDEX EORVM, QVAE IN hoc volumine continentur, Alphabetico ordine dispositus.

ANIMADVERTAS, OPORTET IN HOC opere nil pene tractari, quod ad fisci priuilegia, & fiscalis officium nõ pertineat: & si in hoc indice in his verbis Fiscus & Fiscalis, quæ eorum propria sunt, scriberentur, maximam Indicis partem consumerent, nimisq; onerata manerent, quod difficultatem, ne dicam maximam molestiam quęrēti adducerent: idcirco in his verbis Fiscus & Fiscalis ea solũ inuenies, quæ vix alijs literis potuerunt accommodari, atq; ita in alijs etiam literis, prout conuenientius tibi videbitur, quę ad fiscum spectant, inuenies.

A

Actio

Adire

Aa tat. in

Arbo-

Bona

Conue-

D

Domi-

Dubium

Emens

Gemi-

Instru-

Iudex

M

lege

O

P

Perscri-

Praedia.

Trans-

LAVS DEO.

VALLESOLETI

Apud Ludouicum Sanchez.

Anno M.DC.VI.

gistrauit i registrationibus bominum pontestinere. τ de
ipsis bonis registratis supportauit onera talearũ factionũ
τ aliarũ cũ aliis hoibus dcı cõitatus a tpe dcı registri scit
usq; ad mortem rufini. deide decessit dictus rufinus q; di-
misit filiũ τ heredeʒ vocatũ h noie qd est iohes. qui ioãnes
tanq̃ filius τ heres dcı quõdaʒ rufini toto tpe vite sue sup
portauit τ sustinuit p dcis bonis registratis onera talearuʒ
τ impositionuʒ cũ aliis hoibus ipsius terre põtestineri.
¶ Decessitq; dictus ioannes τ cõdidit testm̃ i quo testõ
disposuit vt. s. ¶ Itẽ voluit τ mãdauit Johãnes antedi-
ctus q; de cassina ipsius iohãnis p facta videlʒ de medie
tate ipsius cassine versus ortũ solis sit τ fiat hospitale vnũ
cum lectis vbi xp̃i pauperes hospitentur vere et non ficte
egeni pariter τ infirmi qui ibideʒ hospitentur τ recipiant
τ benigne tractentur cui hospitali paupibus τ egenis ser-
uiat medietas sedũinis uacui. i. sine edificiis de versus
dictum latus. s. ortuʒ solis eiusdem iohãnis quod sedimẽ
τ cassina iacet in villa pontiss. iuxta murum dicte ville in
cõtrata leniuca cui coheret via publica duabus partibus
τ domo que consueuit esse plebani de ʒabandinis ¶ In
quo quidem hospitali maxime recipiantur τ sustententur
oẽs indigentes τ de parentella semper sit τ esse debeat re-
ctor gubernator et custos vnus dũmodo sit bone cõditio
nis τ fame persona idonea τ honesta q semper teneat sub
vocabulo sancti Johis euangeliste qd hospitale regat si
aliquis sufficiens fuerit de parentela ipsius ioannis τ sem
per sufficientior ex eis teneatur prestare auxilium consiliũ τ
fauorem illi qui est τ p tempore fuerit in priorata ecclesie
sancte agate de põtestĩ cui constituit ipse ioannes vnum sa-
cerdotem qui semper ibi celebret vnam missam p requie
defunctorũ τc. In oibus aũt bonis suis bonorũ suoʒ i ter
ris sibi heredẽ istituit sibiliã eius filiã. ¶ Si vo [illegible]

ris q; nõ soluat seu dcõ cõi τ hominibus fodia τ collectas
queadmodũ soluebãt añ dictã alienatõeʒ. deide subdit q;
caplm factũ est saluo iure volente dñi marchionis.
¶ Nõ ptĩgit q; cõe τ hoies põtestĩ. volunt q; dictus re-
ctor τ mister dcı hospitalis ptribuat in solonibus talearuʒ
τ i posteruʒ q̃ iposite fuerũt τ iponunt τ iponerent hoibus
dcẽ cõitatis p solido τ libra secũdũ qd registrate fuerũt pos-
sessiões τ q̃ tenent p dcm̃ hospitale i registro dcı cõis per
dictũ quõdã rufinũ patrẽ iohis pdd. ¶ Nõ querit nũ-
quid dictus mister rector τ gubernator p bonis τ rebus p
dicti teneatur dicta onera sustinere cum dicta cõmunitate
τ hominibus cõmunitatis pdicti vel nõ attẽtis subscriptis.
¶ Sub hoc titulo nõ licere habitatoribus põtestineri v[illegible]
aliunde loca sua τc. In alieno trãsferre q vel que nõ solue
rit vel soluere recusauerit fodia taleas vel dacida vel colle
ctas τc. nõ cõtinẽtur pia loca τ monasteria ecclesie τ hospi
talia canonica auctoritate fundata τ hoc pluribus rõni-
bus. ¶ Primo q; illa vba alicui psone vndecũq; sit non
includũt pia loca q; aliud ẽ legare psone τ aliud loco. ff. de
ann. le. l. annua. §. a titio. ff. qd metus cã. l. metũ §. aiad-
uertẽduʒ. τ nõ. in. c. i. ex de sepul. eodẽ ti. dudũ. §. veruʒ
in cle. semp enim ista ponunt vt separata psona enim ẽ aiata
sub a locus vo τ sine psona iuris itellectũ hʒ vñ ppe loquẽ
do vacante sede nõ deest ecclesia sed psona. sic τ mulier dr
vacãs que est sine marito ñi i se ppuʒ esse hʒ ad. l. iul. d vi
q cetu. §. qui vacãteʒ. Et aliud ẽ ecclesia aliud psona in ec
clesia de testis reqsiti q; cuiusq; vniuersitatis noie. l. sicut. §.
si. l. fine cũ si. ¶ Scda rõne ẽ q; hospitalia sũt exẽpta a le-
gibus seculi. C. de epi. τ cle. l. oia priuilegia. ¶ Et i gnali
dispõne nõ continẽtur exẽpti. vt nõ. C. de siliciariis τ decu
riõibus. l. decuriõibus li. xij. nisi expssa mentio fieret de p
uilegia. ¶ Tertia rõ ẽ q; si illud sta itelligeret [illegible] locis